


COMMENTATIONES AENIPONTANAE

QVAS EDVNT

E. KALINKA ET A. ZINGERLE

I

DE CLAVSVLIS MINVCIANIS

ET DE CICERONIANIS QVAE QVIDEM INVENIANTVR IN LIBELLO DE SENECTVTE

SCRIPSIT
A. AVSSERER

AD AENIPONTEM
IN AEDIBVS WAGNERIANIS
MDCCCCVI

Cum praecepta rhetorum Romanorum de numeris orationis solutae minime perspicua disertaque constet esse neque, qui de numero oratorio ac praecipue de clausulis scriptorum antiquorum nostra aetate scripserunt[1]), omnino inter se consentiant, ipse mihi, antequam eius generis disputationem adgrederer, illorum quidem subsidiis usus viam praemunire constitui, qua ad finem propositum pervenirem. Itaque a tribus vel quattuor clausularum formis profectus, quas a scriptoribus Latinis antiquioribus, qui elegantiae cuidam sermonis studerent, frequentatas esse plerique statuerunt, primum quidem omnes Minucii locos collegi ac distribui, quibus periodi ita finirentur, ut aut integras illas formas prae se ferrent aut longae earum syllabae in binas breves dissolutae essent; in quo negotio gerendo neque caesuras neglexi, quibus clausulae, quae e duobus pluribusve vocabulis constant, dividuntur, et rationem quoad opus erat respexi metricam earum quae antecedunt syllabarum. Illae autem clausularum formae frequentiores sunt hae: I – ⏑ – – ⏓; II – ⏑ – – ⏑ ⏓; III – ⏓ – ⏓(; IV – ⏕ – ⏑ ⏓). Quae vero clausulae ad istas normas facile revocari non poterant, iam quaerendum erat, utrum exempla alius numeri oratorii habenda essent an omnino e rhythmica exciderent compositione.

---

[1]) Quorum nomina titulosque librorum cum plerosque proposuerint Th. Zielinski Das Klauselgesetz in Ciceros Reden (1904) 19—25 et E. Schober De Apulei Metamorphoseon compositione numerosa (1904) 3 seq. et H. Jordan Rhythmische Prosa in der altchristl. lat. Literatur (1905) 28 seq., hos paucos libros restat ut addam: R. Sabbadini De numeris in dialogo qui Vergilius orator an poeta inscribitur obviis (Rivista di filologia 1897, 600 sq.), A. Engelbrecht Stilfragen bei lateinischen Auctoren (Zeitschr. f. österr. Gymn. 1902, 1 sq.), R. Kauer Studien zu Pacianus (II. Jahresber. des k. k. Staatsgymn. zu Wien XIII. Bez. 1902), H. Hoppe Syntax und Stil des Tertullian (1903) 154 sqq., L. Previtera De numero sive clausula sive structura sive cursu (Wochenschr. f. klass. Philol. 1903, n. 51), F. Blass Die Rhythmen der asianischen und römischen Kunstprosa 1905, quem librum subtilem tum demum cognovi cum disputationem meam absolveram.

Pars prior.

A. De clausulis periodorum Minucii.

Si quis forte miratur, quod Minucii clausulas ego postquam nuperrime de eadem re Henricus Bornecque egit (Le Musée Belge VII, 247 sqq.: Les clausules métriques dans Minucius Felix[1]) non solum perscrutatus, sed quaestionem meam etiam in publico proponere ausus sum, hoc ea de causa doctos spero comprobaturos esse, quod Bornecque plane diversam viam ac rationem in hac commentatione sicut in omnibus similis argumenti secutus est, Minucius autem, quem elocutionis scite perpoliendae studiosissimum fuisse constat, praeter ceteros dignus videtur, cuius undique perspiciantur lumina. In locis autem eius proferendis editione, quam Boenig confecit, ut recentissima[2]) ita usus sum, ut eius paginarum versuumque numeros indicarem, subicerem vero numeros capitum et paragraphorum editionis Halmianae.

---

[1]) Multo plura me didicisse profiteor ex eiusdem hominis docti verbis, quae scripta sunt in Mus. Rhen. LVIII, 371 sq. (Wie soll man die metrischen Klauseln studieren?); cf. quae de Bornecquii libris iudicavit Zielinski Das Klauselgesetz in Ciceros Reden p. 23: Sein Fehler liegt in der Methode; an die Worttypen gefesselt, zersplitterte sich die Beobachtung und lieferte meist negative Resultate . . . . .; und auch wo eine wertvolle Restriction möglich war, kann der Verfasser doch keinen Grund davon angeben und muß bei dem bloßen Factum bleiben.

[2]) M. Minucii Felicis Octavius. Recensuit et praefatus est Herm. Boenig. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1903. De quo libro ita iudicavit E. Norden Gotting. Gel. Anz. 1904 p. 293 sq. ut mirum quantum lucis adferret.

De forma I – ⏑ – – ⏓

I Longa syllaba nulla dissolvitur.

1. Clausula continetur verbo uno. (1α)[1]

α) Verbi in clausula positi, quod quinque syllabas excedat, in finibus periodorum omnino nullum invenitur exemplum apud Minucium.

β) Verbum quinque syllabarum his locis legitur:

2	– ⏑ – | – ⏑ – – ⏓	$9_{21}(7_{3})$ fecerant nuntiaverunt $45_{22}(28_{2})$ gratiam consecuturum
1	– ⏑ – ⏑ – | – ⏑ – – ⏓	$5_{20}(5_{3})$ diligentia perseverare
1	– | ⏑ – | – | – ⏑ – – ⏓	$11_{17}(8_{3})$ in deos non ingemescendum est[2])
1	– ⏑ – | – ⏑ ⏑ | – | – ⏑ – – ⏓	$60_{6}(37_{2})$ praemium percipit ante experimentum[2])
1	– ⏑ ⏑ | – ⏑ | – ⏑ – – ⏓	$49_{10}(30_{3})$ flebilis hostia immolaretur[2])
1	⏑ ⏑ – – | – ⏑ – – ⏓	$57_{24}(35_{5})$ meliores deprehendemur
7		

Sex locis inter hos septem clausulas effici verbis quae proprie dicuntur commemorandum est.

De usu vero vocabulorum certae cuiusdam formae metricae disputaverunt J. Wolff De clausulis Ciceronianis (Jahrb. f. Philologie 1901 suppl. XXVI 599 sqq.) et Andr. Uppgren De verborum peculiaribus et propriis numeris ad antiquas linguas et sermones et poesin facta disquisitio et disputatio (1900), de quo libro cf. Is. Hilberg Zeitschrift für österr. Gymnasien 1901, p. 718 sq.

---

1) Signa apponemus ea quae commendavit Zielinski Das Klauselgesetz in Ciceros Reden p. 13 sq.

2) Elisio quam dicimus semper observatur in Minucii libro, nisi mora aliqua intercedit inter verba, quorum vocales concurrunt; cf. W. Meyer Gött. gel. Anz. 1893 p. 16. Similiter Zielinski (p. 28) de Cicerone statuit: Der Hiat wird in den Klauseln durch Elision vermieden, et Blass Die Rhythmen der asianischen und römischen Kunstprosa 103; cf. Cic. Or. 150: quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit qui vocales nolit coniungere. Reprimenda igitur est sententia quam Norden protulit Gött. gel. Anz. 1904 p. 310: Hiatus in der Clausel ist für Minucius durchaus regulär; neque possum adsentiri Wolffio, qui (De clausulis Ciceronianis p. 648) more Graeco vocalem longam desinentem interdum corripi contendit ante sequentem vocalem.

2. Clausula constituitur duobus vocabulis.

α) Inciditur post primam syllabam longam. (1β)

10 – ⏑ – | ⏑ – – ⏓ — $7_{11}(5_{10})$; $21_{24}(16_6)$; $39_{29}(25_5)$; $42_{11}(26_6)$; $50_{22}(31_4)$; $56_1(34_9)$; $57_8(35_2)$; $62_{13}(38_3)$; $64_7(40_2)$; $64_{11}(40_3)$

4 – | ⏑ – | ⏑ – – ⏓ — $19_{17}(14_6)$; $20_2(15_1)$; $51_{24}(31_8)$; $60_{16}(37_4)$

2 ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – ⏓ — $10_3(7_3)$; $10_{21}(7_6)$

9 – – ⏑ – | ⏑ – ⏒ ⏓ — $3_7(3_1)$; $3_{19}(3_4)$; $3_{22}(3_5)$; $7_{13}(5_{10})$[1]; $9_7(6_3)$[2]; $36_{20}(23_7)$; $37_{15}(23_{12})$; $40_2(25_5)$; $56_9(34_{10})$[3]

1 – – – | ⏑ – | ⏑ – – ⏓ — $28_{16}(19_8)$ naturam tamen superponit

1 ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ – | ⏑ – – ⏓ — $16_{15}(12_2)$ opere fămē laboratis

2 – ⏑ – – | ⏑ – – ⏓ — $15_{27}(11_7)$; $46_{14}(28_5)$

1 – ⏑ – | – | ⏑ – – ⏓ — $15_{25}(11_7)$ puniat non voluntatem

1 ⏑ – | ⏑ – | – | ⏑ – – ⏓ — $15_4(11_2)$ putes eos iam revixisse

1 ⏑ ⏑ ⏑ – – | ⏑ – – ⏓ — $2_6(1_5)$ religionem reformavit

2 – ⏑ ⏑ – – | ⏑ – – ⏓ — $32_{13}(21_6)$; $54_7(33_2)$

1 ⏑ ⏑ – ⏑ | ⏑ – – | ⏑ – – ⏓ — $23_1(17_4)$ moveatur alatur gubernetur

1 – – – ⏑ | ⏑ – – | ⏑ – – ⏓ — $56_{11}(34_{10})$ consuetudinem humandi frequentamus

1 – ⏑ – | – – | ⏑ – – ⏑ — $3_8(3_2)$ liberum litus tenebamus

1 – ⏑ | – | – – | ⏑ – – ⏓ — $61_1(37_7)$ hostiae ad poenam coronantur

1 – ⏑ – | – | – | ⏑ – – ⏓ — $45_6(27_7)$ coetibus per vos lacessebant[4]

1 – – ⏑ – | – – | ⏑ – – ⏓ — $17_5(12_5)$ altaribus potus abhorretis

40

---

[1]) $7_{13}(5_{10})$ *nocentiumque* P et editores, *nocentumque* P. de Winterfeld, Philol. 1904, p. 315, respecto numero; quocum facio (cf. Neue I² 258 sqq.).

[2]) $9_7(6_3)$ quantum adstrucserit vetustatis: P (adstruxserit: m. 1 corr.), adstruxit: Halm et Boenig, adstruxerat: Gelenius. Lectionem codicis defendit Norden (Götting. gel. Anz. 1904, p. 299) quem sequor.

[3]) $56_9(34_{10})$ custodia reservatur: P, custodi reservatur: cum Wowero omnes. Nuper C. Synnerberg Randbemerkungen zu Minucius Felix II (Helsingsfors 1903), p. 6 seq. diserte defendit lectionem codicis, quocum facio; nam sententia haec videtur esse: Corpus omne. . . . . subducitur nobis (morte), sed deo elementorum custodiā (= elementis custodientibus) reservatur.

[4]) $45_6(27_7)$ sic Christianos de proximo fugitant quos longe in coetibus per vos lacessebant: P r Halm, in coetibus per vos lacessant: Dombart, a coetibus per vos lacessant: cum Vahleno (coll. Lact. IV 27, 1) Baehrens, Cornelissen, Boenig. Sed Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 307) coll. Tert. Apol. c. 27 standum esse a codice demonstravit; idem iam adfirmaverat Synnerberg Randbemerkungen zu Min. Fel. II, p. 4 sq.

1	– ⏑ – ⏑ | – – | ⏑ – – ⏓	$29_2(19_{10})$ providentia omnes revolvuntur
1	– ⏑ ⏑ – | – – | ⏑ – – ⏓	$25_{18}(18_7)$ imperii totam potestatem
1	– ⏑ ⏑ | – | – – | ⏑ – – ⏓	$4_{12}(4_1)$ nescio quid vultu fatebatur
1	⏑ ⏑ – | – – | ⏑ – – ⏓	$31_{13}(21_1)$ eadem mecum recognosces
1	⏑ ⏑ | – | – – | ⏑ – – ⏓	$47_{21}(29_1)$ nisi de vobis probaretis
1	– – ⏑ | – – | ⏑ – – ⏓	$25_5(18_5)$ caeleste regnum gubernetur
1	⏓ ⏑ – | – | – – | ⏑ – – ⏓	$3_{16}(3_3)$ retrahens in sese resorberet
1	– – – | ⏑ ⏑ | – – | ⏑ – – ⏓	$28_{16}(19_9)$ adsignat tamen unam potestatem
1	– – – | – – | ⏑ – – ⏓	$63_{15}(39)$ intentos vultus tenebamus[1]
1	– – – – | ⏑ – – ⏓	$21_4(16_4)$ confirmata probataque[1]
1	– – – | – | ⏑ – – ⏓	$46_{17}(28_6)$ adversus nos referserunt[2]
1	– – – – | – | ⏑ – – ⏓	$41_{20}(26_2)$ expectandum non putaverunt[1]
1	– ⏑ ⏑ – | ⏑ – – ⏓	$33_7(21_9)$ emeritae potestatis
1	– ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ – | ⏑ – – ⏓	$63_{12}(38_6)$ vera religio reservetur[3]

14 + 40 = 54

Non sine consilio factum esse puto ut 26 locis inter hos 54 antispasto antecederet creticus, 25 spondeus.

β) Inciditur post brevem syllabam clausulae. (17)

20 – ⏑ | – – ⏓ $12_{14}(9_2)$; $13_{10}(9_6)$; $16_2(11_7)$[4]; $18_{25}(14_2)$[5]; $23_4(17_5)$; $23_{12}(17_6)$[6]; $28_{14}(19_8)$; $33_{20}(21_{12})$; $36_{12}(23_5)$[7]; $38_3(24_1)$; $40_{15}(25_8)$; $46_{22}(28_7)$; $48_{10}(29_5)$[8];

---

1) Perspicitur quanto opere vis orationis numeri gravitate augeatur.

2) $46_{17}(28_6)$ perperam Vahlenum *referserant* scribi voluisse colligimus e numero.

3) $63_{12}(38_6)$ vera religio reseruetur: P, seruetur: Ursinus, reseretur: Boot Boenig, reformetur: Baehrens, restauretur: Heumann. Optime Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 311) defendit lectionem codicis.

4) $16_2(11_7)$ ante dilapsum est: per synaloephen.

5) $18_{25}(14_2)$ disceptatio vestra nitatur: omnes; Halm *annitatur* ut dativus *laudi* habeat unde pendeat, sed falso. Nam de dativo insolenter verbis adiuncto a Minucio cf. Theissen De genere dicendi M. Minucii Felicis p. 21; Ploß (XXI. Programm des städt. Realgymn. zu Borna p. 23) nihil ad hanc rem adfert.

6) $23_{12}(17_6)$ quod arandi metendique tempus inducant: P r Boenig Bornecque (Musée Belge VII, 258); Halm vero auctore P. Daniele: tempus indicant; minus recte ut mihi quidem videtur.

7) $36_{12}(23_5)$ nec mercedem operis infelix structor accepit: P r; adducti verborum antecedentium et sequentium constructione Gelenius Halm Boenig posuerunt: structor accipit. Sed recte Bornecque (Le Musée Belge VII 258), Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 305), P. de Winterfeld (Philol. 1904, p. 317) numeri ratione habita lectionem codicis defenderunt.

8) $48_{10}(29_5)$ daemonem eius implorant P, defendit Winterfeld Philol.

		$49_1(30_1)$[1]; $51_2(31_5)$; $53_{16}(32_8)$; $54_{19}(33_4)$; $55_9(34_4)$[2]; $60_3(37_1)$[3]; $61_{23}(37_{12})$[4]
10	⏑ – ⏑ | – – ⏓	$1_{15}(1_3)$; $14_{16}(10_5)$; $25_9(18_6)$[5]; $29_{10}(19_{10})$; $30_{23}(20_3)$; $31_{11}(20_6)$; $50_{16}(31_3)$; $59_{21}(36_9)$; $60_{19}(37_5)$; $62_{13}(38_2)$
14	– – ⏑ | – – ⏓	$6_{14}(5_7)$; $14_{13}(10_5)$; $17_{13}(12_7)$; $25_{22}(18_7)$; $35_4(22_5)$; $39_{12}(25_2)$; $41_1(25_9)$; $42_4(26_5)$; $45_5(27_7)$; $45_{18}(28_2)$; $50_{11}(31_2)$; $58_9(36_1)$; $58_{15}(36_2)$; $64_{12}(40_3$ synal.)
6	⏑ ⏑ – ⏑ | – – ⏓	$6_{12}(5_7)$; $12_5(8_5)$[6]; $33_{14}(21_{11})$; $39_9(25_1)$; $47_{25}(29_2)$; $49_{20}(30_5)$
4	– ⏑ – ⏑ | – – ⏓	$8_{13}(6_1)$[7]; $14_{11}(10_4)$; $20_8(15_2)$; $54_2(33_1)$
3	⏑ – – ⏑ | – – ⏓	$12_{22}(9_4)$; $32_1(21_3)$; $64_1(40_1)$
37 + 20 = 57		

1904, p. 317 habita ratione numeri; Wowerus: genium [id est daemonem eius] implorant; daemonem eorum implorant: Vahlen, Halm, Boenig; sed quoniam desideratur forma pluralis, e qua quo modo forma „eius" orta sit difficile intellegitur, ego genetivum omnino delere malim, quem respectis eis quae secuntur nescio quis addidisse potest.

[1]) $49_1(30_1)$ nemo hoc potest credere nisi qui possit audire P; cum Gelenio iure omnes: possit audere.

[2]) $55_9(34_4)$ ipsi artifici deo soli et solubilem et esse mortalem P r Halm Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 310); solubilem esse et mortalem: cum Wowero Boenig. Ego vero nescio an vox *esse* bis scribenda sit, cum Minucius ἰσοκώλων amantissimus sit. Velim igitur scribi: et solubilem esse et esse mortalem.

[3]) $60_3(37_1)$ cum triumphator et victor ipsi qui adversum se sententiam dixit stultat: P; dixit insultat: r Halm Boenig ceteri optime; dixit ⟨gratias agens⟩ exultat: Synnerberg (Randbemerkungen zu M. F. II, p. 12), perperam ut confirmatur numero.

[4]) $61_{23}(37_{12})$ nunc enervis histrio amorem dum fingit infligit P, quam lectionem defendit Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 311), quocum facio; Boenig vero secutus Anonymum Parisinum *fingit infigit* scripsit.

[5]) $25_9(18_6)$ sine cruore discessit P r Boenig; Ursinus, Halm: desiit; Bornecque: desivit; mihi vero non videtur esse, cur recedamus a Parisino.

[6]) $12_5(8_5)$ ita illis pavorem fallax spes solacia rediviva blanditur P, ita illis pavor et fallax spes solatio redivivo blanditur r, pavorum fallax: Anonymus in Miscellan. Observ. I, p. 27, pavore fallax spes solacia rediviva: Davisius, ita illis pavorem fallax spes solacio redivivo blanditur: vulgo. Lectionem codicis feliciter defendisse mihi videtur E. Norden, Gött. gel. Anz. 1904, p. 300.

[7]) $8_{13}(6_1)$ Gallos Mercurium universa(m) Romanos: P (littera m erasa), ⟨numina⟩ universa Romanos: Halm, universorum Romanos: Boenig coll. $9_2(6_3)$ (universarum gentium sacra). Lectionem codicis defendere conatus est P. de Winterfeld Philol. 1904, p. 316; ac re vera facile defenditur, si consideres usum Minucii, de quo cf. Theissen (De genere dicendi M. M. F. p. 22), Boenig (M. Min. Felicis Octavius p. 83 et 94).

3	––––⏑ | ––⏓	$11_4(8_1)$; $52_7(32_2)$; $61_{17}(37_{11})$
2	⏑⏑⏑–⏑ | ––⏓	$8_{23}(6_2)$; $20_6(15_2)$
1	⏑–⏑–⏑ | ––⏓	$46_{10}(28_4)$ negatione purgaret
2	–⏑⏑–⏑ | ––⏓	$36_1(23_2)$; $56_{17}(34_{11})$
1	–⏑––⏑ | ––⏓	$24_{14}(18_1)$ lineamenta deflexa
3	––⏑–⏑ | ––⏓	$11_{10}(8_2)$; $24_6(17_{10})$; $58_{19}(36_3)$
2	⏑⏑–⏑–⏑ | ––⏓	$37_{18}(23_{12})$; $57_{16}(35_3)$
1	–––⏑–⏑ | ––⏓	$29_{21}(19_{13})$ desperatione senserunt
1	––⏑–⏑–⏑ | ––⏓	$59_{14}(36_8)$ exercitatione torpescunt
16 + 57 = 73		

γ) Caesura post creticum facta est. (1δ)

8	–⏑– | –⏓	$15_4(11_2)$; $24_{23}(18_3)$[1]; $33_{22}(21_{12})$; $35_8(22_6)$; $39_{21}(25_3)$; $48_3(29_4)$; $52_{15}(32_3)$; $53_{11}(32_7)$
1	⏑–⏑– | –⏓	$26_{11}(18_{10})$ vocabulum totum est (per synal.)
3	––⏑– | –⏓	$13_7(9_6)$[2]; $39_{27}(25_5)$[3]; $61_{26}(37_{12})$
3	–⏑–⏑– | –⏓	$39_{16}(25_2)$; $51_{16}(31_7)$; $54_{11}(33_3)$
1	⏑––⏑– | –⏓	$42_1(26_4)$ renitentibus sprevit
16		

In dimidio igitur omnium locorum huius generis extremo trochaeo antecedit vox trisyllaba, qua creticus continetur.

3. Tribus verbis constituitur clausula.

α) Inciditur post syll. primam et secundam clausulae. (1βγ)

2	–⏑– | ⏑ | ––⏓	$15_1(11_2)$ adstruunt et adnectunt $56_{17}(34_{11})$ arbores in hiberno

---

[1]) $24_{22}(18_3)$ *Aegypti siccitatem temperat Nilus amnis colet* (sic!) *eufrates Mesopotamiam pro imbribus pensat Indus flumen et serere orientem dicitur et rigare* Parisinus; *amnis* delevit Wowerus; *colet* Halm auctore Bursiano delevit; vulgo locus ex sententia Davisii sic interpungebatur: *colit Euphrates Mesopotamiam, pro imbribus pensat Indus flumen et serere orientem dicitur et rigare;* glossema Heraldus suspicatus verba *pro imbribus pensat* secludi voluit; denique auctore Kronenbergio pro *amnis colet* Boenig posuit *quotannis,* quae emendatio nimis temeraria videtur esse. Ego velim legi: *Aegypti siccitatem temperat Nilus amnis* (–⏑–––⏑–⏑ IIIa 2γ), *colit Euphrates Mesopotamiam pro <que> imbribus pensat* (–⏑––⏑ I), *Indus flumen et serere Orientem dicitur et rigare* (–⏑⏑–⏑––⏑ IIIa 3). Hanc lectionem si admittas, membra alterum et tertium eleganter congruunt:

colit	Euphrates	Mesopotamiam	proque imbribus pensat
et serere (2)	Indus flumen (1)	Orientem dicitur	et rigare.

[2]) $13_7(9_6)$ de convivio notum est: per synal.

[3]) $39_{27}(25_5)$ audaciae praeda est: per synal.

1	– | ⏑– | ⏑ | ––⏓	$33_{13}(21_{10})$ ortum habet nec occasum
1	– | ––⏑– | ⏑ | ––⏓	$9_5(6_3)$ non infringitur sed augetur
1	⏑––⏑– | ⏑ | ––⏓	$20_{16}(16_1)$ vacillaverit per errorem
1	⏑– | – | ⏑ | ––⏓	$48_{16}(29_7)$ cruces sunt et ornatae
1	–– | ⏑ | ––⏓	$37_{19}(23_{12})$ lignum vel argentum
1	––– | ⏑ | ––⏓	$28_2(19_5)$ infinitum et immensum (per synal.)
1	⏑́⏑– | ⏑ | ––⏓	$48_{12}(29_6)$ colimus nec optamus
7 + 2 = 9		

β) Inciditur post primam et tertiam syllabam. (1βδ)

1	–̣ | ⏑– | ⏑– | –⏑	$32_2(21_3)$ postea Iovis gentem
1	– | ⏑– | ⏑– | –⏑	$48_3(29_4)$ certe homo est velit nolit (per synal.)
1	–⏑⏑ | ⏑ | – | ⏑– | –⏑	$46_{23}(28_7)$ stultior ut hoc coli credat
1	⏑⏑́⏑ | ⏑– | ⏑– | –⏑	$52_{10}(32_2)$ reiciam ei suum munus
1	–– | ⏑– | ––	$56_{25}(34_{12})$ tanto magis iustum est (per synal.)
2	⏑–– | ⏑– | ––	$28_{11}(19_7)$ negantur deum nosse; $61_{13}(37_{10})$ parentes tuos laudas
2	––– | ⏑– | –⏓	$36_{10}(23_5)$ Admeto pecus pascit; $38_{15}(24_3)$ vicatim deos ducunt [1]
1	–– | – | ⏑– | ––	$33_{10}(21_{10})$ etsi iam senes nolunt
1	– | – | – | ⏑– | ––	$38_9(24_2)$ ex his quae timent norunt
1	–⏑⏑–– | ⏑– | ––	$16_{20}(12_3)$ condicionem tuam sentis
12		

γ) Inciditur ante et post mediam syllabam. (1γδ)

9	–⏑ | – | –⏓	$1_{14}(1_3)$; $20_{19}(16_2)$ [2]; $25_{21}(18_7)$; $26_3(18_8)$; $51_3(31_5)$; $53_1(32_5)$; $54_1(33_1)$; $57_{11}(35_3)$; $59_6(36_7)$
1	⏑–⏑ | – | ––	$8_8(6_1)$ habere vel reges
10		

---

[1]) $38_{15}(24_3)$ *mendicantes vicatim:* sic lego cum Gelenio et omnibus editoribus pro *mendicantes vicantes,* quod exhibent P et r, cum *vicantes* e dittographia quadam exortum esse videatur.

[2]) $20_{19}(16_2)$ *sed in Natali meo versutiam nolo non credo:* P et omnes praeter Boenigium, qui glossema suspicatus *non credo* seclusit. Norden vero (Gött. gel. Anz. 1904, p. 302) collato Vitae Cypriani cap. 8 fine verba codicis comprobavit.

2 ––⏑ | – | –⏓ $25_{14}(18_{6})$[1]; $45_{12}(27_{8})$
2 ⏑⏑–⏑ | – | –⏓ $23_{15}(17_{6})$; $35_{15}(22_{7})$
3 –⏑–⏑ | – | –⏓ $34_{9}(22_{1})$; $42_{2}(26_{4})$; $48_{11}(29_{5})$
2 –––⏑ | – | –⏓ $12_{28}(9_{5})$[2]; $45_{10}(27_{8})$
9 + 10 = **19**

Dimidio fere omnium locorum monosyllabo praemittitur verbum bisyllabum quod est trochaicum.

δ) Bis inciditur ita ut utrumque vocabulum extremum sit monosyllabum. (1δε)

1 –⏑– | – | – $56_{19}(34_{12})$ corporis ver est
1 ––⏑– | – | – $4_{20}(4_{4})$ Octavio res est
2

4. Uno loco creticus efficitur duabus vocibus quas secuntur duo monosyllaba. (1βδε)

– | ⏑– | – | ⏑ $60_{7}(37_{2})$ non habet non dat.

I¹ Soluta est syllaba prima ⏑́⏑ ⏑ – – ⏓

Ad hanc de clausulis Minucianis quaestionem illustrandam maxime expedit iam hoc loco paucis verbis quae infra fusius exponentur statuere Minucium clausularum syllabas longas ita tantum dissolvisse, ut e binis syllabis brevibus quae substituebantur prior, quae ictu metrico acuitur, accentu verbi graviore instructa esset quam posterior. Itaque clausulae forma ⏑⏑ ⏑ – – ⏑ numquam ita divellitur ab eo, ut prima syllaba una vel duae primae syllabae solae verbo antecedenti tribuantur (⏑ | ⏑ ⏑ – – ⏓ vel ⏑ ⏑ | ⏑ – – ⏓), sed ita, ut omnes tres primae syllabae in unum idemque verbum antecedens conveniant idque concludant, qua re prima earum accentu sponte augetur, velut dis || sérere divina; desunt apud eum clausulae quales dissére || rè dòminàtóres vel dissé || rerè subobscura.

---

[1]) $25_{14}(18_{6})$ *et tam magni imperii duos fortuna non cepit:* P, quae verba hoc modo *fortuna duos non cepit* collocaverunt Heumann et Boenig in qua re eos errasse intellexit Norden numero respecto (Gött. gel. Anz. 1904, p. 303).

[2]) $12_{28}(9_{5})$ Detestanda quam nota est (per synal.)

1. Constituitur clausula ⏑́⏑⏑––⏓ ita ut post verbum sive trisyllabum sive longius verbo trisyllabo finiatur. ⏑́⏑⏑ | ––⏓ ($1^1\gamma$)

13	⏑́⏑⏑ | ––⏓	$7_{12}(5_{10})$; $26_{13}(18_{10})$; $26_{15}(18_{11})$; $31_{23}(21_2)$; $34_{22}(22_4)$[1]; $37_{10}(23_{10})$; $40_9(25_7)$; $42_7(26_6)$; $47_4(28_8)$; $47_{27}(29_3)$; $58_{25}(36_5)$[2]; $59_4(36_6)$; $63_5(38_5)$
1	⏑⏑́⏑⏑ | ––⏑	$48_{23}(29_8)$ relígio formatur
10	–⏑́⏑⏑ | –––	$13_{21}(10_1)$; $16_4(11_8)$; $17_{16}(12_7)$; $18_9(13_4)$; $19_4(14_3)$[3]; $19_{26}(14_7)$; $34_{14}(22_2)$; $53_7(32_6)$; $63_{22}(40_1)$; $64_{13}(40_3)$
1	⏑–⏑́⏑⏑ | –––	$14_7(10_3)$ superstítiŏ noverunt[3]
1	⏓–⏑́⏑⏑ | ––⏑	$39_5(24_5)$ patrocínia praestare
1	––⏑́⏑⏑ | ––⏑	$30_4(19_{14})$ impossíbile praefatur
27		

2. Inciditur ante et post primam syllabam longam.
⏑⏑⏑ | – | –⏓ ($1^1\gamma\delta$)

3	⏑́⏑⏑ | – | –⏓	$16_1(11_7)$[4]; $25_7(18_5)$; $52_5(32_1)$
1	⏑⏑⏑⏑ | – | –⏑	$26_7(18_9)$ minúere non novit
1	––⏑⏑⏑⏑ | – | –⏑	$5_{17}(5_2)$ verisimília quam vera
5		

Minucius igitur inter formas huius clausulae illis duabus favet, in quibus tres syllabas extremas antecedit verbum quo efficitur aut tribrachys (13 inter 27 vel potius 16 inter 32) aut paeon primus (10 inter 27).

I² Soluta est media syllaba longa – ⏑ ⏑́⏑ – ⏓

Ex iis, quae p. 10 disseruimus, elucet Minucium hanc clausulae formam numquam potuisse ita dividere, ut duae syllabae extremae a

[1]) $34_{22}(22_4)$ faceret et eunuchum P (sed *et* erasum); faceret et eunuchum Boenig; falso *et* particulam in textum receptam esse Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 305) collegit e numero.

[2]) $58_{25}(36_5)$ *aves sine patrimonio vivunt et in diem pascua pascuntur* P r, quae lectio tolerari non potest. Quam ob rem textus constitutus est ita: *a. s. p. v. et in diem pascuntur* ab Ursino quocum Halm et Boenig faciunt. Recte vero Gelenium verbum *pecua*, ex quo facile iuxta *pascuntur* oriri potuit *pascua*, supposuisse puto cum Nordeno (Gött. gel. Anz. 1904, p. 311) et Burgero (Minucius Felix und Seneca, München 1904, p. 31 sq.); P. de Winterfeld (Philol. 1904, p. 317) paulo longius recedens a scriptura Parisini *pecora* scribi maluit.

[3]) $19_4(14_3)$ *condiciŏ mutetur* et $14_7(10_3)$ tertio clausularum generi cave tribuas.

[4]) $16_1(11_7)$ anima nec vita est: per synal.

ceteris, si modo hae una voce continebantur, segregarentur (–⏑⏑⏑ | –⏓); nam tum prima trium syllabarum brevium accentu instructa esset, media vero ad quam ictum metricum longae dissolutae transferri oportuit omnino non acueretur, quippe quae syllabam accentu auctam continuo sequeretur. Itaque Minucius semper fere hanc clausulam voce tetrasyllaba finivit, qua re accentus certe secundarius ad illam syllabam brevem accessit (⏒⏑ | ⏑⏑⏒⏓); idem adsecutus esset voce trisyllaba in fine posita (⏒⏑⏑ | ⏑–⏓), quam cur vitaverit ignoro, praesertim cum in Ciceronis Catone saltem eam reppererim.

1. Semel inciditur.

α) Huic clausulae formae eos quoque adnumero locos, quibus verbo postremo continentur quinque syllabae, quarum tres priores sunt breves. ($1^2\beta$)

Talia exempla Zielinski Das Clauselgesetz p. 44 sqq. omnia tertio clausularum generi tribuit. Cui homini doctissimo ut obloquar, eo maxime commoveor, quod trium illarum brevium syllabarum media accentu verbi certe secundario augeri mihi quidem videtur itaque non cum antecedente, sed cum sequente syllaba brevi copulanda est, ut iam diximus, ad syllabam longam compensandam.

2	– | – | ⏑⏑⏑––	$7_9(5_9)$ saepe et relìgiósos [1]) (cf. relígio) $38_{23}(24_4)$ quam sic religiosus
1	–– | ⏑⏑⏑––	$57_7(35_2)$ iurat religiose
1	–⏑– | ⏑⏑⏑––	$19_{28}(15_1)$ iudicis religiosi
1	––– | ⏑⏑⏑–⏓	$18_{21}(14_1)$ postremus philòsophórum (cf. philósophus)
1	–⏑–– | ⏑⏑⏑–⏑	$27_{12}(19_3)$ disciplinam philosophorum
1	––– | ⏑⏑⏑–⏑	$16_{20}(12_3)$ adgnoscis fragìlitátem (cf. fragílitas)
7		

β) Caesura facta est post primam syllabam brevem. ($1^2\gamma$)

15 –⏑ | ⏑⏑–⏓ $8_{25}(6_2)$; $9_3(6_3)$[2]); $12_{17}(9_3)$; $16_3(11_7)$; $17_{25}(13_2)$; $24_{19}(18_2)$; $24_{27}(18_4)$; $27_{16}(19_4)$;

---

[1]) $7_8(5_9)$ homines noxios feriunt et saepe religiosos: P, Halm, alii; Klussmann et Boenig *saepe et saepe religiosos; saepe et religiosos* exhibet editio Cellarii (Halae 1726, p. 15), quae lectio mihi maxime placet ratione habita sententiae dictionis numeri: homines noxios feriunt (1^3) saepe et religiosos (1^2); ex contrario verborum *saepe religiosos* (–⏑⏑⏑⏑––), quae ex Parisino recepit Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 297, et iam antea: De M. Min. Felicis aetate et genere dicendi, p. 61), non bene cadit numerus.

[2]) $9_3(6_3)$ *meruerunt* lego cum ed. princ., *merunt* P, *merent* Davisius, *inierunt* Meursius.

$28_7(19_6)$[1]; $34_6(22_1)$; $40_{11}(25_7)$; $41_{15}(25_{12})$; $48_5(29_4)$; $48_{21}(29_8)$; $52_3(32_1)$

1 ⏑–⏑ | ⏑⏑–⏑ $24_{21}(18_3)$ tepore recreatur

10 ––⏑ | ⏑⏑–⏓ $5_{13}(5_1)$; $7_{28}(5_{13})$; $17_1(12_5)$; $19_{20}(14_6)$; $22_5(17_1)$; $42_{13}(26_7)$[2]; $44_{13}(27_2)$; $51_{18}(31_7)$; $56_{13}(34_{11})$; $56_{16}(34_{11})$

5 –⏑–⏑ | ⏑⏑–⏓ $10_{14}(7_5)$; $26_{10}(18_{10})$[3]; $53_{19}(32_8)$[4]; $55_{14}(34_5)$[5]; $63_8(38_6)$

1 –––⏑ | ⏑⏑–⏑ $62_{21}(38_4)$ maiestatis animamus

2 ⏑⏑⏑–⏑ | ⏑⏑–⏓ $12_8(9_1)$; $15_{15}(11_4)$

4 ––⏑–⏑ | ⏑⏑–⏓ $12_{19}(9_3)$; $21_{20}(16_5)$; $35_{21}(23_1)$; $43_{11}(26_{11})$

1 ⏑–⏑⏑–⏑ | ⏑⏑–– $54_5(33_2)$ superstitione coluerunt

1 ⏑––⏑–⏑ | ⏑⏑–⏑ $1_7(1_1)$ recordatione revocare

25 + 15 = 40

2. Bis inciditur: ante et post primam syllabam brevem. (1²βγ)

1 –⏑⏑– | ⏑ | ⏑⏑–– $61_{10}(37_9)$ instruitur sed oneratur

I³ Soluta est tertia syllaba longa – ⏑ – ⏑́⏑ ⏓

1. Semel inciditur.

α) Unius caesurae factae post primam syllabam exemplum invenitur unum. (1³β)

1 – | ⏑–⏑⏑– $6_{18}(5_7)$ quae superstitio est (per synal.)

---

[1]) $28_7(19_6)$ *vita capitatur* P, *capiatur* Halm Boenig, *vita carpatur* Vahlen coll. Cic. de d. nat. I, 27 et Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 304); sed lectio *capiatur* propius ad lectionem codicis accedit.

[2]) $42_{13}(26_7)$ *oracula tetigerunt* cum P omnes; *oracla tetigerunt* ego collegi e numero; nam clausulae –́⏑ | ⏑́⏑–́– favisse vides Minucium, non clausulae –́–⏑́ | ⏑́⏑–́– tertii generis, immo numquam ditrochaei exeuntis primam syllabam solvit nec duas syllabas breves pari fere accentu instructas pro una longa admisit.

[3]) $26_{10}(18_{10})$ multitudŏ dirimenda est: per synaloephen; cf. p. 13[4].

[4]) $53_{19}(32_8)$ *claritudŏ violatur* tertio clausularum generi (– ⏑⏑ – ⏓) si adscriberes, clausulam statueres hexametri.

[5]) $55_{14}(34_5)$ *veritatis imitati sint:* P r omnes. Uno hoc loco, si lectio est genuina, Minucius forma –́⏑–́⏑ | ⏑́⏑–́– | – usus esset, quod persuadere aegre mihi possum. Accedit quod omisso verbo substantivo nihil apud Minucium frequentius (Theissen De genere dicendi M. Min. Felicis p. 18 sq.) est. Legendum igitur esse censeo: *veritatis imitati*, praesertim cum non coniunctivus desideretur, sed indicativus.

β) Inciditur post primam syllabam brevem. ($1^3\gamma$)

5 –⏑ | –⏑⏑⏓ $16_{12}(12_1)$; $24_{10}(17_{11})$; $29_7(19_{10})$; $38_2(24_1)$; $59_{11}(36_7)$ poena militia est (per synal.)
1 ⏑–⏑ | –⏑⏑⏑ $23_7(17_5)$ labore circumagat
3 ––⏑ | –⏑⏑⏓ $40_7(25_6)$; $55_1(34_2)$; $60_4(37_1)$
1 ⏑––⏑ | –⏑⏑⏑ $60_8(37_2)$ honestare militiam
1 –––⏑ | –⏑⏑⏑ $32_{10}(21_5)$ instrumenta conficere
1 –⏑⏑–⏑ | –⏑⏑– $4_{27}(4_6)$ ambitione protegerent
1 ⏑–⏑–⏑ | –⏑⏑– $38_{19}(24_3)$ piaculare flagitium est (per synal.)
1 ––⏑–⏑ | –⏑⏑⏑ $32_{22}(21_8)$ humanitatis arguitur

14

γ) Caesura facta est post alteram syllabam longam. ($1^3\delta$)

6 –⏑– | ⏑⏑⏓ $32_{20}(21_8)$; $33_{16}(21_{11})$; $43_3(26_{10})$; $48_{26}(30_1)$; $49_5(30_2)$; $53_{22}(32_9)$[1]
1 ⏑–⏑– | ⏑⏑⏑ $33_{24}(21_{12})$ Osiridis tumulum[2]

7

2. Tribus verbis constituitur clausula.

α) Caesura facta est post primam et tertiam syllabam. ($1^3\beta\delta$)

2 – | ⏑– | ⏑⏑⏓ $9_1(6_2)$; $26_{17}(18_{11})$
1 ––⏑–⏑– | ⏑– | ⏑⏑⏑ $28_{13}(19_8)$ intellegentiam deum loquitur

3

---

[1]) $53_{22}(32_9)$ *nostris quasi alteris tenebris* huic clausulae attribui; quamquam enim formis generis III adnumerari potuit –– | ⏑ | –⏑– | ⏑––, tamen hoc minus est veri simile, quod inter tot exempla tertii clausularum generis ne unum quidem plane eandem formam, unum tantum [$29_{17}(19_{12})$] similem (⏑–⏑ | –⏑ | – | ⏑–⏑) habet.

[2]) $33_{24}(21_{12})$ *et despicis Isidis ad hirundinem sistrum* (1δ) *et adsparsis membris inanem tui Serapidis sive Osiridis tumulum* ($1^3\delta$) sic lego cum Winterfeld (Philol. 1904, p. 316) respecto numero; *Osiris:* P Halm Boenig. Quae verba quamquam in alium transponenda esse locum manifestum est, a dicendi genere Minucii aliena non esse elucet e rhythmica membrorum structura. Nec vero cum Vahleno ea poni velim in $34_{12}(22_2)$ post verba *haec tamen Aegyptia quondam nunc et sacra Romana sunt,* sed post *planctus miserorum deorum* $34_3(22_1)$; et pro forma *despicis* scribi malim *despice* (*despicias* Vahlen) coll. Min. Fel. cap. 17_9 *mari intende . . . quicquid arborum est vide . . . aspice oceanum . . . vide fontes . . . fluvios intuere.*

β) Inciditur ante et post alteram syllabam longam. $(1^3\gamma\delta)$

1	– ⏑ | – | ⏑ ⏑ ⏑	$32_{15}(21_7)$ natus ex homine
1	⏑ – ⏓ | – | ⏑ ⏑ –	$15_{19}(11_5)$ laboro iam docui[1])
1	– ⏑ – ⏑ | – | ⏑ ⏑ ⏑	$39_2(24_4)$ procreare non facere
1	⏑ – – ⏑ | – | ⏑ ⏑ ⏑	$56_{18}(34_{12})$ revivescat et redeat
1	⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ | – | ⏑ ⏑ ⏑	$58_6(35_6$ religionis aut profugus
5		

3. Ter inciditur uno loco. $(1^3\gamma\delta\varepsilon)$

1 – – ⏑ | – | ⏑ ⏑ | – $47_9(28_{10})$ conferre quae sua sunt[2]).

Inter formas igitur clausulae I^3 Minucium videmus praetulisse eas, quae binis verbis ita continentur, ut caesura aut post primam syllabam brevem (– ⏑ | – ⏑ ⏑ ⏓) aut post syllabam alteram longam (– ⏑ – | ⏑ ⏑ ⏓) fiat.

I^{12} Solutis syllabis longis prima et altera ⏑́⏑ ⏑ ⏑́⏑ – ⏓

Clausula non constat nisi e duobus vocabulis, quorum posterius quattuor est syllabarum. Quo modo rationem accentus grammatici Minucius habuit maximam; nam tum vocis prioris syllaba antepaenultima, quae eadem est prima syllaba clausulae, accentu primario instructa est, duarum vero brevium syllabarum, quae longae alterius locum obtinent, prior accentu secundario.

3	⏑́⏑ ⏑ | ⏑̀⏑ –́ ⏓	$37_7(23_9)$; $48_{17}(29_7)$; $56_5(34_9)$
1	⏑ ⏑́⏑ ⏑ | ⏑̀⏑ –́ ⏓	$17_{19}(13_1)$ potuerit imitetur
4	– ⏑́⏑ ⏑ | ⏑̀⏑ –́ ⏓	$10_{18}(7_5)$; $29_{14}(19_{11})$; $44_{20}(27_4)$; $56_{22}(34_{12})$
2	⏑ – ⏑́⏑ ⏑ | ⏑̀⏑ –́ ⏓	$38_{21}(24_3)$[3]); $41_8(25_{11})$
10		

[1]) $15_{18}(11_5)$ *iniustos ipsos magis nec laboro iam docui* P vulgo, *magno sine labore iam docui* Boenig. Iam Halm veram sensit sententiam cum scriberet „ni fallimur, haec sententia est: iniustos ipsos magis esse ne laboro quidem docere, sed iam docui". Quam sententiam Norden confirmavit (Gött. gel. Anz. 1904, p. 301); cf. Theissen, De genere dicendi M. Min. Fel. qui p. 9 confert *magis pauper* $58_{21}(36_4)$, *magis iustum* $56_{25}(34_{12})$ et p. 27 sq. de usu particulae *nec* disputat. Simul mensura syllabae ultimae verbi *laboro* ostenditur numero; cf. p. 11^3.

[2]) $47_9(28_{10})$ Nescio, quo iure Guil. Meyer Spirensis (Gött. gel. Anz. 1893 p. 7) haec potuerit dicere: Die zwei Kürzen der aufgelösten Hebung dürfen nicht einmal ein zweisilbiges Wort einnehmen.

[3]) $38_{21}(24_3)$ *quae plura possit adulteria numerare* P, *quae plura possit adulteria quam partus numerare* Vahlen scribi maluit collato Lact. Div. Inst. I, 17, 11. Sed haec emendatio accipi non potest, quia repugnat legibus numeri; verbis enim *partus numerare* efficeretur clausula hexametri. Neque possum

I^{13} Solutis syllabis longis prima et tertia ◡́◡ ◡ – ◡́◡ ⏓

Una semper est caesura ante syllabam longam. ($1^{13}\gamma$)

2 ◡́◡ ◡ | – ◡́◡ ⏓ $8_{10}(6_1)$; $35_7(22_5)$
5 – ◡́◡ ◡ | – ◡́◡ ⏓ $4_{19}(4_4)$; $10_9(7_4)$; $12_{23}(9_4)$; $37_{21}(23_{13})$; $50_{19}(31_4)$
1 – – ◡́◡ ◡ | – ◡́◡ ◡ $59_{22}(36_9)$ discriminibus arguimur
8

Eidem caesurae Cicero maxime favit, cf. Zielinski 57.

Deest clausula I^{23} (– ◡ ◡◡ ◡◡ ⏓) in Octavio Minucii. Kauer quidem (II. Jahresbericht des k. k. Staats-Gymn. Wien XIII, 1902, p. 12) exempla clausulae 1^{23} enumerat; Zielinski vero de clausulis Ciceronis p. 58: Die Clausel 1^{23}, inquit, kommt überhaupt nicht vor. Sed clausulae 1^{123} ◡◡ ◡ ◡◡ ◡◡ ⏓ idem (p. 59) unum adfert exemplum: Phil. XII 27 mediocre etiam odium.

Hisce rebus expositis, quae in singulis clausulae I. generibus inveniantur caesurae, hac tabula iam in uno conspectu ponamus.

1α	– ◡ – – ⏓	7
1β	– | ◡ – – ⏓	54
1γ	– ◡ | – – ⏓	73
1δ	– ◡ – | – ⏓	16
1βγ	– | ◡ | – – ⏓	9
1βδ	– | ◡ – | – ⏓	12
1γδ	– ◡ | – | – ⏓	19
1δε	– ◡ – | – | ⏓	2
1βδε	– | ◡ – | – | ⏓	1
I	– ◡ – – ⏓	**193**

Si omnia, quaecumque huius clausulae proposuimus atque illustravimus exempla, uno quasi conspectu amplectaris, satis saepe fieri concedas, ut clausula a vocabuli integri initio capiat initium (108 locis inter 322 = plus quam 33·5%); nec latet consilium, quo ductus Minucius hoc fecerit, nam multo facilius hoc modo auribus percipitur clausula.

Ex hac vero tabula vides multo

---

accedere ad sententiam Kaueri qui (Zweiter Jahresbericht des k. k. Staatsgymn. im XIII. Bez. in Wien 1902: Studien zu Pacianus, p. 11) formas tales clausularum ad I^{2} (– ◡ ◡ ◡ – ⏓) ita referendas esse censuit, ut admitteret ◡́ – | ◡ ◡ – ⏓ pro ◡́ ◡ | ◡ ◡ – ⏓ (stellvertretende Länge vor der Cäsur); de qua Kaueri sententia infra uberius dicemus. Melius certe subiungerentur illa duo vocabula *quam partus* verbo *numerare* (numerare quam partus = – ◡ – – –), si modo necessaria est mutatio. Sed sententia scripturae traditae defendi potest: magna religione conquiritur (talis mulier) quae plura (quam ceterae) possit adulteria numerare; cf. Luciani ὑπὲρ τῶν εἰκόνων 5 et Kühner-Gerth Griech. Gramm. I, 22; quamquam concedendum est superlativum potius praesertim in sermone Latino desiderari.

$1^{1}\gamma$	⏑⏑⏑ | – – ⏓	27
$1^{1}\gamma\delta$	⏑⏑⏑ | – | – ⏓	5
1^{1}	⏑⏑⏑ – – ⏓	**32**
$1^{2}\beta$	– | ⏑⏑⏑ – ⏓	7
$1^{2}\gamma$	– ⏑ | ⏑⏑ – ⏓	40
$1^{2}\beta\gamma$	– | ⏑ | ⏑⏑ – ⏓	1
1^{2}	– ⏑⏑⏑ – ⏓	**48**
$1^{3}\beta$	– | ⏑ – ⏑⏑ ⏓	1
$1^{3}\gamma$	– ⏑ | – ⏑⏑ ⏓	14
$1^{3}\delta$	– ⏑ – | ⏑⏑ ⏓	7
$1^{3}\beta\delta$	– | ⏑ – | ⏑⏑ ⏓	3
$1^{3}\gamma\delta$	– ⏑ | – | ⏑⏑ ⏓	5
$1^{3}\gamma\delta\varepsilon$	– ⏑ | – | ⏑⏑ | ⏓	1
1^{3}	– ⏑ – ⏑⏑ ⏓	**31**
$1^{12}\gamma$	⏑⏑⏑ | ⏑⏑ – ⏓	**10**
$1^{13}\gamma$	⏑⏑⏑ | – ⏑⏑ ⏓	8
I	⏕ ⏑ ⏕ ⏕ ⏓	**322**

plus dimidio omnium locorum qui huc pertinent (193 inter 322 locos = paene 60%) hanc clausulam integram exhibere, rarissimas esse eas formas, in quibus binae syllabae longae sint solutae; deinde rarissime (duobus tantum locis) ter, saepissime semel tantum incidi hanc clausulam, atque eam integram 143 locis inter 193 = plus quam 74 inter centenos, atque dissolutam etiam 114 inter 129 = 88·37 inter centenos.

E caesuris autem maxime frequentatur ea, quae fit post alteram syllabam clausulae integrae (– ⏑ | – – ⏓ 101 locis inter 193 = 52·3%) et ceterarum formarum in quibus prima syllaba non est soluta (– ⏑ | – ⏑⏑ ⏓ 20 inter 31 locos = 64·5 % et – ⏑ | ⏑⏑ – ⏓ 41 inter 48 locos = 85%); ubi vero soluta est prima syllaba, semper inciditur post tertiam syllabam ⏑⏑⏑ | ⏑⏑ ⏑⏑ ⏓. Numquam vero inciditur post priorem earum syllabarum brevium binarum quae pro longa substituuntur.

Denique voces extremae plerumque (127 locis inter 322 = 39%) sunt quattuor syllabarum aut (124 locis = 38·5%) trium, multo rarius (52 locis = 16%) duarum, rarissime quinque syllabarum (15 locis = 4·7%) vel monosyllabae (4 locis). Longe maximum autem pro portione numerum vocum tetrasyllabarum inveniri extremis in clausulis – ⏑ | ⏑⏑ – ⏓, ⏑⏑⏑ | ⏑⏑ – ⏓, ⏑⏑⏑ | – ⏑⏑ ⏓, maximum trisyllabarum in –́ ⏑ | – – ⏓ et ⏑⏑⏑ | – – ⏓ minime mireris, si quae modo statuimus memineris.

De forma II – ⏑ – – ⏑ ⏓

II Longa syllaba nulla dissolvitur.

1. Clausula efficitur verbis binis.

α) Fit caesura post syllabam primam. (– | ⏑ – – ⏑ ⏓ 2β)

3 – | ⏑ – – ⏑ ⏓ $34_{14}(22_2)$; $37_3(23_8)$; $63_{21}(39)$

1 ⏑ – | ⏑ – – ⏑ ⏓ $40_{17}(25_8)$ malae valetudines

1 – – | ⏑ – – ⏑ ⏓ $2_{22}(2_3)$ curam relaxaverant

2 – ⏑ – | ⏑ – – ⏑ ⏓ $18_{19}(14_1)$; $60_{23}(37_7)$

1 ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – ⏑ ⏓ $23_{19}(17_7)$ olivitas necessaria

1 – ⏑ – ⏑ – | ⏑ – – ⏑ ⏓ $51_{26}(31_8)$ parricidium recognoscitis

1 – – ⏑ – – | ⏑ – – ⏑ ⏓ $15_8(11_3)$ aeternitatem repromittere

10

β) Caesura post priorem syllabam brevem. (– ⏑ | – – ⏑ ⏓ 2γ)

16 – ⏑ | – – ⏑ ⏓ $15_{21}(11_6)$[1]; $17_{20}(13_1)$[1]; $17_{25}(13_2)$[1]; $27_{20}(19_4)$; $33_8(21_{10})$; $34_1(22_1)$; $47_{20}(29_1)$[1]; $48_{28}(30_1)$; $50_{18}(31_4)$: $53_5(32_5)$; $55_5(34_3)$[1]; $55_{23}(34_7)$[1]; $58_{14}(36_2)$; $58_{22}(36_4)$; $61_{12}(37_{10})$; $62_{10}(38_2)$

3 ⏑ – ⏑ | – – ⏑ ⏓ $41_{10}(25_{11})$; $51_{10}(31_5)$; $61_6(37_8)$

18 – – ⏑ | – – ⏑ ⏓ $7_{19}(5_{11})$; $13_8(9_6)$; $15_{18}(11_5)$; $16_{22}(12_4)$[2]; $18_5(13_4)$; $20_{21}(16_2)$; $23_5(17_5)$; $30_{17}(20_2)$; $31_4(20_5)$; $33_{17}(21_{11})$; $34_{17}(22_3)$[3]; $36_9(23_4)$; $52_{12}(32_2)$[4]; $61_{14}(37_{10})$; $61_{19}(37_{11})$; $63_{10}(38_6)$; $63_{24}(40_1)$[5]; $63_{25}(40_1)$[5]

37

---

1) Per synaloepham.

2) $16_{22}(12_4)$ omittŏ communia.

3) $34_{17}(22_3)$ *tinnitus eliditur* cum Gelenio omnes, *initus eliditur* P.

4) $52_{12}(32_2)$ *sincera sententia* sic lego cum P r Eduardo Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 308) Paulo de Winterfeld (Philol. 58, p. 217); nomen enim *sententia* tolerari posse Norden demonstravit contra Ursinum ceterosque qui *conscientia* substituerunt.

5) $63_{24}(40_1)$ exspectŏ sententiam; $63_{25}(40_1)$ usurpŏ victoriam.

1	⏑⏑–⏑ | ––⏑⏓	$23_{21}(17_7)$ ratione consisteret
2	⏑––⏑ | ––⏑⏓	$26_{20}(18_{11})$; $62_{11}(38_2)$
5	–⏑–⏑ | ––⏑⏓	$12_9(9_1)$; $26_{19}(18_{11})$; $30_{19}(20_3)$[1]; $46_{19}(28_6)$; $61_{21}(37_{12})$[2]
3	–––⏑ | ––⏑⏓	$27_{14}(19_3)$; $41_{18}(26_1)$; $62_2(38_1)$
2	⏑⏑⏑–⏑ | ––⏑⏓	$13_{23}(10_1)$; $43_{21}(26_{12})$
1	⏑⏑––⏑ | ––⏑⏓	$2_{14}(2_2)$ inopinata praesentia
1	⏑–⏑–⏑ | ––⏑⏓	$50_9(31_1)$ opinionis averteret
1	–⏑––⏑ | ––⏑⏓	$53_{26}(33_1)$ nationesque distinguimus
3	––⏑–⏑ | ––⏑⏓	$28_3(19_5)$[3]; $29_{24}(19_{13})$; $64_3(40_2)$
1	–⏑–⏑–⏑ | ––⏑⏓	$3_{20}(3_4)$ navigatione narratio

20 + 37 = 57

Saepissime igitur ionico (a maiore) antecedit vocabulum quo efficitur aut antibacchius (––⏑) aut trochaeus simplex.

γ) Antecedit caesura tertiae syllabae longae ita ut clausula dividatur in duos creticos. (–⏑– | –⏑⏓ 2δ)

15	–⏑– | –⏑⏓	$11_{23}(8_4)$; $12_{11}(9_2)$; $12_{20}(9_3)$; $17_{11}(12_6)$; $23_{25}(17_9)$; $24_{20}(18_3)$; $25_{11}(18_6)$; $47_{18}(28_{11})$; $48_{20}(29_8)$; $53_{23}(32_9)$; $54_{22}(33_5)$; $60_{17}(37_4)$; $60_{24}(37_7)$; $61_{25}(37_{12})$; $62_{16}(38_3)$
4	⏑–⏑– | –⏑⏓	$23_{27}(17_9)$; $26_6(18_9)$; $46_{19}(28_7)$; $60_5(37_2)$
3	––⏑– | –⏑⏓	$24_1(17_9)$; $42_3(26_5)$; $46_7(28_3)$
2	–⏑–⏑– | –⏑⏓	$45_2(27_7)$ confitentibus credite[4]; $45_{14}(28_1)$ paenitentibus credite

24

[1]) $30_{19}(20_3)$ monstruosa mira miracula P, monstruosa mera miracula: Oehler, quem secutus Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 304) ad Gellium XIV, 6, 3 revocavit, ubi quidem legitur *pro Juppiter mera miracula,* non *monstruosa mera miracula;* accedit quod a numero Minuciano abhorret scriptura *mera miracula* ⏑⏑ | ––⏑⏑. Recte igitur in ed. princ. verbum *mira* ut perperam duplicatum deletum est, quacum Halm, Boenig, ego consentimus.

[2]) $61_{21}(37_{12})$ turpitudŏ prolixior.

[3]) $28_3(19_5)$ divinitate consensio est: per synaloephen.

[4]) $45_2(27_7)$ *credite fessis* (*fessis* erasum) P, *de se verum confitentibus credite* P corr. et r, *credite fassis* Anonymus in Miscell. Observ. IV 423 Halm Boenig. Nec vero tolerari posse istam emendationem quae desinat in finem hexametri manifestum est; ex contrario verborum *confitentibus credite* optimus est numerus, locusque simillimus in cap. 28, 1 exstat: *paenitentibus credite.* Quae cum ita sint, facere non possum, quin cum P. de Winterfeld (Philol. 1904, p. 317)

2	– – – ⏑ – | – ⏑ ⏓	$37_{25}(24_1)$ naturaliter iudicant[1]; $39_{22}(25_3)$ confidentia tutius[2])
1	⏑ – ⏑ – ⏑ – | – ⏑ ⏓	$26_5(18_8)$ inaestimabilem dicimus
1	⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – | – ⏑ ⏓	$3_{26}(3_5)$ iaculationibus ludere

4 + 24 = 28

Ex hac tabula vides longe saepissime ante creticum posuisse Minucium verbum, quod ipsum quoque formam cretici praeberet.

2. Constat clausula e ternis verbis.

α) Caesura facta est ante alteram et quartam syllabam.
(– | ⏑ – | – ⏑ ⏓ 2βδ)

4	– | ⏑ – | – ⏑ ⏓	$15_{22}(11_6)$[3]; $27_{22}(19_4)$[4]; $48_1(29_4)$; $54_3(33_1)$
3	– – | ⏑ – | – ⏑ ⏓	$28_4(19_6)$; $28_{18}(19_9)$; $38_{17}(24_3)$
2	– ⏑ – | ⏑ – | – ⏑ ⏓	$26_{23}(19_1)$[5]; $27_6(19_2)$

9

---

sequar codicis Parisini alteram manum, quamquam eam esse interpolatoris Boenig p. X adseveravit; quod si non credas, facile in codice archetypo *fessis* supra *fitentibus* a grammatico quodam moroso additum esse suspiceris.

[1]) $37_{25}(24_1)$ *naturaliter iudicant* sic lego cum P et Halmio et Nordeno (Gött. gel. Anz. 1904, p. 306) aliisque. Difficilius vero iudicatur de lectione primi verbi enuntiati: *quanta vero — naturaliter iudicant*: P r, *quanto verius — n. i.*: Ursinus Halm, *quanto verius — [nat.] iud.*; Heumann, *quam vero — n. i.*: Dombart, *quam acute — n. i.*: Baehrens, *quanto vero — naturalius i.*: Boot Boenig, *quanta vero . . . <sollertia?> naturaliter i.*: Norden, *quantū vero — n. i.*: ego.

[2]) $39_{22}(25_3)$ *confidentia tutius* P r Boenig, *atrocius* Heumann, *turpius* Dombart Halm, *taetrius (?)* Halm; sed lectio codicis commode ut mihi quoque videtur defendi potest.

[3]) $15_{22}(11_6)$ nam quicquid agimus, ut alii fato, ita vos deo dicitis: sic P; mutanda non esse mihi videtur lectio, quamquam mutaverunt Gelenius et Halm qui *deo addicitis* scripserunt, Davisius qui *dicatis* loco verbi *dicitis* scripsit, Usener quique eum secuti sunt Boenig et de Winterfeld (Philol. 1904, p. 316) qui post *dicitis* lacunae signum apposuerunt. Sed sensus patet: *nam quicquid agimus, ut alii fato ita vos deo* (nos agere vel agi) *dicitis.* De dativi graeci usu Minuciano cf. Theissen De genere dicendi p. 21, Boenig 88 sq.

[4]) $27_{20}(19_4)$ *eo altior et sublimior aquae et spiritus ratio* (1³δ), *quam ut ab homine poterit inveniri a deo traditum* P; Gronovium secuti Halm et Boenig colon ut glossema secluserunt. Sed Vahlen (Hermes 1895 XXX, 385 sq.) ea qua solet subtilitate sententiam defendit, cum nihil mutaret nisi *eo,* pro quo verbo proposuit *esto,* et *potuerit* coniunctivum cum Halmio substitueret; cf. Norden Gött. gel. Anz. 1904, p. 304.

[5]) $26_{23}(19_1)$ *omnium diem duxerit* P; *induxerit* Davisius, Halm, Boenig. Codicis lectionem optime defendit Norden (G. g. A. 1904, p. 304) coll. Verg. Aen. II 802 *ducebatque diem* et respecto numero dicretico. Idem sensit Winterfeld (Philol. 1904, p. 316).

1 ⏑⏑–– | ⏑– | –⏑⏓ $29_4(19_{10})$ rationem deum disserit[1])

2 ––⏑– | ⏑– | –⏑⏓ { $40_{12}(25_7)$ vernaculos deos novimus; $58_1(35_6)$ solummodŏ viri nascimur[2])

3 + 9 = 12.

β) Ante alteram et quintam syllabam. (– | ⏑–– | ⏑⏓ 2βε)

1 – | ⏑–– | ⏑– $40_{13}(25_7)$ ac Volumnus dii

γ) Ante alteram et ultimam. (– | ⏑––⏑ | ⏓ 2βζ)

1 –⏑– | ⏑––⏑ | – $16_{10}(11_9)$ turpiter reformata sunt

δ) Ante tertiam et quartam syllabam. (–⏑ | – | –⏑– 2γδ)

8 –⏑ | – | –⏑⏓ $24_{11}(18_1)$; $33_{12}(21_{10})$; $35_{13}(22_6)$; $43_{13}(26_{12})$; $52_{17}(32_4)$; $57_9(35_3)$; $58_{18}(36_3)$; $59_9(36_7)$
1 ⏑–⏑ | – | –⏑⏓ $53_3(32_5)$ videre non possumus
3 ––⏑ | – | –⏑⏓ $48_{25}(30_1)$; $51_{22}(31_8)$; $56_{21}(34_{12})$
2 –⏑–⏑ | – | –⏑⏓ $40_3(25_5)$; $52_8(32_2)$
1 ⏑––⏑ | – | –⏑⏓ $47_1(28_8)$ adoratis et pascitis
1 –––⏑ | – | –⏑⏓ $57_{20}(35_4)$ ignorare quam laedere
1 –––⏑–⏑ | – | –⏑⏓ $62_{22}(38_4)$ contemplatione iam vivimus

17

Minucius igitur ante vocem monosyllabam favit illis verbis, quibus efficeretur trochaeus. Monosyllabis autem Minucius usus est his: *et* (3), *non* (3), *quam* (3), *est, sed, aut, qui, quod, quot, per, iam.*

ε) Ante tertiam et ultimam syllabam. (–⏑ | ––⏑ | ⏓ 2γζ)

4 –⏑ | ––⏑ | ⏓ $34_{12}(22_2)$; $34_{24}(22_4)$; $35_{14}(22_7)$[3]); $41_{24}(26_3)$
1 ––⏑ | ––⏑ | ⏓ $54_{24}(34_1)$ vulgaris erroris est
2 –⏓–⏑ | ––⏑ | ⏓ $39_{26}(25_4)$; $59_{12}(36_8)$

7

---

[1]) $29_4(19_{10})$ *rationem deum disseruit* P falso, ut colligitur etiam e numero; *disserit* Davisius, quocum omnes.

[2]) Si ultima syllaba particulae *solummodŏ* a Minucio brevis esset habita, ita ut forma 2' βδ –⏑́ || ⏑⏑́ | ⏑– | ⏑́⏑⏑ evaderet, accentus verbi cum consuetudine Minucii, qualem in p. 10 statuimus, pugnaret.

[3]) $35_{14}(22_7)$ *ut virgo inter astra ignata sit* P, *ignita sit* cum r omnes praeter Baehrentem, cui magis placuit *agnita sit.* Plurimos secutus probo lectionem editionis principis, quamquam hiatus hoc loco apparet, qui eo videtur imminui quod mora quaedam intercedere potuit inter verba *astra* et *ignita.*

ζ) Ante quartam et quintam. (–⏑– | – | ⏑⏓ 2δε)

1 ––⏑– | – | ⏑– $16_{26}(12_4)$ viventibus non potest

η) Ante quartam et ultimam. (–⏑– | –⏑ | – 2δζ)

2 –⏑– | –⏑ | – $50_{11}(31_2)$; $53_{17}(32_8)$

3. Clausula constituitur quattuor verbis.

α) Inciditur ante alteram, tertiam, quartam syllabam. (– | ⏑ | – | –⏑– 2βγδ)

2 { ⏑⏑– | ⏑ | – | –⏑⏓ $51_4(31_5)$ colimus sed et sobria;
–– | – | ⏑ | – | –⏑⏓ $53_{12}(32_7)$ erras o homo et falleris (synal.)

β) Ante alteram, tertiam, ultimam. (– | ⏑ | ––⏑ | ⏓ 2βγζ)

1 –⏑– | ⏑ | ––⏑ | – $53_{15}(32_7)$ proximus sed infusus est

γ) Ante alteram, quartam, ultimam. (– | ⏑– | –⏑ | ⏓ 2βδζ)

5 – | ⏑– | –⏑ | ⏓ $27_6(19_2)$; $34_{15}(22_3)$; $52_{16}(32_4)$; $53_{14}(32_7)$[1]; $58_{21}(36_4)$

2 –– | ⏑– | –⏑ | ⏓ $26_8(18_9)$[2]; $58_{12}(36_2)$

1 ⏑–⏑– | ⏑– | –⏑ | ⏓ $61_8(37_9)$ periculum tamen solus es

8

δ) Ante tertiam, quartam, ultimam. (–⏑ | – | –⏑ | ⏓ 2γδζ)

2 –⏑ | – | –⏑ | ⏓ $30_5(19_{15})$; $58_{24}(36_5)$

1 ––⏑ | – | –⏑ | – $41_{21}(26_3)$ servavit et captus est

3

---

[1]) $53_{14}(32_7)$ *cum omnia caelestia terrenaque et quae extra istam orbis provinciam sunt deo cognita plena sint* P, *cognita* delevit Ursinus, P. Daniel vero et Meursius scripserunt: *sunt Deo cuncta plena sint,* Baehrens: *sunt deo conditore plena sint.* Ursini emendatio optime convenit cum sententia et optimam efficit clausulam; itaque non dubito, quin nescio quis adscripserit *cognita* respecto enuntiato antecedente.

[2]) $26_7(18_9)$: nec nomen deo quaeras deus nomen est. Factum esse potest, ut Minucius in hac sententia gravissima clausulam clausula excipi vellet:

I

– | –– | ⏑– | –– | ⏑– | –⏑ | ⏓

II

II[1] ⏑́⏑ ⏑ – – ⏑ ⏓

1. Semel inciditur.

α) ⏑⏑⏑ | ––⏑⏓ $2^1\gamma$

4	⏑́⏑⏑ | –́–́⏑⏓	$7_{16}(5_{10})$; $18_{12}(13_4)$; $19_8(14_4)$[1]; $49_3(30_2)$[2]
1	⏑⏑́⏑⏑ | –́–́⏑⏓	$25_{12}(18_6)$ memoria notissima est (synal.)
3	–⏑́⏑⏑ | –́–́⏑⏓	$2_{21}(2_3)$; $13_2(9_5)$; $50_{13}(31_3)$
1	⏑⏑⏑́⏑⏑ | –́–́⏑⏓	$5_{26}(5_4)$ philosophia deliberat
1	–⏑–⏑́⏑⏑ | –́–́⏑⏓	$41_6(25_{10})$ impudicitia felicior
1	––⏑́⏑⏑ | –́–́⏑⏓	$12_1(8_5)$ incredibilis audacia[3]
11		

β) 1 ⏑⏑⏑–́–́ | ⏑– $16_{17}(12_2)$ opitulari suis ($2^1\varepsilon$), ubi consuetudine Minucii rhythmica (cf. p. 10) flagitatur ut *òpitulári* legas, quamvis accentu formae primariae *opítulor* respecto malis legere *opìtulári*, in qua re nescio an vestigium antiquioris accentus in prima syllaba positi subsit.

2. Bis caeditur.

α) ⏑⏑⏑ | –́ | –́⏑⏓ ($2^1\gamma\delta$)

2	⏑́⏑⏑ | –́ | –́⏑⏓	$34_{10}(22_2)$; $37_{20}(23_{13})$
2	–⏑́⏑⏑ | –́ | –́⏑⏓	$9_1(6_2)$[4]; $58_{17}(36_2)$[5]
4		

---

[1]) $19_8\,(14_4)$ *nescientes inesse et incredibili verum et in verisimile mendacium* P, *et in incredibili verum* Balduinus vulgo, *in verisimili* omnes; sed P. de Winterfeld ratione habita numeri legi maluit (Philol. 58 p. 316): *nescientes inesse* (in dictis quae modo commemorata erant) *et incredibile verum et verisimile mendacium.* Quam emendationem probo, quippe qua admissa melior fiat clausula: inesse et in incredibili verum ⏑–⏑⏑––⏑́⏑–⏑ = adon. + 3 b[1], inesse et incredibile verum ⏑–⏑––⏑́⏑⏑–⏑ ditr. + 3 a[1]; deinde: verisimili mendacium 4 b (–––⏑⏑––⏑⏑), verisimile mendacium $2^1\gamma$ (––⏑⏑⏑––⏑⏑).

[2]) $49_3\,(30_2)$ *adstrangulatos misero mortis genere elidere,* ubi hiatus mora quadam excusari mihi quidem videtur.

[3]) $12_1\,(8_5)$ *pro mira* (corr. e *miram* ut videtur) *stultitia et incredibilis* (corr.: *incredibili) audacia* P et omnes editores.

[4]) $9_1\,(6_2)$ *dum aras extruunt etiam ignotis numinibus et manibus* P et Halm, defenderunt Norden (Gött. gel. Anz. 1904, p. 298 sq.) et de Winterfeld (Philol. 1904, p. 316), quos sequor; *numinibus* seclusis verbis *et manibus* Usener, Boenig; *et inmanibus* Baehrens; *et inanibus* Heraldus.

[5]) $58_{17}\,(36_2)$ *verius et plenius* P r, pro quibus verbis recte proposuisse Meursium *uberius et plenius* eo confirmatur, quod et clausula –⏑⏑–––⏑– non est Minuciana et hoc vitium (*u* pro *b*) saepius in codice Minuciano invenitur; nam Boenig p. XXII undecim locos tales enumerat. Sed plane idem mendum subest $35_6\,(22_5)$: Ephesia mammis multis et uberibus extructa, ubi *veribus* pro *uberibus* (corr. ab Ursino) traditur.

β) ◡́◡◡ | – – ◡ | ⏑̲ ($2^1\gamma\zeta$)

1 ◡́◡◡ | ⏑́⏑́◡ | – $14_1(10_2)$ scelera secreta sint
2 – ◡́◡◡ | ⏑́⏑́◡ | ⏑̲ $5_5(5_1)$; $64_{10}(40_3)$
3

II² – ◡ ◡́◡ – ◡ ⏑̲

1. Clausula continetur duobus verbis quorum posterius est quinque syllabarum. ($2^2\gamma$)

2 – ◡ | ◡◡ – ◡ ⏑̲ $21_{11}(16_5)$[1]; $31_{12}(21_1)$
1 – – ◡ | ◡◡ – ◡ ⏑̲ $23_9(17_6)$ alterna reparatio
1 ◡ ◡ – ◡ | ◡◡ – ◡ ⏑̲ $42_{16}(26_7)$ aperire manifestius
4

2. Clausula constat e quattuor verbis. ($2^2\gamma\delta^1\zeta$)

1. Praecedit creticus
(cret. 3b δ = –⏑– | – – – ⏓)

1 151_{28}(56) cultion(e) oblectabant –⏑– | – – – –
1 132_{25}(3) eisqu(e) eum respondentem ⏑– | ⏑– | – – –⏑
2

2. Molossus (vel potius ionicus) ⏑⏑– –

1 155_{22}(67) rede(o) ad mort(em) impendentem ⏑́⏑ | – | – | – – –⏑

3. Dispondeus – – –⏑

1 152_{27}(59) diligenter consit(um) ostendisse –⏑– – | –⏑ | – – –⏑
1 155_{17}(67) aegrotant tristius curantur – – – | –⏑– | – –⏑
2

4. Choriambus (vel ditrochaeus –⏑⏑⏑⏑)

1 161_{29}(85) molesta sed etiam iucunda[2]) ⏑–⏑ | ⏑ | ⏑⏑– | – –⏑

5. Adonius

1 134_{8}(7) accusare quod esset accusandum – – –⏑ | ⏑ | –⏑ | – – –⏑

[1]) Videas pag. 75 [1]).

[2]) Zielinski Das Clauselgesetz p. 226: Es ließe sich ja wohl nachweisen, daß Cicero séd etiàm (nicht sed étiam) . . . . . betont hat.

6. Forma I praeponitur formae IIIb

1 154_{2}(63) diligentissim(e) observantur – ⏑ – – ⏑ | – – – ⏑

IIIb¹ IIIb³ Dissolutus est dispondeus his locis:

1 134_{1}(7) Faci(am) ut potero Laeli IIIb¹ ⏑́⏑ | – | ⏑́⏑ ⏓ | – –

1 154_{32}(65) ex iis fratribus (II βδ) qu(i) in Adelphis sunt IIIb¹ – | ⏑ – | – ⏑ – || ⏑́ | ⏑ – – | –

1 138_{30}(20) temeritas est videlicet florentis aetatis (I γ), prudentia senescentis III b¹ – ⏑́ ⏑ ⏓ | ⏑ – ⏑́ ⏑

1 136_{37}(14) et bonis lateribus suasi: ditr. + III b¹ – | ⏑ – | ⏑ ⏑́⏑ – | – –

1 152_{17}(59) quaesō studios(e) ut facitis: mol. (ion.) + IIIb³ – – | ⏑⏑ – | – | ⏑́⏑ ⏑

1 155_{30}(68) senex ne quod speret quid(em) habet: mol. + IIIb³ ⏑ – | – | – | – – | ⏑́ | ⏑ ⏓

6

Conspectus clausularum generis tertii.

cret.	3 a	– ⏑ ⏖ – ⏑ – ⏓	21
dact.	3 a	– ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏓	5
mol.	3 a	⏖ – ⏖ – ⏑ – ⏓	12
ditr.	3 a	– ⏑ ⏖ ⏓ – ⏑ – ⏓	7
disp.	3 a	⏖ – ⏖ ⏓ – ⏑ – ⏓	15
chor.	3 a	– ⏑⏑ – – ⏑ – ⏓	3
1 +	3 a	– ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏓	1
. . . .	3 a⁰	. . . . – ⏑ – ⏓	**64**
cret.	3 a¹	– ⏑ – ⏑⏑ ⏑ – ⏓	3
mol.	3 a¹	– – – ⏑⏑ ⏑ – ⏓	1
ditr.	3 a¹	– ⏑ – – ⏑⏑ ⏑ – ⏓	1
disp.	3 a¹	– – – ⏓ ⏑⏑ ⏑ – ⏓	5
chor.	3 a¹	– ⏑ ⏑ – ⏑⏑ ⏑ – ⏓	1
. . . .	3 a¹	. . . . ⏑⏑ ⏑ – ⏓	**11**

cret.	3 a²	– ⏑ – – ⏑ ⏑⏑ ⏑	1
dact.	3 a²	– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑⏑ ⏓	2
	3 a²	. . . – ⏑ ⏑⏑ ⏓	**3**
IIIa			**78**
cret.	3 b	– ⏑ – – – – ⏓	2
mol. (ion.)	3 b	⏑⏑ – – – – – – ⏑	1
disp.	3 b	– – – ⏑ – – – ⏑	2
chor. (ditr.?)	3b	– ⏑ ⏑ ⏑⏑ – – – ⏓	1
adon.	3 b	– ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ⏑	1
1 +	3 b	– ⏑ – – ⏑ – – – ⏑	1
. . . .	3 b	. . . . – – – ⏓	8
	3 b¹	⏑⏑ – – ⏓	4
	3 b³	– – ⏑⏑ ⏑	2
IIIb			**14**

Apparet igitur ne Ciceronem quidem haec duo clausularum genera IIIa (⏖ ⏑ ⏖ ⏓) et IIIb (⏖ – ⏖ ⏓) omnino ut nonnulli voluerunt confudisse; immo illo 78, hoc 14 tantum locis usus est, quorum 64 (= 82%) ditrochaicam, 8 (= 57%) dispondiacam clausulam exhibent integram.

Si autem quaeras quae formae metricae praemittantur his clausulis, ante ditrochaeum integrum 22 locis (= 34·4%) inveniuntur ternae syllabae longae (praeterea 5 –⏑⏑–, 5 ––⏑⏑, 1 ⏑⏑––; 4 –⏑–⏓), 20 locis (= 31·25%) creticus, cui praeterea adscribere possis 138_{15}(19) –⏑⏑ | ⏑–⏑ | –⏑ et 136_{6}(12) ⏑ | ⏑⏑ | ––⏑ | –⏑; accedunt 5 loci (= 35·7%), quibus ante ditrochaeum solutum positae sunt ternae syllabae longae (praeterea 1 –⏑⏑–) et 3 cretici (= 21·4%). Cum igitur iure contendere liceat in libro Ciceronis de senectute ante clausulam ditrochaicam plerumque aut creticum aut molossum esse positum, ante clausulam dispondiacam non plus tres creticos (= 21·4 inter centenos locos) repperi, unum molossum, 1 ––⏑⏑, 1 ⏑⏑––, 1 –⏑⏑⏑⏑.

Cadunt autem clausulae ditrochaicae in verba syllabarum

quinque 3a 2 locis, $3a^1$ 4 locis,
quattuor 3a 30 „ $3a^1$ 1 „ $3a^2$ 1 loco,
trium 3a 22 „ $3a^1$ 1 „ $3a^2$ 2 locis,
duarum 3a 10 „ $3a^1$ 5 „

unius syllabae nullo loco nisi ubi verbum ultimum cum *est* copula per synaloepham coniungitur; dispondiacae autem clausulae finiuntur verbis syllabarum quattuor 3b 6, $3b^1$ 1; trium 3b 2, $3b^3$ 1; duarum $3b^1$ 2, $3b^3$ 1; unius syllabae $3b^1$ 1.

IVa De clausula –⏑–⏑⏓

1. Antecedit creticus.

1 152_{11}(57) refrigerari salubrius ⏑–⏑–– | ⏑–⏑⏑
1 132_{20}(3) de senectute misimus – | ⏑––⏑ | –⏑⏑
1 146_{15}(42) notandam putavi libidinem ⏑–– | ⏑–– | ⏑–⏑⏑
1 142_{4}(30) adulescentiam non requireret ⏑⏑––⏑– | – | ⏑–⏑⏑
1 153_{30}(62) adulescentiae constituta sit ⏑⏑––⏑– | –⏑–⏑ | ⏑

5

2. Uno loco dactylus antecedit.

1 144_{22}(38) spiritum dominatur in suos –⏑– | ⏑⏑–⏑ | – | ⏑–

3. Molossus antecedit.

1 133_{1}(4) admirari videmini –––– | ⏑–⏑–
1 159_{24}(79) etiamsi nullum videbitis ⏑⏑–– | –– | ⏑–⏑⏑
1 150_{8}(52) truncos ramosque procreet –– | ––⏑ | –⏑⏑
1 156_{17}(70) percipiendis accommodata sunt –⏑⏑–– | ––⏑–⏑ | –

4

dissolutus est molossus (= ion. a maiore)

1 161_{4}(83) tamquam Peliam recoxerit –́ – | ⏑́⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏑

4. Ditrochaeus antecedit.

1 143_{4}(33) adulescentiam debent requirere ⏑ ⏑ – – ⏑ – | – – | ⏑ – ⏑ ⏑

5. Dispondeus praecedit.

1 143_{1}(33) malis vires ingeni (vid. supra p. 68[1]) dari
– – | – – | – ⏑ – | ⏑ –

1 133_{36}(6) istuc quo pervenisti (mol. + III b) videre quale sit
– – | – | – – – – ‖ ⏑ – ⏑ | – ⏑ ¦ ⏑

2

6. Adonius versus antecedit.

1 148_{17}(47) iucundius est carere quam frui – – ⏑ ⏑ | – | ⏑ – ⏑ | – | ⏑ –

7. Clausula primi generis antecedit.

1 136_{31}(14) victoris senectuti comparat suam – – – | ⏑ – – – | – ⏑ – | ⏑ ⏑

IVa[1] ⏑́⏑ ⏑ – ⏑ –

1 156_{21}(71) naturam quam senibus emori – – – | – ¦ ⏑́⏑ ⏑ | – ⏑ –
(mol. + 4 a[1])

IVb Frequentius clausula – – – ⏑ ⏓ reperitur.

1. Creticus antecedit

α) integer

1 135_{2}(9) recordatio iucundissima (e)st ⏑ – – ⏑ – | – – – ⏑ –
1 134_{22}(8) posse multis contingere – ⏑ | – – | – – ⏑ ⏑
1 149_{1}(49) ante nobis praedicere – ⏑ | – – | – – ⏑ ⏑
1 142_{6}(30) aetatique nostrae conceditur – – – ⏑ | – – | – – ⏑ ⏑
1 157_{12}(73) statione vitae decedere ⏑ ⏑ – ⏑ | – – | – – ⏑ ⏑
1 132_{18}(2) molestia possit degere ⏑ – ⏑ – | – – | – ⏑ ⏑
1 142_{25}(32) non clientes non hospites – | ⏑ – – | – | – ⏑ –
1 134_{23}(8) nequaqu(am) in isto sunt omnia[1]) – – | ⏑ | – – | – | – ⏑ ⏑
1 154_{37}(65) acerbitatem nullo modo ⏑ – ⏑ – – | – – | ⏑ –

9

[1]) Sic legunt Müller Baiter Sommerbrodt Lahmeyer auctoritatem secuti codicum LE, *in isto omnia* rell. qua lectione admissa clausula 2βγδ efficeretur.

β) dissolutus (paeon)

1 132_{6}(1) aliquid ad te conscribere ⏑́⏑⏑ | – | – | ––⏑⏑
1 150_{27}(53) amputati(o) alior(um) immissio –⏑–⏑ | ⏑́⏑⏑́ | ––⏑⏓
1 157_{27}(74) poterit animo consistere ⏑́⏑⏑ | ⏑́⏑⏑́ | ––⏑⏑

3

2. Antecedit molossus

α) integer

1 151_{4}(54) agricultura sollertius ⏑– | ––– | ––⏑⏑
1 148_{12}(47) molestum quod non desideres ⏑–– | – | – | ––⏑–
1 138_{33}(21) si sis natura tardior – | – | ––– | –⏑⏑
1 139_{35}(24) percipiendis non condendis fructibus
–⏑⏑–– | – | ––– | –⏑⏑
1 145_{14}(39) Tarenti cum Quinto Maximo ⏑–– | – | –– | –⏑–
1 162_{1}(85) rerum sic vivendi modum –– | – | ––– | ⏑–
1 148_{22}(48) potitur non omnino caret ⏑–– | – | ––– | ⏑⏑
1 148_{27}(48) spectans tantum quantum sat est –– | –– | –– | ⏑ | –

8

β) dissolutus (ionicus, choriambus)

1 139_{18}(22) familiari removerent iudices ⏑⏑⏑–– | ⏑⏑́–– | –⏑–
1 161_{13}(84) hospitio nōn tamqu(am) e domo –⏑́⏑– | – | – | – | ⏑–

2

3. Ditrochaeus antecedit.

1 139_{8}(21) quis sibi cui ipsi debeant – | ⏑– | – | –– | –⏑–
1 139_{30}(23) agitatiō vit(ae) aequalis fuit ⏑⏑–⏑– | – | ––– | ⏑⏑
1 147_{12}(44) conviviis delectari potest ––⏑– | –––– | ⏑–
1 159_{20}(79) discesserō nusqu(am) aut nullum fore
––⏑– | – | – | –– | ⏑⏑

4

dissolutus ditrochaeus est

1 136_{1}(12) quem philosophum non contemnimus
– | ⏑⏑́⏑– | – | ––⏑⏑

4. Dispondeus antecedit ⏑⏑́––––

1 149_{3}(50) quam Truculento Plautus quam Pseudolo
– | ⏑⏑–– | –– | – | –⏑–
1 161_{26}(84) non longinqu(um) inter nos digress(um) et discessum fore – | –– | –– | – | –– | – | ––– | ⏑⏑[1])

2

[1]) Mirum quantus longarum syllabarum numerus hoc loco coacervetur.

5. Adonius versus antecedit.

1 145_6(38) sed diuturnitat(e) extinguitur – | ⏑⏑–⏑– | ––⏑⏑

6. Clausula primi generis antecedit.

1 137_{11}(15) rebus gerendis senectus abstrahit–– | ⏑–– | ⏑–– | –⏑⏑

1 157_{25}(74) est et incert(um) an hoc ipso die
– | ⏑ | –– | ⏑ | – | –– | ⏑–

2

7. Clausulae IVa et IVb copulantur.

1 144_{13}(36) solet senum levium (e)st non omnium
⏑– | ⏑– | ⏑⏑– | – | –⏑⏑

Clausulae IVb dissolutae exempla repperi octo eaque omnia habent formam IVb¹.

1 143_{16}(34) regis offici(a) et munera (creticus antecedit)
–⏑ | –⏑́⏑ | – | –⏑⏑

1 145_{10}(39) in adulescentia vitiosissimum (creticus antecedit; vel potius IVb¹ + IVb¹) ⏑ | ⏑⏑––⏑– | ⏑́⏑⏑⏑́⏑⏑

1 149_{22}(28) Scipioni praeciper(e) et Laelio (molossus antecedit)
–⏑–– | –⏑́⏑ | – | –⏑–

1 161_{15}(84) nobis non habitandi dedit (molossus antecedit)
–– | – | ⏑́⏑–– | ⏑⏑

1 141_{15}(28) sed later(um) eti(am) et virium (dactylus antecedit)
– | ⏑⏑ | ⏑́⏑ | – | –⏑⏑

1 144_{26}(38) esse poterit animo numqu(am) erit (ditrochaeus antecedit) –⏑ | ⏑́⏑⏑ | ⏑́⏑– | – | ⏑⏑

1 144_{32}(38) egerim commemoro vesperi (ditrochaeus antecedit)
–⏑– | –⏑́⏑⏑ | –⏑–

1 156_{19}(71) memori(a) et copia ⏑⏑́⏑ | – | –⏑⏑ [1])

8

IVc (–⏑⏑–⏑⏓) bis invenitur post dispondeum

1 135_{14}(10) de donis et muneribus fuit – | –– | – | –⏑⏑– | ⏑⏑

1 154_{24}(65) iracund(i) et difficiles senes ––– | – | –⏑⏑– | ⏑–

2

[1]) 156_{19}(71) ante partorum bonorum memori(a) et copia =
I (–⏑ | –––) ... IVb¹ (⏑⏑́⏑ | – | –⏑⏑)
–⏑ | ––– | ⏑–– | ⏑⏑́⏑ | – | –⏑⏑; conf. p. 36 sq.
I (––– | ⏑––)

Conspectus clausularum generis quarti.

cret. 4a	– ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏓	5
dact. 4a	– ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓	1
mol. (ion.) 4a	– – ⏖ – ⏑ – ⏑ ⏓	5
ditr. 4a	– ⏑ – – – ⏑ – ⏑ ⏓	1
disp. 4a	– – – ⏓ – ⏑ – ⏑ ⏓	2
adon. 4a	– ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏓	1
1 + 4a	– ⏑ – – – – – ⏑ – ⏑ ⏓	1
mol. 4a¹	– – – ⏑⏑ ⏑ – ⏑ ⏓	1
4a	. . . . . ⏖ ⏑ – ⏑ ⏓	**17**

cret. 4b	⏖ ⏑ ⏖ – – – ⏑ ⏓	12
mol. 4b	– ⏖ ⏖ – – – ⏑ ⏓	10
ditr. 4b	– ⏑ ⏖ – – – – ⏑ ⏓	5
disp. 4b	⏖ – – – – – – ⏑ ⏓	2
adon. 4b	– ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ⏑ ⏓	1
1 + 4b	– ⏑ – – ⏑ – – – ⏑ ⏓	2
4a + 4b	– ⏑ – ⏑ ⏑ – – – ⏑ ⏓	1
4b¹	⏑́⏑ – –́ ⏑ ⏓	8
4b	. . . . . ⏖ – – ⏑ ⏓	**41**
dispond. 4c	– – – – – ⏑⏑ – ⏑ ⏓	2

Hae clausulae finiuntur verbis

syllabarum	IVa	IVb	IVc
6	—	1	—
5	—	1	—
4	7	11	—
3	3	16	—
2	4	11	2
1	3[1]	1[1]	—
	17	41	2

De clausulis singularibus quae sunt in libro de senectute.

1. Clausula dochmiaca: positus est choriambus loco cretici in clausula alterius generis.

1 143_{26}(35) commune valetudinis – – ⏑ | ⏑ – – ⏑ ⏑
1 152_{15}(58) esse senectus potest – ⏑ | ⏑ – – | ⏑ –

2

[1]) Quae omnes sunt formae verbi *esse*.

Non enim audeo has clausulas accentu verborum respecto formae IVb¹ adscribere.

2. Non minus quinque enuntiata fine hexametri concluduntur.[1])

1 133_{24}(5) molliter sapienti
1 134_{13}(7) a suis despicerentur
1 140_{3}(24) noster in Synephebis
1 140_{17}(25) potius qu(am) odiosum
1 146_{18}(42) essent damnati rei capitalis

5

3. Uno denique loco Cicero in libro de senectute ita obloquentem sibi quendam fingit, ut eius sermo numero careat.

1 138_{32}(21) at memoria minuitur – | ⏑ ⏑́⏑ ⏑ | ⏑ ⏑́⏑ ⏑

Conspectus clausularum omnium.

I

1 α	– ⏑ – – ⏓	7
1 β	– | ⏑ – – ⏓	29
1 γ	– ⏑ | – – ⏓	30
1 δ	– ⏑ – | – ⏓	3
1 ε	– ⏑ – – | ⏓	1
1 β γ	– | ⏑ | – – ⏓	1
1 β δ	– | ⏑ – | – ⏓	2
1 β ε	– | ⏑ – – | ⏓	1
1 γ δ	– ⏑ | – | – ⏓	3
1 δ ε	– ⏑ – | – | ⏓	1
1 ⁰	– ⏑ – – ⏓	78
1 ¹γ	⏑⏑ ⏑ | – – ⏓	3
1 ¹γ δ	⏑⏑ ⏑ | – | – ⏓	1
1 ¹	⏑⏑ ⏑ – – ⏓	4

1 ²γ	– ⏑ | ⏑⏑ – ⏓	12
1 ²δ ¹	– ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏓	2
1 ²β δ ¹	– | ⏑ ⏑ | ⏑ – ⏓	1
1 ²	– ⏑ ⏑⏑ – ⏓	**15**
1 ³γ	– ⏑ | – ⏑⏑ ⏓	3
1 ³δ	– ⏑ – | ⏑⏑ ⏓	1
1 ³β δ	– | ⏑ – | ⏑⏑ ⏓	1
1 ³γ δ	– ⏑ | – | ⏑⏑ ⏓	1
1 ³	– ⏑ – ⏑⏑ ⏓	6
	⏑⏑́ ⏑ ⏑⏑́ ⏑⏑́ ⏓	**103**

II

2 β	– | ⏑ – – ⏑ ⏓	4
2 γ	– ⏑ | – – ⏑ ⏓	32
2 δ	– ⏑ – | – ⏑ ⏓	13
2 ε	– ⏑ – – | ⏑ ⏓	3
2 β γ	– | ⏑ | – – ⏑ ⏓	2
2 β δ	– | ⏑ – | – ⏑ ⏓	5
2 β ε	– | ⏑ – – | ⏑ ⏓	3
2 γ δ	– ⏑ | – | – ⏑ ⏓	5
2 γ ε	– ⏑ | – – | ⏑ ⏓	4
2 δ ε	– ⏑ – | – | ⏑ ⏓	2

[1]) In orationibus quoque Ciceronis hanc clausulam heroicam nonnunquam reperiri testatur Zielinski p. 163 sqq.

2δζ	–⏑– | –⏑ | ⏓	1
2βδε	– | ⏑– | – | ⏑⏓	3
2γδζ	–⏑ | – | –⏑ | ⏓	1
2^{0}	–⏑––⏑⏓	78
2^{1}γ	⏑⏑⏑ | ––⏑⏓	6
2^{1}γδ	⏑⏑⏑ | – | –⏑⏓	1
2^{1}δε	⏑⏑⏑– | – | ⏑⏓	1
2^{1}	⏑⏑⏑––⏑⏓	8
2^{2}γε	–⏑ | ⏑⏑– | ⏑⏓	1
II	⏕⏑⏕–⏑⏓	87

III

III a

creticus (–⏑≃) antecedit

–⏑– | –⏑–⏓	11
– | ⏑– | –⏑–⏓	3
⏓ | ⏑ | – | –⏑–⏓	1
–⏑–– | ⏑–⏓	1
–⏑ | –– | ⏑–⏓	1
– | ⏑––⏑ | –⏓	1
– | ⏑– | –⏑ | –⏓	2
–⏑⏑ | ⏑–⏑ | –⏓	1
	21

dactylus antecedit

–⏑⏑ | –⏑–⏓	1
– | ⏑⏑ | –⏑–⏓	1
– | ⏑⏑– | ⏑–⏓	1
– | ⏑⏑ | –⏑ | –⏓	1
–⏑ | ⏑ | –⏑ | –⏓	1
	5

molossus (≃–≃) antecedit

–– | – | –⏑–⏓	2
–––– | ⏑–⏓	2
– | ––– | ⏑–⏓	4
– | –– | – | ⏑–⏓	1
–– | – | – | ⏑–⏓	1
– | –⏑⏑– | ⏑–⏓	1
⏑⏑– | –– | ⏑–⏓	1
	12

ditrochaeus (–⏑≃⏓) antecedit

– | ⏑–⏑ | –⏑–⏓	1
–⏑ | –⏑ | –⏑–⏓	1
–⏑ | –– | – | ⏑–⏓	1
–⏑– | – | – | ⏑–⏓	1
– | ⏑ | ⏑⏑– | – | ⏑–⏓	1
–⏑ | ⏑⏑– | –⏑ | –⏓	1
– | ⏑ | ⏑⏑ | ––⏑ | –⏓	1
	7

dispondeus (≃–≃⏓) antecedit

–– | – | ––⏑–⏓	1
–– | –– | –⏑–⏓	1
– | – | –⏑ | –⏑–⏓	1
––– | –– | ⏑–⏓	1
– | –– | –– | ⏑–⏓	1
– | ––– | –⏑ | –⏓	1
⏑⏑–– | ––⏑–⏓	1
⏑⏑– | –– | –⏑–⏓	3
⏑⏑– | – | – | –⏑–⏓	1
⏑⏑– | –– | – | ⏑–⏓	1
⏑⏑– | – | –– | ⏑–⏓	1
⏑⏑– | ⏑⏑– | –⏑–⏓	2
	15

choriambus antecedit

–⏑ | ⏑– | –⏑–⏓	1
– | ⏑⏑–– | ⏑–⏓	1
–⏑⏑ | ––⏑ | –⏓	1
	3

forma I antecedit

– | ⏑––⏑– | ⏑–⏓	1

III a^{0}	. . . . –⏑–⏓	64

III a^{1}

– ⏑ – | ⏑⏑ ⏑ – ⏓	1
– | ⏑ – | ⏑⏑ ⏑ – ⏓	1
– | ⏑ | – ⏑⏑ ⏑ | – ⏓	1
– – | – | ⏑⏑ ⏑ | – ⏓	1
– ⏑ – – | ⏑⏑ ⏑ – ⏓	1
– | – – – | ⏑⏑ ⏑ – ⏓	1
– – – – | ⏑⏑ | ⏑ – ⏓	1
– – | – | – | ⏑⏑ ⏑ | – ⏓	1
– – | – | – ⏑⏑ ⏑ | – ⏓	1
– | – | – ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ – ⏓	1
– | ⏑ | ⏑ – | ⏑⏑ ⏑ | – ⏓	1
	11

III a^{2}

– ⏑ – | – ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑⏑ ⏓	1
– ⏑ ⏑ – | ⏑ – – ⏑ | ⏑⏑ ⏓	1
– – | – | ⏑ ⏑ – ⏑ | ⏑⏑ ⏓	1
	3

III a . . . . ⏖ ⏑ ⏖ ⏓	78

III b

– ⏑ – | – – – ⏓	1
– | ⏑ – | – – – ⏓	1
⏑⏑ | – | – | – – – ⏓	1
– – | – ⏑ | – – – ⏓	1
– – | – ⏑ – | – – ⏓	1
– ⏑ | ⏑ | ⏑ ⏑ – | – – ⏓	1
– ⏑ | ⏑ | – ⏑ | – – – ⏓	1
– ⏑ – – ⏑ | – – – ⏓	1
	8

III b^{1}

⏑⏑ | – | ⏑⏑ ⏓ | – ⏓	1
– | ⏑ – | – ⏑ – | ⏑ | ⏑ – – | ⏓	1
– – ⏑ ⏑ | ⏑ – – ⏓	1
– | ⏑ – | ⏑ ⏑⏑ – | – ⏓	1
	4

III b^{3}

– – | ⏑ ⏑ – | – | ⏑⏑ ⏓	1
⏑ – | – | – | – – | ⏑ | ⏑ ⏓	1
	2

III b . . . . ⏖ – ⏖ ⏓	14

IV

IV a

creticus antecedit

– ⏑ – | – | ⏑ – ⏑ ⏓	1
– ⏑ – | – ⏑ – ⏑ | ⏓	1
– ⏑ – – | ⏑ – ⏑ ⏓	1
– | ⏑ – – | ⏑ – ⏑ ⏓	1
– | ⏑ – – ⏑ | – ⏑ ⏓	1
	5

molossus antecedit

– – – – | ⏑ – ⏑ ⏓	1
– – | – – | ⏑ – ⏑ ⏓	1
– – | – – ⏑ | – ⏑ ⏓	1
– – | – – ⏑ – ⏑ | ⏓	1
	4

aliae formae

– | ⏑ ⏑ – ⏑ | – | ⏑ ⏓	1
– ⏑ – | – – | ⏑ – ⏑ ⏓	1
– – | – – | – ⏑ – | ⏑ ⏓	1
– – | – | – – – – | ⏑ – ⏑ | – ⏑ | ⏓	1
– – | ⏑ ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏓	1
– – ⏑ ⏑ | – | ⏑ – ⏑ | – | ⏑ ⏓	1
– – – | ⏑ – – – | – ⏑ – | ⏑ ⏓	1
	7

IV a^{0} – ⏑ – ⏑ ⏓	**16**
IV a^{1} ⏑⏑ ⏑ | – ⏑ ⏓	**1**
IV a ⏖ ⏑ – ⏑ ⏓	**17**

IV b

creticus antecedit

– ◡ – | – – – ◡ ⏔ 1
– ◡ | – – | – – ◡ ⏔ 4
– ◡ – | – – | – ◡ ⏔ 1
– | ◡ – – | – | – ◡ ⏔ 1
– | ◡ | – – | – | – ◡ ⏔ 1
– ◡ – – | – – | ◡ ⏔ 1
9

molossus antecedit

– | – – – | – – ◡ ⏔ 1
– – | – | – | – – ◡ ⏔ 1
– | – | – – – | – ◡ ⏔ 2
– – | – | – – | – ◡ ⏔ 1
– – | – | – – – | ◡ ⏔ 2
– – | – – | – – | ◡ | ⏔ 1
8

ditrochaeus antecedit

– | ◡ – | – | – – | – ◡ ⏔ 1
– ◡ – | – | – – – | ◡ ⏔ 1
– ◡ – | – – – – | ◡ ⏔ 1
– ◡ – | – | – | – – | ◡ ⏔ 1
– | ◡ ◡◡ – | – | – – ◡ ⏔ 1
5

aliae formae

– | – – | – – | – | – – | – | – – – | ◡ ⏔ 1
◡◡ – – | – – | – | – ◡ ⏔ 1
◡ ◡ – – | ◡ ◡ – – | – ◡ ⏔ 1
– ◡ ◡ – | – | – | – | ◡ ⏔ 1
◡ ◡ ◡ | – | – | – – ◡ ⏔ 1
– ◡ – ◡ | ◡ ◡ – | – – ◡ ⏔ 1
◡ ◡ ◡ | ◡ ◡ – | – – ◡ ⏔ 1
– | ◡ ◡ – ◡ – | – – ◡ ⏔ 1
– – | ◡ – – | ◡ – – | – ◡ ⏔ 1
– | ◡ | – – | ◡ | – | – – | ◡ ⏔ 1
◡ – | ◡ – | ◡ ◡ – | – | – ◡ ⏔ 1
11

IV b [0] – – – ◡ ⏔ **33**

IV b [1]

– ◡ – | ◡◡ – – ◡ ⏔ 1
– ◡ – | – ◡◡ ⏔ | – ◡ ⏔ 1
– ◡◡ | – | – ◡ ⏔ 2
– | ◡ ◡ | ◡◡ | – | – ◡ ⏔ 1
◡ ◡◡ | – | – ◡ ⏔ 1
– – | – | ◡◡ – – | ◡ ⏔ 1
– ◡ | ◡◡ ◡ | ◡◡ – | – | ◡ ⏔ 1

IV b [1] ◡◡ – – ◡ ⏔ **8**

IV b ◡̲◡̲ – – ◡ ⏔ **41**

IV c

– – – | – | – ◡ ◡ – | ◡ ⏔ 1
– | – – | – | – ◡ ◡ – | ◡ ⏔ 1
2

V

V a

– – ◡ | ◡ – – ◡ ⏔ 1
– ◡ | ◡ – – | ◡ ⏔ 1
2

V b

– | ◡ – | – ◡ ◡ – ⏔ 1
– ◡ – | ◡ ◡ – ⏔ 1
– ◡ | – | ◡ ◡ – ⏔ 1
◡ ◡ – | ◡ ◡ – ⏔ 1
– – | – – – | ◡ – | ◡ ◡ – ⏔ 1
5

[**V c**

– | ◡ ◡ ◡ ◡ | ◡ ◡ ◡ ◡ 1]

Summa clausularum omnium **349**

I. In libro igitur de senectute Cicero inter 349 periodorum clausulas formam I 103 locis (= 29·5%), II 87 locis (= 24·9%), III a 78 (= 22·35%), III b 14 (= 4%), IV a 17 (= 4·87%), IV b 41 locis (= 11·75%) posuit.

II. Inter 277 clausulas integras generum I II III IV a b ad genus I pertinent 78 (= 28·15%) totidemque ad II, ad III a 64 (= 23·1%), ad III b 8 (= 2·9%), ad IV a 16 (= 5·8%), ad IV b 33 (= 11·9%); inter 63 clausulas dissolutas ad genus I 25 (= 39·68%), ad II 9 (= 14·28%), ad III a 14 (= 22·2%), ad III b 6, ad IV a 1, ad IV b 8; nam in 103 clausulis primi generis sunt 25 dissolutae (= 24·27%), in 87 alterius 9 (= 10·34%), in 78 clausulis formae III a 14 (= 17·9%), in 14 clausulis formae III b 6 (= 42·85%), in 17 clausulis formae IV a 1, in 41 formae IV b 8 (= 19·5%).

III. Unius caesurae clausulae sunt

in genere I	84	inter 103	clausulas	(= 81·55%),
„ „ II	58	„ 87	„	(= 66·67%),
„ „ IV a (– ⏑ – ⏑ ⏓)	14	„ 17	„	(= 82·35%),
„ „ IV b (– – – ⏑ ⏓)	25	„ 41	„	(= 61%).

Ditrochaeus autem tertii generis 36 locis inter 78 locos (= 46·15%) incisione omnino caret, dispondeus 6 locis inter 14 (= 42·85%). Clausulae vero ter incisae inveniuntur in genere II 4, in genere IV b 2.

IV. Finiuntur clausulae

generis	verbis syll. 6	verbis syllabarum 5	verbis syllabarum 4	verbis syllabarum 3	verbis syllabarum 2	verbis syllabae 1
I	1	6 (= 5·8%)	44 (= 43%)	40 (= 38·8%)	9 (= 8·7%)	3
II	—	4	40 (= 46%)	24 (= 27·6%)	17 (= 19·5%)	2
III a	—	6	32 (= 41%)	25 (= 32%)	15 (= 19·2%)	—
III b	—	—	7	3	3	1
IV a	—	—	7	3	4	3
IV b	1	1	11 (= 26·8%)	16 (= 39%)	11 (= 26·8%)	1

Comparatur usus qui apud Minucium cum eo qui in libro Ciceronis de senectute observatur.

I. Similis est in utroque libro frequentia clausularum generum II et III a (Cato II 24·9%, III a 22·35%; Min. II 26%, III a 21·4%), deinde generum III b et IV a quae in neutro frequentantur (Cato III b 4%, IV a 4·87%; Min. III b 1·4%, IV a 0·71%); differt uterque usu formae I (Cato 29·5%, Min. 46·6%) et formae IV b (Cato 11·75%, Min. 0 71%). Tamen formam IV b ne Ciceroni quidem valde placuisse inde concludo quod eam aliquanto rarius quam ceteras ab initio verbi integri incipere voluit: incipiunt enim in libro de senectute ab initio verbi generum

I	II	III a	III b	IV a	IV b	
55·7	59	64·1	57·1	29·4	43·9	exempla

pro centenis locis, apud Minucium

I	II	III a	III b
34%	41·76%	92·7%	60%.

II. Generum I II III clausulae integrae ita distribuuntur ut earum in libro de senectute ad genus I 34·2%, II 34·2%, III 31·6%, apud Minucium ad I 39·1%, II 30·1%, III 30·8% pertineant. Si autem quaeras, quae ratio inter clausulas integras et dissolutas singulorum generum intercedat, dissolutae sunt in genere

	I	II	III a	III b	IV b
in libro de senectute	24·27%	10·34%	17·9%	42·85%	19·5%
apud Minucium	39·75%	16·5%	1⅓%	30%	—.

III. Longiores clausulas magis caesuris adfici quam breviores consentaneum est. Tamen et Cicero et Minucius etiam in clausulis generum I et II condendis operam dederunt ne saepius quam semel singulae inciderentur, id quod eis contigit in genere

	I	II	
Ciceroni	88·35	66·67	locis inter centenos locos,
Minucio	83·31	66·25	„ „ „ „

unde idem fere usus libri de senectute et dialogi Minuciani apparet. In brevissima vero forma III Minucius certe ditrochaeum uno verbo efficere studuit, id quod conspicitur $71\frac{1}{3}$ locis inter centenos, in libro de senectute 46·15 locis inter centenos; dispondeus vero formae tertiae uno verbo continetur apud Minucium 30, in libro de senectute 42·85 locis inter centenos.

IV. Inter ipsas quae caesuris efficiuntur formas usitatissimae sunt in libro de senectute $2^{0}\gamma$ (32 = 9·17%), $1^{0}\gamma$ (30 = 8·6%), $1^{0}\beta$ (29 = 8·3%), $2^{0}\delta$ (13 = 3·72%), $1^{2}\gamma$ (12 = 3·4%), cret. + 3a – ⏑ – | – ⏑ – ⏓ (11 = 3·1%); apud Minucium $1^{0}\gamma$ (77 = 10·98%), $2^{0}\gamma$ (57 = 8·1%), $1^{0}\beta$ (54 = 7·7%), $1^{2}\gamma$ (41 = 5·85%), cret. + 3a – ⏑ – | – ⏑ – ⏓ (40 = 5·7%), $2^{0}\delta$ (28 = paene 4%), $1^{1}\gamma$ (27 = 3·85%), $1^{0}\gamma\delta$ (19 = 2·7%), $2^{0}\gamma\delta$ (19 = 2·7%); eaedem igitur apud utrumque saepissime inveniuntur formae clausularum: $1^{0}\gamma$, $2^{0}\gamma$, $1^{0}\beta$, praeterea $2^{0}\delta$, $1^{2}\gamma$, cret. + 3a – ⏑ – | – ⏑ – ⏓. Et mirum sane quantum uterque frequentaverit caesuram γ, quae etiam sola invenitur apud Minucium in formis 1^{12} et 1^{13}, longe saepissime in formis 1^{1} et 1^{2}, similiterque in libro de senectute praevalet.

V. Saepissime finiuntur periodi et in libro de senectute et in dialogo Minuciano verbis quattuor vel trium syllabarum. Maxime vero differunt eo quod voces monosyllabae in fine clausularum II. generis exstant illic non plus duae (= 2·3%), hic 26 (= 14·3%), voces bisyllabae extremis in clausulis I. generis illic 9 (= 8·7%), hic 52 (= paene 16%), II. generis illic 17 (= 19·5%), hic 3 (= 1·6%), generis III a illic 15 (= 19·2%), hic 3 (= 2%), denique verbis quattuor syllabarum clausulae II. generis illic saepissime finiuntur (46%), hic rarissime (38·5%).

VI. In ponendo accentu quodam secundario Ciceronem et Minucium permultum inter se differre mihi persuasi; nam ille tali accentu primam verbi syllabam augere solet (conf. p. 70 [2], 75 [1], 76 [1]), Minucius ut mihi quidem videtur (conf. p. 62, 29 [2]) eam plerumque syllabam quae in forma verbi principali percutitur primario accentu.

VII. Pauca videntur addenda esse de syllabis ancipitibus. In qua re gravissimum est quod terminatio nominativi sing. et I. pers. sing. o in libro de senectute si modo certi quid statui potest semper longa est, in dialogo Minuciano semper fere brevis: Cato 157_{25} (74) esse nemō potest (II), 144_{32} (38) commemorō vesperi (IV b [1]), 135_{2} (11) recordatiō iucundissima est (cret. + IV b), 139_{30} (23) agitatiō vitae aequalis fuit (ditroch. + IV b); 151_{6} (55) sentiō fuisse longiora (ditroch. + III a), 159_{20} (79) discesserō nusquam aut nullum fore (ditroch. + IV b); conf. Zielinski Das Clauselgesetz p. 183 — Minu-

ciana exempla certissima: 14_7 (10_3) superstitiŏ noverunt (I^1), 19_4 (14_3) condiciŏ mutetur (I^1), 48_{23} (29_8) religiŏ formatur (I^1), 26_{10} (18_{10}) multitudŏ dirimenda est (I^2), 53_{19} (32_8) claritudŏ violatur (I^2), 41_{10} (25_{11}) libidŏ defungitur (II^0), 61_{21} (37_{12}) turpitudŏ prolixior (II^0); 20_{19} (16_2) nolŏ non credo (I^0), 13_{21} (10_1) praetereŏ consulto (I^1), 26_{15} (18_{11}) habeŏ consensum (I^1), 15_{19} (11_5) laborŏ iam docui (I^3), 16_{22} (12_4) omittŏ communia (II^0), 63_{24} (40_1) exspectŏ sententiam (II^0), 63_{25} (40_1) usurpŏ victoriam (II^0); exempla minus certa: 10_{12} (7_5) neglegō carmina poetarum (conf. p. 37), 63_{12} (38_6) religiō reservetur (lectio non omnino certa, conf. p. 6[3]), 18_{17} (13_5) omnis religiō destruatur (conf. p. 30 ubi demonstratur extremam syllabam ditrochaei qui ditrochaeo antecedat semper fere esse longam), 20_{26} (16_3) opiniō dissipatur (utrum creticus an dactylus ditrochaeo antecedat, dubitari potest), 12_{15} (9_2) superstitiō sceleribus gloriatur (ubi neque certum est ditrochaeum – ◡ ◡◡ – ditrochaeo antecedere et longitudo terminationis consonantibus sequentibus sc effici potest), 14_{25} (11_1) ordŏ (in clausula membri minoris, conf. p. 45).

Praeterea hoc loco proferre mihi liceat quae alia de usu Minuciano talium syllabarum observavi. Ac primum quidem vocales breves in quas verba cadunt numquam ut par est producuntur consonantibus muta et liquida initio verbi insequentis positis velut 51_2 (31_5) mentĕ praestamus, 39_{12} (25_2) terrorĕ creverunt, 12_5 (8_5) redivivă blanditur, 38_{19} (24_3) piacularĕ flagitium est; una tamen membri clausula (23_{22} [17_8] sola glacie ureret [aut . . . . .]) constitui non potest nisi syllabam la consonantibus gl produci statuas, conf. p. 46. Mediis vero in vocabulis tales syllabae saepius producuntur: 9_3 (6_3) rēgna meruerunt, 40_7 (25_6) impune sācrilegi, 4_{14} (4_2) alācritatem tuam illam; sed 53_{22} (32_9) alteris tenĕbris (conf. p. 14[1]), 36_{18} (23_7) consĕcratum, 12_{29} (9_5) qui săcris imbuatur. Denique hae mensurae Minucii commemorandae sunt: 16_{15} (12_2) famē laboratis; 6_{12} (5_7) hīc auctor deus; noverīmus conf. p. 26[3], [6]; solummodō conf. p. 21[2], nam ne lectio *solum mŏdŏ* quidem accipi potest quia Minucii aetate haec duo adverbia sine dubio iam dudum coaluerant, conf. p. 57.

Addenda et corrigenda.

Hoc loco plures quam exspectes clausulas Minucianas subieci, non tantum quas me primum temere omisisse, cuius rei peto veniam, sero animadverti, sed etiam quibus cum iterum atque iterum librum Minucianum perscrutarer non tam membra orationis quam periodos finiri magis magisque mihi persuasi quae distinctio quam difficilis esset nuper Zielinski (Das Clauselgesetz 7 sq.) optime exposuit; quibus additamentis licet ratio universa minime mutetur, tamen numeros quoque quoad opus esse videbatur correxi.

p. 6: 23 –⏑ | ––⏓ addendi enim sunt hi loci: 42_{10} (26_{6}) esse coeperunt, 55_{3} (34_{2}) omnis ignescat, 60_{9} (37_{3}) morte finitur

ad p. 6 [3] conf. p. 90.

p. 7: 5 –⏑–⏑ | ––⏓ accedit enim 58_{3} (35_{6}) cogitare peccare est (per synal.)
38 + 23 = **61**

p. 8: 16 + 61 = **77**

p. 9 (sub β): 1 –⏑– | ⏑– | –⏑ (non – | ⏑– | ⏑– | –⏑) 32_{2} (31_{3})

p. 11 post *religiō̆ formatur* addas: [3])

p. 13: 2 ⏑–⏑ | ⏑⏑–⏓ accedit enim 56_{3} (34_{9}) licere reparari
26 + 15 = **41**

p. 15: ad *potuerit imitetur* conferas P. H. Damsté Mnemosyne 1906 p. 177

p. 16 sq.: A vocabuli integri initio incipiunt clausulae primi generis 111 inter 327 = paene 34%. — Hanc clausulam integram exhibent 197 loci inter 327 = paene 60·25%; atque semel inciditur integra 147 locis inter 197 = 74·6%, dissoluta etiam 115 inter 130 = 88·46%; maxime autem frequentatur ea clausulae integrae caesura quae fit post alteram syllabam: 105 locis inter 197 = 53·3%. — Denique extremae clausularum primi generis voces totidem quaternas quot ternas syllabas complectuntur: 128 = 39·1%.

p. 21: 9 –⏑ | – | –⏑⏓ quia accedit 58_4 (35_6) esse non possumus
2 ⏑–⏑ | – | –⏑⏓ quia accedit 52_{19} (32_4) videre non possumus
itaque generis 2 γ δ sunt 19 exempla in quorum 5 *non* medium habet locum.

ad p. 21 [2]: conf. Zielinski, Das Clauselgesetz p. 183.

p. 23: 5 ⏑́⏑⏑ | –́–́⏑⏓ quia accedit 51_{20} (31_8) facile dinoscimus
4 –⏑́⏑⏑ | –́–́⏑⏓ quia accedit 43_{14} (26_{12}) exprimere conititur
itaque generis 2 [1] γ sunt 13 exempla.

p. 25: Forma integra clausulae dicreticae 152 locis inter 182 (= 83·5%) invenitur atque inciditur semel 95 locis inter 152 (= 62·5%), bis 43 locis (= 28·3%), ter 14 locis (= 9·2%), dissoluta vero semel 21 locis inter 30 (= 70%), bis 8 locis (= 26⅔%). — Finitur autem haec clausula vocabulis quaternarum syllabarum 70 locis inter 182 (= 38·46%), ternarum 66 locis (= 36·26%). — Denique ab initio verbi incipit 76 locis inter 182 = 41·76%.

p. 27: 6 – | ⏑– | –⏑–⏓ nam accedit 12_{29} (9_5) qui săcris imbuatur
10 + 40 = **50**

p. 28: (19: ––––⏑–⏓) (4: ⏑́⏑–––⏑́–⏓)

p. 28 [2]: Iam antequam Woelfflin (Archiv 1906 XIV 478) Petronium terminatione III. pers. plur. *ēre* post vocalem brevem aut in periodo exeunte uti negasset, ego dubitare coepi, num recte *Romani* . . . . . *viventes obruēre* legendum proposuissem; aliam enim omnino eiusdem modi formam apud Minucium non repperi. At lectione vulgata *Romanis* . . . . . *viventes obruĕre* forma clausulae IIIb [3] evadit (––́– | –⏑́⏑⏑) etiam minus accepta quam singularis illa *nóndum déus est* (–́– | ⏑́⏑ | –).

p. 29: addas 1 – | ––́–́ | ⏑–⏑ 17_{10} (12_6) sed nostrorum deorum
3 ⏑⏑́⏑–́– | –⏑–⏑ nam accedit 51_6 (31_5) hilaritatem temperamus
14 + 15 = **29**

5. Ditrochaeus antecedit (7: –⏑⏑́⏑–)

p. 30: 2–– | ⏑⏑́⏑– | –⏑–⏑ nam accedit 18_{17} (13_5) omnis religiō destruatur
addas 1 ⏑–⏑́⏑–́ | ⏑⏑́⏑– | –⏑–⏑ 12_{15} (9_2) superstitiō sceleribus gloriatur
1 –́⏑–́ | ⏑⏑́⏑–– | ⏑–⏓ 4_{15} (4_2) seriis hilaritatem requiro
1 –́–́ | ⏑⏑́⏑–– | ⏑–⏑ 62_6 (38_1) nostrae religionis pudere
6 + 14 = **20**, ex quibus 19 habent prioris ditrochaei syllabam extremam longam.

6. Antecedit dispondeus (4: ––––, 4: ––⏑́⏑–)

2 ––– | ⏑́⏑– | –⏑–⏓ nam accedit 28_{21} (19_{10}) divinae tribuens principatum

addas 1 –––– | –– | ⏑–⏑ 44_{17} (27_3) argumentum dispar furoris
1 –– | ⏑⏑–– | ⏑–⏑ 34_3 (22_1) planctus miserorum deorum
1 – | –⏑⏑– | – | ⏑–⏑ 49_7 (30_3) non exposuit sed voravit

14

p. 33: Clausulae ditrochaicae plerumque (123 locis inter 150 = 82%) syllaba longa antecedit, 62 locis (= $41\frac{1}{3}\%$) creticus, 20 locis (= $13\frac{1}{3}\%$) dactylus, molossus ––– 19 locis (= $12\frac{2}{3}\%$), dispondeus –––– 7 locis (= $4\frac{2}{3}\%$), ditrochaeus 20 locis (= $13\frac{1}{3}\%$), quorum 19 exhibent formam productam (⏕⏑⏕–). Denique commemorandum est inter 150 clausulas ditrochaicas non minus 107 (= $71\frac{1}{3}\%$) singulis effici verbis ditrochaicis.

p. 35 addas: IV b 1 ⏑ | ⏓ | –– | ⏑⏑ 6_{12} (5_7) quis hic auctor deus
IV c 1 – | – | ⏑⏑– | ⏑⏑–⏑ | – 38_{13} (24_2) quam mult(a) etiam miseranda sunt

p. 38: 1 γ –⏑ | ––⏓ 77
1 ⁰ –⏑––⏓ **197**
1 ²γ –⏑ | ⏑⏑–⏓ 41
1 ² –⏑⏑⏑–⏓ **49**
1 ⏕⏑⏕⏕⏓ **327**

p. 39: 2 γ δ –⏑ | – | –⏑⏓ 19
2 ⁰ –⏑––⏑⏓ **152**
2 ¹γ ⏑⏑⏑ | ––⏑⏓ 13
2 ¹ ⏑⏑⏑––⏑⏓ **21**
II ⏕⏑⏕–⏑⏓ **182**
3 a cret. β δ – | ⏑– | –⏑–⏓ 8
3 a cret. –⏑––⏑–⏓ **62**
3 a mol. δ ⏑⏑–– | –⏑–⏓ 3
3 a mol. β ε – | ––– | ⏑–⏑ 1
3 a mol. (sim.) ⏕⏕––⏑–⏓ **29**
3 a ditroch. β ε – | ⏑⏑⏑– | –⏑–⏓ 3
3 a ditroch. β ζ – | ⏑⏑⏑–– | ⏑–⏓ 2

p. 40: 3 a ditroch. ⏕⏑⏕⏓–⏑–⏓ **20**
3 a dispond. γ ε –– | ⏑⏑– | –⏑–⏓ 2
3 a dispond. γ ζ –– | ⏑⏑–– | ⏑–⏑ 1
3 a dispond. δ ζ ––– | –– | ⏑–⏑ 1
3 a dispond. β ε ζ – | –⏑⏑– | – | ⏑–⏑ 1
3 a dispond. ⏕–⏕⏓–⏑–⏓ **14**
3 a . . . . –⏑⏕⏓ **150**
III . . . . ⏕⏓⏕⏓ **160**
4 b . . . . –––⏑⏓ **5**

4c . . . . –⏑⏑–⏑⏓ **4**

IV . . . . –⏑⏑⏑–⏑⏓ **14**

p. 41: I. Inter locos 701 locis 669 (= paene 96%) clausulas generum I II III Minucius adhibuit earumque formas integras 504 locis (= paene 72%), clausulas generis quarti 14 locis inter 701 (= paulo minus 2%).

II. Primi generis clausulis Minucius usus est 327 locis inter 701 locos (= 46·6%), secundi 182 locis (= paene 26%), tertii 160 (= 22·8%) vel si decem exempla formae ⏑́⏑–⏑́⏑⏓ omittas 150 locis (= paene 21·4%).

III. Inter clausulas 504 integras horum trium generum ad primum genus pertinent 197 (= 39·1%), ad alterum 152 (= 30·1%), ad tertium 155 (= 30·8%); inter clausulas 165 dissolutas ad primum 130 (= 78·8%), ad alterum 30 (= 18·2%), ad tertium 5 (= 3%); nam in 327 clausulis primi generis 130 sunt dissolutae (= 39·75%), in 182 alterius 30 (= paene 16·5%), in 160 tertii quinque (= 3·125%).

p. 42: Finiuntur clausulae

generis	verbis 5 syll.	id est pro centenis	4 syll.	id est %	3 syll.	%	2 syll.	%	monosyll.	%	id est verbis	%
I	15	4·8	128	39·1	128	39·1	52	15·8	4	1·2	327	100
II	17	9·3	70	38·5	66	36·3	3	1·6	26	14·3	182	100
III	—	—	112	70	42	26·2	5	3·2	1	0·6	160	100
I et II et III	32	4·7	310	46·6	236	35·1	60	9	31	4·6	669	100

p. 54: et 117 tantum locis iste concentus non est tam perspicuus; quorum locorum in undesexaginta clausula vel creticus clausulae incipit ab ultima syllaba verbi non iambici longa

p. 55: Clausulae 3. exemplis addas: 62_6 (38_1) *religionis pudere*

p. 56: Clausulae 4. exemplis addas: 6_{12} (5_7) *hic auctor deus*

p. 59: Exemplis formae I^2 addas: 56_3 (34_9) *licére rèparári*

p. 60: Exemplis formae II^1 addas: 51_{20} (31_8) *fácile dìnóscimus* et 43_{14} (26_{12}) *exprímere cònítitur*

p. 70 legas: *collegimus* pro *collegiums*

p. 76 legas: $III\,a^2$ pro $III\,a^3$

Disputavimus de his locis

Minucii

libri Ciceronis de senectute

COMMENTATIONES AENIPONTANAE

QUAS EDUNT

E. KALINKA ET A. ZINGERLE

II

DE CASUUM TEMPORUM MODORUM USU IN EPHEMERIDE DICTYIS-SEPTIMII

SCRIPSIT

R. LACKNER

AD AENI PONTEM
IN AEDIBUS WAGNERIANIS
MDCCCCVIII

Index.

Pars altera.

Opus, de quo iam disseremus, inscribitur *„Dictyis Ephemeridos belli Troiani* libri VI“ et dividitur in tres partes, quarum prima est prologus, altera, quae primos quinque eius narrationis libros complectitur, de bello Troiano agitur, tertia, quae uno libro continetur, enarratur, quae Graeci Troia deleta domum profecti passi sint.

Atque primum quidem quaerendum est, utrum hic liber, qualis codicibus traditus est, lingua latina conscriptus ad nullum certum exemplar referendus sit an ex graeco sermone in latinum conversus. Nam in prologo cognoscimus Dictyn quendam Cretensem, qui belli Troiani temporibus vixerit eique bello interfuerit, annales belli Troiani ita conscripsisse novem vel decem libris, ut priores quinque breviter bellum Troianum enarrarent, reliqui vero reditum Graecorum, ut quasi respondere videantur Iliadi et Odyssiae, quae Homero adtribuuntur. Dictye mortuo, sicut voluerat, liber Phoeniceis litteris conscriptus eius tumulo conditus est. Cum autem tumulus terrae motu patefactus esset, pastores arculam Dictyis viderunt eaque aperta tilias incognitis litteris conscriptas invenerunt, quas Rutilio Rufo, illius insulae consulari, obtulerunt. Hic autem Neroni transmisit, qui librum in Graecum sermonem translatum in bibliothecam suam recepit.

Dictys igitur quidam hunc librum de bello Troiano conscripsisse dicitur.

Complures homines docti, cum plurimum disputassent inter se de vera origine huius libri, a Dictye Graeco abiudicaverunt et Septimio cuidam, cuius nomen fert translatio latina, adtribuendum putaverunt. Sed doctissimi viri, ut Mommsen, Teuffel, Schanz, Koerting, alii hanc sententiam impugnaverunt.

Mommsen[1]) ad defendendam opinionem suam admonet Cassiodorium in componendo libro suo „Getica“ ipso quoque Dictye usum esse,

[1]) Hermes, X, pag. 383.

sed in narratione saepe eum discrepare cum translatione latina eaque re probabilissimum fieri illum rerum scriptorem ex exemplo Graeco Dictyis sua hausisse.

Teuffelio [1]), doctissimo illi viro, narratio potius Graecorum rationi respondere videtur quam Romanorum et ipso argumento potius auctorem Graecum significare. Praeterea veri esse simile negat Septimium, scriptorem latinum, diversis auctoribus pluribusque fontibus Graecis usum esse, veluti Apollodoro, Philostrato, Ptolemaeo, aliis; neque probabile esse Malalam, quamvis aliquam linguae latinae habuerit notitiam, auctorem latinum secutum esse in opere Graeco conscribendo [2]).

Schanz [3]) quoque eandem opinionem his confirmat argumentis. Non solum prologo, sed etiam epistula, quae translationi latinae Septimii praemissa est, narrari, quomodo liber ortus sit et divulgatus. Sed in hac narratione epistulam nonnullis locis differre a prologo. Quid igitur? num si liber latinus genuinus fuisset, necesse fuisse prologum praemittere, nonnumquam discrepantem ab eis, quae in libro enarrentur? Id fuisse maximae amentiae. Sed facillime hanc quaestionem solvi, si Graecum exemplum admittamus.

Plures adferre possum, qui cum viris, quos supra nominavi, consentiunt, sed longum est. Id tantum mihi addere liceat Udalricum de Wilamowitz-Moellendorff eandem sententiam defendisse atque etiam G. Koertingium in libro suo „Dictys und Dares, ein Beitrag zur Geschichte der Trojasage in ihrem Übergang aus der antiken in die romantische Form“ [4]) idem sensisse, cum haec diceret: „Von vornherein muss es aus allgemein literarischen Gründen für das Wahrscheinlichere gelten, daß die Ephemeris ursprünglich griechisch von einem Griechen abgefaßt worden ist.“

Sed alii, id quod iam supra dixi, in contrariam sententiam ierunt, cum agatur de quaestione admodum incerta et lubrica, velut H. Haupt [5]), qui dicit Dungerum [6]) rectissime annales belli Troiani abiudicasse a Graeco Dictye, cum ostenderit, quomodo scriptor libri huius latini promiscue usus sit sermone et sententiis Plauti, Terentii, Sallustii, aliorum.

---

[1]) Teuffel-Schwabe, Gesch. der röm. Lit.[5], pag. 1075 seqq.

[2]) Cf. Koerting, De vocc. lat. apud Malalam, Münster 1879.

[3]) Cf. Schanz, Gesch. der röm. Lit., IV. Teil, I. Hälfte, 1904, p. 77 seqq.

[4]) Halle 1874.

[5]) Philol. Anzeiger 1880, X, pag. 539. — Philologus 1884, XIV, pag. 146/7.

[6]) Die Sage vom trojan. Kriege in den Bearbeitungen des Mittelalters und ihre antiken Quellen, Dresden 1869. Dictys-Septimius, Programm des Vitztumschen Gymnasiums, Dresden 1878. De Dictye-Septimio Vergilii imitatore, Dresden 1886.

Tum asserit Malalam re vera secutum esse ephemeridem latinam non graecam idque comprobari posse compluribus dissensionibus, cum loci, quibus dissentiat ab auctore latino, inter quos sunt descriptiones heroum, ab ipso inventi neque ex Graeco Dictye sumpti sint.

Carolus Wagener [1]) quoque Mommsenio oblocutus negavit Cassiodorium hausisse ex opere Graeco Dictyis, ad quod demonstrandum nonnullos locos adfert, quibus Cassiodorius ephemeridem latinam imitatus esse videatur. Tamen concedit eundem aliquotiens discrepare cum latina nobisque propter hoc ipsum, quod Mommsenii opinionem refutare non potest, falsa conicere videtur.

Quasi mediam quandam viam inter has adversas opiniones idem Carolus Wagener secutus est in Philologi vol. XXXVIII. p. 108, quo loco, quamvis minime neget fuisse quendam Dictyn Graecum, tamen non adsentitur Malalam eius opere usum esse. Idque concludit ex eo, quod Dictys, quem primo vel secundo saeculo floruisse dicit, illis temporibus uti non potuit vocibus graecis, quales apud Malalam inveniuntur quaeque potissimum ex lingua latina translatae videntur [2]).

Si has adversas opiniones comparamus et ea, quae supra dicta sunt, paucis complectimur, adpareat re vera Graecum quendam Dictyn vixisse, qui libros annales belli Troiani conscripsit, quamvis dubium sit, qua aetate floruerit. Licet enim nihil certi de eo usque ad hanc aetatem invenerimus, hoc quidem argumento non satis comprobatur eum omnino non fuisse; quot enim scriptorum, qui nobis prius fere ignoti fuerant, opera his temporibus inventa sunt! Maximi vero momenti nobis ad hanc quaestionem diiudicandam videntur esse plurimi graecismi, qui dicuntur, de quibus postea, cum sermo erit de casibus et modis et temporibus, plura dicemus. Ne vero eo offendamur, quod Septimium permultis locis Sallustium aliosque scriptores latinos imitatum esse viderimus. Hoc enim argumento non efficitur, ut annales ex Graeco sermone conversi esse non possint, si cogitaverimus Ephemeridem liberam

---

[1]) Beiträge zur latein. Gramm. und zur Erklärung latein. Schriftsteller, Gotha 1905.

[2]) Ceterum ad totam quaestionem conferas quaeso hos quoque libros: W. Christ, Gesch. der griech. Lit. bis auf die Zeit Justinians[4], S. 852. — Krumbacher, Geschichte der byzant. Liter. von Justinian bis zum Ende des oströmischen Reiches[2], S. 845. — Wagener, Philologus XXXVIII, p. 373; 1879. F. Noack, ibid. Suppl. VI, p. 403—500; 1891/93. — Wölfflin, Hermes, IX, p. 89: 1875. H. Dessau, ibid. XXVII, p. 572/3; 1892. — W. Greif, Neue Untersuchungen zur Dictys- und Daresfrage, Berlin 1900. — E. Rohde, Kl. Schriften I, p. 350, Tübingen 1901. — O. Rossbach quoque apud Pauly-Wissowa, Realenzyklopädie der klass. Altertumswissenschaft, V (1903), p. 589 seqq. de Dictye-Septimio amplissime disputavit.

esse translationem Romanosque translationem, qua verbum verbo redditur, plerumque contempsisse.

Cum ex eis, quae supra fusius disputavimus, probabilissimum fiat Dictyn quendam Graecum auctorem ephemeridis belli Troiani fuisse, quaestio etiam atque etiam oritur, qua aetate vixerit; quae quaestio, donec non aliunde lux nobis adfulserit, dissolvi non potest.

De aetate vero translationis latinae omnes fere consentiunt, etiam ii, qui exemplar graecum non admittunt, atque librum illum de bello Troiano censent exeunte tertio vel ineunte quarto saeculo scriptum esse. Hoc loco alicuius momenti est, quod epistula initio operis posita ad Q. Aradium quendam missa est. Constat enim saeculo quarto p. Chr. ineunte re vera virum vel potius tres viros huius nominis vixisse, ex quibus unus anno CCCXVI. consul fuit. Conferas C. I. L. VIII Suppl. 14688, ubi ad inscriptiones accurate depictas Mommsen haec adnotavit: „ . . . inter quos tres sunt Aradii Rufini, unus praefectus urbi anno CCCIV, alter praefectus urbi anno CCCXII—XIII, qui forsitan etiam fasces gessit anno CCCXVI, tertius Q. Aradius Rufinus Valerius Proc. Populonius, qui anno CCCXXI rexit provinciam Valeriam Byzacenam. Unus ex his potest fuisse Rufinus Soli ac Lunae devovens.“ Certe negari non potest alium quoque atque hos esse potuisse illum, cui Septimius librum suum dedicavit.

Interpres latinus inprimis Sallustium sequitur non modo verbis et sententiis, sed etiam dictionibus et orationibus, quas in narrationem inseruit. Cf. quae Ferdinandus Meister in praefatione ed. suae pag. VIII. dicit: „quid quod haud raro quasi quaedam huius imitationes reperiuntur atque in Agamemnonem, Ulixem, alios ea transferuntur, quae ille (sc. Sallustius) de Iugurtha, Mario, Catilina dixit?“ Praeterea Septimius valde imitatus est Ciceronem, Cornelium Nepotem, Livium, Tacitum. Sermo eius est impurus ac mixtus permultis locutionibus inferioris latinitatis, quales apud Apuleium et Sulpicium Severum praecipue reperiuntur.

Iam vero cum meum non sit omnia ea, quae de libris manu scriptis ac de editionibus in operibus supra laudatis accurate exposita sunt, hoc loco repetere, id tantum adiungo, me etiam codicem E nuper a C. Annibaldi descriptum (Città di Castello 1907) inspexisse et in locis Ephemeridis proferendis, ubi alia notata non sunt, textum a F. Meistero recognitum (Lipsiae 1872) secutum esse. Grammaticorum opera, quibus usus sum, in adnotationibus commemorata invenies; ex dissertationibus vero eas praecipue nominavi, quae post Draegeri librum prodierunt atque ad exempla quaedam vel augenda vel magis illustranda prodesse videbantur. His praemissis iam ad ea, quae promisimus, ad casuum modorumque usum in Septimi libello accuratius investigandum accedamus.

Pars Prior.

DE CASUUM USU.

A. De Nominativo.

§ 1.

De nominativo pauca dicenda esse existimamus, cum aliquotiens in Septimii libro constructiones singulares adpareant, quibus Graecae linguae usum scriptor videatur esse imitatus.

Atque primum adferamus locum, quo subiectum deesse videtur: II, 15 utriusque exercitus manus conserunt (sc. milites).

Praeterea notavi Septimium, cum de duobus aut tribus viris loquitur, nonnumquam uti praepositione quae est *cum* pro coniunctione *et*[1]): I, 1 Idomeneus cum Merione . . . habuerunt; IV, 10 Aiax cum Diomede et Ulixe pergunt; IV, 16 Aiax cum Neoptolemo [veniunt]; V, 7 Diomedes cum Ulixe dissimulantes, cf. Meisteri editionis p. 119 sub vocabulo „cum".

Semel appositio in nominativo ponitur, quamquam nomen, ad quod est referenda, alium casum praebet: III, 15 quae regina Amazonibus incertum pretio an bellandi cupidine auxiliatum Priamo adventaverat: gens bellatrix (sc. Amazones) et ob id ad finitimos indomita.

Id quoque hoc loco dicere possumus Septimium in epistula, quam interpretationi latinae praemisit, nominativo liberius usum esse pro accusativo in hoc exemplo: avidos verae historiae cupido incessit . . . disserere non magis confisi (= confisos) ingenio.

Iam restat, ut breviter loquamur de nominativo absoluto, cuius unum in Ephemeride invenimus exemplum, quod est III, 7: iamque crebris . . . ictibus congressi neque vulneratus quisquam multum diei consumpserant; ubi quasi appositionem partitivam quam dicunt subesse statuas. Talis usus in posteriore latinitate

---

[1]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1 p. 34, 2.

saepius adparet Graecorum quadam imitatione. Cf. Xenophontis Hellenikon II, 2, 3: οἰμωγὴ ἐκ τοῦ Πειραιῶς . . . διῆκεν, ὁ ἕτερος τῷ ἑτέρῳ παραγγέλλων [1]).

B. De Genetivo.

§ 2. De genetivis subiectivo et obiectivo pronominis reflexivi.

Saepius *subiectivus* genetivus reflexivi pronominis usurpatur pro alio possessivi pronominis casu, quod raro vel potius numquam fere adparet apud scriptores aetatis classicae quae dicitur, sed inferioris aetatis proprium est [2]). Exempla sunt: III, 24 Polyxena . . . servitium sui . . . pollicetur; V, 2 comitatum sui praebuit; V, 5 namque id . . . sedem sui occupavisse; VI, 5 liberatus industria sui; VI, 8 cupitum sui interitum refert; V, 15 Ulixes, Agamemnon et Menelaus custodiam sui augere. — Ceterum apud Tacitum iam saepissime talia inveniuntur exempla. Apud Graecos vero hic usus ex ipsa linguae natura explicatur, quippe in qua pronomĕn possessivum reflexivi generis non fuerit.

Age vero dicamus pauca de *obiectivo* genetivo pronominis reflexivi etiam ab optimis scriptoribus nonnumquam usurpato [3]): I, 23 consultorem sui; II, 28 quo facilius . . . veneratio sui incuteretur; III, 3 recordatus sui; IV, 20 metu sui; V, 4 sui commemorationem faceret; V, 5 nequa suspicio sui . . . oriretur; V, 16 uti odium sui . . . leniretur; VI, 5 ad amorem sui inlicientes; VI, 9 amorem sui brevi confirmat; VI, 15 ob tutelam sui gerere.

§ 3. De laxiore genetivi obiectivi usu.

Dicamus nonnulla de laxiore quoque genetivi obiectivi usu [4]), qui in Ephemeride saepius exstat, eumque exemplis ex magna multitudine electis inlustremus: II, 6 requies doloris; II, 17 desperatione effugii salutisque (= desperans de effugio saluteque) cum quo conferri potest Graecorum ἀπόγνοιά τινος; II, 34 tot bellorum (= in tot bellis) victorias [5]). Vocabula *iniuria, odium, amor, desiderium, dolor* saepe con-

---

[1]) Cf. Stolz-Schmalz, Lat. Gramm.³ 259, Anm. 3; cf. Kühner-Gerth, Griech. Gramm. I 288, II 107.

[2]) Cf. Draeger, Hist. Synt.² I, 471 seqq.; Stolz-Schmalz, 236, § 60: Madvig, Lat. Sprachl. 275 b.

[3]) Cf. Schultz, Latein. Sprachl.⁵ pag. 340 seq.: Zumpt, Latein. Gramm. p. 296 seq.

[4]) Draeger, I, p. 468 seqq.: Zumpt, 296; Schultz, p. 310; Kühner-Gerth, I, 335 seq.

[5]) Madvig, p. 262.

iunguntur cum genetivo subiectivo aut obiectivo. Sed hoc praetereamus, cum non alienum sit ne ab optimis quidem scriptoribus.

§ 4. Substantivum verbale coniungitur cum genetivo.

Cuius usus cum plurima in Ephemeride invenerimus exempla, pauca nobis liceat adferre, quia hoc etiam probare nobis videmur scriptorem illum opus graecum in linguam latinam transtulisse. Nam cum usus substantivorum verbalium maxime sit effusus in lingua Graeca, constat talia a scriptoribus optimae latinitatis quam maxime evitata et alias locutiones substitutas esse [1]). Exempla sunt: I, 4 abstractio coniugis (= ἡ τῆς γυναικὸς ἁρπαγή); I, 18 absentia militis; II, 38 productio utriusque exercitus; III, 21 ob meorum male consulta; IV, 14 oblatione desponsae Cassandrae; IV, 15 iuxta amissionem tanti herois; IV, 18 deorum coactus aversione; V, 6 praetextu pacis (= τῇ τῆς εἰρήνης προφάσει); V, 14 intercessu Ulixis; V, 17 interventu hiemis; post Graecorum profectionem (= μετὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἄφοδον); VI, 11 provectu frugum; VI, 12 post abscessum viri.

§ 5. De genetivo definitivo vel appositionali.

Qui usurpatur

a) appositionis loco [2]): II, 5 scelus violati communis hospitii; II, 21 auri atque argenti dona (quod ego interpretor: dona id est aurum atque argentum); III, 12 decore omni pretiosae vestis (ubi vestis ipsa dicitur decus); III, 17 bigarum praemia; III, 26 diversi partus quinquaginta filiorum patrem; V, 13 auxilium vitae; VI, 1 super iniuria praelatae sibi a viro captivae (= super iniuria, quam acceperat praelata sibi a viro captiva).

b) Coniungitur cum substantivo [3]) similis significationis. Haec tria in Ephemeride inveni exempla: II, 19 ob egregia laborum eius facinora; II, 29 tanti numinis deum; IV, 15 exitium paternae mortis.

c) Genetivus adiectivi fungitur vicibus, sicut apud plures scriptores, qui sunt Seneca phil., Suetonius, Apuleius, Tertullianus, alii [4]): I, 4 atrocitas facti (= factum atrox), contra I, 6 tam atrox factum; I, 8 cupidine animi (= animo cupido); IV, 4 splendore insignium;

---

[1]) Zumpt, 438; Schultz, 340, Anm. 2; Kühner-Gerth, I, 335 seq.

[2]) Draeger, I, 466 seq.; Kühner, Latein. Gramm. II, 1, 307 seq.; Kühner-Gerth, I, 264; Zumpt, 300; Schultz, 341 seq.

[3]) Stolz-Schmalz, 235, § 58, Anm. 2; Wölfflin, Lat. des Afrik. Cass. Fel. p. 430 (Akad. München 1880); Hoppe, Syntax und Stil des Tertullian, Leipzig 1903, p. 18.

[4]) Hoppe, p. 19; Stolz-Schmalz, 235, § 58, Anm. 2.

IV, 9 forma corporis (= formoso corpore); V, 16 ob linguae proterviam. Cf. Sophoclis „Electrae“ vers. 19: μέλαινά τ'ἄστρων εὐφρόνη = μέλαινα εὐφρόνη ἀστερόεσσα [1]).

§ 6. De genetivo qualitatis.

De genetivo qui vocatur qualitatis qui omnium aetatum linguae latinae fuit communis nihil habeo quod dicam, nisi Septimium saepissime genetivum qui est „*modi*“ cum pronomine coniunctum usurpavisse, velut: I, 6 haec atque alia huiusmodi; II, 14 venena huiusmodi; II, 18 dona huiusmodi; II, 21 huiuscemodi orationem; II, 23 exemplum huiuscemodi; II, 24 ne quid huiusmodi; II, 26 raptus huiusmodi; II, 27 multa cuiuscemodi pecora; III, 15 dolum huiusmodi; III, 21 huiusmodi facinoribus; III, 23 eiusmodi poenas; huiusmodi militiam; IV, 20 cuiuscemodi saxa; V, 2 aliis huiusmodi praemiis; V, 9 huiusmodi fabricae; VI, 3 huiusmodi numine armatus; VI, 4 ad oblivionem huiusmodi facinoris; VI, 8 nomen eiusmodi; VI, 13 huiusmodi facinus; VI, 15 huiusmodi ictum [2]).

§ 7. De genetivo partitivo.

Qui genetivus, ut plerumque, sequitur nomina, quae multitudinem alicuius rei significant aut mensuram; praeterea coniungitur cum adverbio „*satis*“ et adiectivis numeralibus et pronominibus, quae sunt: *aliquis, nihil, nullus, quisquis, quisque, quicumque, quidam, tantus*, aliis.

Praeterea haec praecipue videntur notanda:

a) Genetivus a nomine proprio pendet [3]): I, 6 apud Troiam legatorum Palamedes; II, 32 praecellentibus barbarorum Hectore . . . Graecorum Diomede; III, 14 Graecorum Guneus interfectus est; IV, 7 Priami filiorum Aretus et Echemmon.

b) Hoc loco adiungi possunt ea exempla, in quibus genetivus pendet ab adiectivis generis neutri. Tales constructiones non sunt familiares optimis scriptoribus latinis, sed propriae poetarum et posterioris aetatis scriptorum, velut Tacitus liberrime eis usus est [4]). Cf. in Ephemeride: II, 4 diei plerumque; II, 6 multum gratulationis atque laetitiae; II, 45 reliquum noctis (= reliquam noctis partem); II, 16 dimidio fructuum; IV, 4 reliqua praedae; IV, 8 adversa fortunae bellique; IV, 21 itineris

---

[1]) Cf. Kühner-Gerth, I, 262.

[2]) Schultz, p. 343.

[3]) Cf. Zumpt, p. 300; Draeger, I, p. 457; Stolz-Schmalz, p. 238, Anm. 5.

[4]) Draeger, I, p. 453 seqq.; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 317, Anm. 1; Schultz, p. 347 seq.; Stolz-Schmalz, p. 237, § 62, Anm. 2; Draeger, Syntax und Stil des Tacitus, p. 28.

medio; V, 7 consueta sacrorum; V, 8 praeclara operum; V, 10 campi medio; VI, 5 futura defunctorum; VI, 8 cuncta domus fortunarumque; VI, 9 cuncta regni; VI, 11 cuncta fructuum; VI, 15 insigne iaculi[1]).

§ 8. Adiectiva, quae cum genetivo construuntur.

1. **Alienus,**[2]) ter: II, 5 non alienos generis sui; III, 5 non alienum sanguinis Priamidarum; VI, 7 non alieno Pelei[3]).

2. **Avidus;** quod adiectivum modo coniungitur cum genetivo gerundii, modo cum infinitivo imitatione quadam Graecorum; II, 37 avidus ignara cognoscendi, conf. in epistula Ephemeridi praemissa: avidos verae historiae; contra III, 20 avidi noscere causas[4]), conf. in epistula Ephemeridi praemissa: cupido incessit . . . disserere.

3. **Contentus,** semel: II, 17 haud contentus eorum, quae gesserat[5]). Hic usus discrepat cum optima latinitate.

4. **Dignus,** semel: IV, 15 nihil in his dignum doloris[6]). Saepius ista constructio exstat apud poetas et Tacitum (= ἄξιός τινος); conf. p. 25.

5. **Dispar,** semel: II, 23 dispares Alexandri[7]); construitur eodem modo, quo vox „dissimilis". Cf. Graecorum ὅμοιος, ἀνόμοιός τινος.

6. **Egregius,** bis: III, 6 vir egregius bellandi; IV, 13 viro egregio bellandi. Cf. Vergilii Aeneidos lib. XI v. 417 egregius animi[8]).

7. **Expers,** quater coniungitur cum genetivo[9]), semel cum ablativo[10]): II, 6 munificentiae regis expers fuit; II, 11 cladis eius expers fuit; II, 15 eius consilii haud expertem; IV, 22 expers omnium quae gesta erant; contra II, 4 clade expertibus.

8. **Inclitus,** semel: IV, 15 inclitam bellandi[11]) (= in bello).

---

[1]) Hic dicendum est de duobus quoque exemplis admodum singularibus genetivi partitivi id est III, 8 et III, 19 diei vesper erat, quod apud Sallustium (Iug. 106, 2; cf. 52, 3) exstare cognovimus. Cf. graecum illud ὀψὲ τῆς ἡμέρας; Kühner-Gerth, I, p. 341.

[2]) Thesaurus linguae latinae I, 1581.

[3]) Draeger, I, p. 478; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 275, Anm. 4; Zumpt, p. 324; Schultz, p. 380, Anm. 8.

[4]) Draeger, I, p. 474; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 319; Zumpt, p. 304; Thes. ling. lat. II, 1428.

[5]) Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 322; Schultz, p. 362; Zumpt, p. 322; Thes. ling. lat. IV, 680.

[6]) Draeger, I, 478; Zumpt, p. 322; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 346.

[7]) Draeger, I, p. 444; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 327; Zumpt, p. 286; Schultz, p. 329.

[8]) Draeger, I, p. 445; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 327; Zumpt, p. 286; Schultz, p. 264.

[9]) Draeger, I, p. 476; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 324; Zumpt, p. 304.

[10]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 325; Zumpt, p. 305; Schultz, p. 349.

[11]) Draeger, I, p. 479.

9. **Invalidus,** semel: VI, 15 invalidus virium; constructum est sicut verba penuriae. Cf. graecum ἀπορῶν.

10. **Notus,** semel: VI, 7 notusque adeo eius domus[1]) (= gnarus familiae[2]); posterioris proprium est latinitatis.

11. **Praescius,** bis: I, 15 praescius futurorum; II, 30 futurorum praescium. Ne hoc quidem proprium est optimae latinitatis[3]).

12. **Princeps,** ter adiectivi fungitur vicibus: II, 3 ipsi duces principes certaminis; V, 1 principes benevolentiae atque officiorum; V, 17 fitque princeps amicitiae eius[4]).

13. **Prosper,** semel: I, 23 flatus navigandi prosperos (= ad navigandum); praeter hunc locum unus tantum exstat, quo „prosper" cum genetivo construitur, Horatii carm. IV, 6, 39 prosperam frugum[5]).

14. **Reliquus,** bis: I, 5 reliqui praedae; II, 46 reliquus caedis. Cf. graecum illud ὑπολειπόμενός τινος.

15. **Securus,** ter: III, 15 hostem securum sui praevortit; III, 27 securus iam filiae; V, 9 animum gereret securum sui secretorumque; forsitan liceat cum hoc conferre graecum ἀμελῶν τινος[6]).

16. **Supplex,** semel: II, 25 supplicem domus[7]). Cf. graecum ἱκέτης δόμων.

17. **Vacuus,** semel: II, 22 culpae eius vacui nati; hic usus, ut observat Kuehnerius, est rarissimus[8]).

Praeterea has locutiones hoc loco adiungendas putavi, quae construuntur cum genetivo: **Certiorem fieri:** II, 9 incepti eorum certior factus[9]) et genetivum **animi:** V, 9 collectum eum refectumque animi[10]).

§ 9. De genetivo cum verbis coniuncto.

1. **Egere,** semel: III, 3 neque auxiliorum egere; hoc ex Graeca lingua puto in Romanam transiit. Cf. δέομαί τινος[11]).

---

[1]) Draeger, I, p. 481; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 321.

[2]) Cf. Meisteri editionis p. 129.

[3]) Draeger, I, p. 475; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 329.

[4]) Draeger, I, p. 477; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 323.

[5]) Draeger, I, p. 477; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, pag. 326 g; Hor. carm. expl. L. Müller (Lips. 1900), II, p. 374.

[6]) Draeger, I, p. 479; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 319.

[7]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 329 k.

[8]) Cf. Sall. Iug. 90, 1; Draeger, I, 479; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 326; Schultz, p. 380.

[9]) Draeger, I, p. 478; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, 324.

[10]) Draeger, I, p. 479; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 322 c.

[11]) Draeger, I, p. 559; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 342; Zumpt, 320.

2. **Potiri,** semel: II, 23 summae rei alii potiuntur; contra III, 23 summa rerum potiuntur[1]); sic Graeci dicunt κρατεῖν τινος.

3. **Recordari,** quater cum genetivo coniungitur: III, 3 recordatus sui; IV, 18 recordati eorum, quae Calchas dixerat; IV, 21 tunc recordati patris eorum et quae . . .; V, 14 recordatus eorum, quae . . . Ceterum hoc verbum potius accusativum quam genetivum expetivit[2]). Et huius quoque constructionis compluria exempla inveni; conf. p. 17.

Paginae 108 in versu 14 editionis Meisteri inveni hunc locum: „eiusque cupitum sui interitum refert." Hoc sensum non praebet et certe de mendo typographico hic cogitandum est, ut recte adnotavit Erv. Rohde in Philologi vol. XXXII, p. 749, scribendumque „*eisque*" pro „*eiusque*" (*iisque* exhibet etiam E, cf. Annibaldi p. 61).

§ 10. Genetivus pendet a vocibus, quae praepositionum vice funguntur.

1. **Causā,** cum genetivo saepius more usitato adparet.

2. **Gratiā,** quod novies adparet: I, 11 contestandi magis gratia; I, 16 cuius gratia; II, 8 mercandi gratia; II, 40 quorum gratia; III, 17 spectandi gratia; III, 23 Helenae atque Menelai gratia; IV, 11 Polyxenae gratia; VI, 4 cuius gratia[3]); ceterum haec quoque exempla sunt notanda: I, 18 neque pretio neque gratia Phalidis; II, 19 in cuius gratiam (πρὸς χάριν); III, 27 in gratiamne impetrati funeris; V, 2 in gratiam Helenae.

3. **Instar,** bis: I, 22 instar aestivi temporis; II, 3 semet instar muri opponunt[4]).

4. **Merito,** bis: II, 48 honoris merito; IV, 17 adfinitatis merito (= causa); cf. Trebelli Pollionis, scriptoris historiae Augustae, Tyrann. 22, 7 Alexander virtutum merito vocatus est, et Aelii Lampridii Heliogab. 6, 2 pecuniae merito.

5. **Seorsum,** semel coniungitur cum genetivo; VI, 10 seorsum fratris; aliis vero locis dicitur seorsum ab aliquo: III, 14 seorsum a favilla; cf. graecum χωρίς.

---

[1]) Cf. Draeger, I, p. 569; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 283; Zumpt, p. 322; Schultz, p. 378.

[2]) Draeger, I, 489/90; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 345; Stolz-Schmalz, p. 241 § 67; Zumpt, p. 306; Schultz, p. 353.

[3]) Cf. A. M. Schmidt, Programm, St. Pölten 1906, p. 18.

[4]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 310.

§ 11. De genetivo locativo qui dicitur.

Usurpantur locativi qui sunt *domi* et *humi,* praeterea *domi belli que*[1]), quod semel tantum adparet I, 6, cum ceteris locis Septimius semper usurpaverit *domi belloque*: III, 26 vir domi belloque prudentissimus; V, 15 virum domi belloque prudentissimum; VI, 15 se domi belloque inclitum (οἴκοι κἀν τῷ πολέμῳ).

C. De Dativo.

§ 12. Adiectiva quae cum dativo construuntur.

1. **Aptus,** bis: II, 6 apta dolori medicamina et V, 9 quae apta huiusmodi fabricae videbantur [2]).

2. **Clarus,** semel: IV, 14 virtute multis clarus (= notus [3]).

3. **Necessarius,** bis: I, 18 necessarii nautico apparatui; II, 9 rebus bello necessariis [4]).

Alia adiectiva, quae in ephemeride exstant, sicut semper solent, construuntur.

§ 13. De dativo verbis adiuncto.

1. **Adhibeo** [5]): III, 4 adhibito equis Merione; II, 10 adhibentes curam vulneri; II, 48 voluntatemque agendo negotio adhiberet; V, 3 rationemque futuris adhibendam.

2. **Adhospito** [6]): I, 15 sibi adhospitavere (ἅπαξ εἰρημένον), cf. Meisteri ed. p. 115.

3. **Adnecto** [7]): III, 15 currui adnectit; III, 18 utriusque capiti adnectebatur; saepius cum praepositione **ad** et accusativo construitur a scriptoribus optimis.

4. **Adorno** [8]): I, 21 sacrificio adornant; qui est dativus finalis.

5. **Adpellor** [9]): II, 5 regno eius adpulsos; VI, 1 Choeradibus

---

[1]) Thes. ling. lat. II, 1822; Bücheler-Windekilde, Lat. Decl. p. 118; Sommer, Lat. Laut- u. Formenlehre (Heidelberg 1902), p. 368; Šorn, Sprachgebrauch .d Eutropius (Innsbruck 1888), p. 42; Schultz, p. 325, Anm. 6; E. Löfstedt, Eranos, Acta phil. Suecana 1907, p. 66.

[2]) Draeger, I. p. 444; Madvig, Lat. Gramm. p. 234, Anm. 6; Thes. ling. lat. II, 331.

[3]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 232.

[4]) Cf. sub [2]) et praeterea Draeger, I, p. 444 et Schultz, p. 328.

[5]) Draeger, I, p. 422; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 243.

[6]) Thes. ling. lat. I, 652.

[7]) Cf. Draeger, I, p. 422; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 243.

[8]) Draeger, I, p. 422; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 243.

[9]) Draeger, I, p. 422; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 243; Thes. l. l. II, 275.

scopulis adpulsi; VI, 5 appulsus Sirenarum scopulis; Cicero praefert **ad** cum accusativo.

6. **Adplico** [1]: I, 4 terrae adplicat.

7. **Aspargo:** III, 20 capiti aspargens [2].

8. **Condo:** Prolog. eius tumulo condiderunt (nisi forte hoc uno loco Ephemeridis ablativum subesse mavis statuere); V, 15 reliquiasque urnae aureae conditas; IV, 8 urnae conditas; IV, 18 urnae condita [3].

9. **Deficio:** III, 25 deficientibus vobis in dies copiis militaribus; hic dubitari potest, utrum vox *deficiendi* cum dativo coniuncta sit an cum ablativo; duplex enim subesse potest contructio:

a) cum vos deficeretis copiis militaribus, quod non omnino abhorruisse puto a Romanorum usu;

b) cum vobis deficerent copiae militares [4], quod etiam apud Propertium I, 1, 7 adparet more Graecorum qui dixerunt: ἐλλείπει μοί τι; et haec interpretatio multo est veri similior.

10. **Denubo** cum dat. = nubo [5]: I, 1 Nestori denupta erat; II, 17 regi denupta erat; VI, 2 denupta adultero; VI, 6 Telemacho denubit; sed VI, 3 in matrimonium Aegisthi denupserat.

11. **Excipere,** semel: II, 13 exceptam reliquae praedae (= ex reliqua praeda); contra II, 19 ex omni praeda . . . exceptam.

12. **Exhibere,** semel: III, 21 me exhibeo poenae mortis.

13. **Figo:** IV, 19 corpori figebantur (= adfigebantur [6]), cf. Graecorum illud ἐμπήγνυσθαί τινι.

14. **Impono** cum dat. finali: IV, 15 impositoque faciendo operi.

15. **Incubo:** V, 2 his etiam incubet [7].

16. **Ingemesco** [8]: V, 3 qui aerumnis suis ingemesceret; de eodem verbo cum accusativo coniuncto cf. p. 16.

17. **Ingruo** [9]: III, 9 hostibus ingrueret (= ἐπιτίθεσθαι); apud Vergilium traditum est in Georgicon II, 410: vitibus ingruit umbra.

18. **Inhio** [10]: III, 23 divitiis inhiantes.

19. **Insisto** [11]: II, 41 aratui insistere; IV, 10 utroque exercitu sacrificio insistente.

---

[1] Draeger, I, p. 422; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 243; Thes. l. l. II, 298.

[2] Georges, Ausführl. Handwörterbuch I, p. 583; Thes. l. l. II, 820.

[3] Thes. l. l. IV, 149; sed. cf. IV, 15: ossa urna recondita.

[4] Draeger, I, p. 356; Zumpt, p. 272, Anm.; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 194, Anm. 1.

[5] Meisteri ed. p. 120.

[6] Draeger, I, p. 423.

[7] Draeger, I, p. 415.

[8] Draeger, I, p. 416.

[9] Draeger, I, p. 416.

[10] Draeger, I, p. 416.

[11] Draeger, I, p. 417 et Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 242.

20. **Inlido:** II, 40 inlisa clipeo.

21. **Medeor,** bis coniungitur cum dativo: II, 6 vulneri mederi; II, 23 mederi rebus; semel vero cum praepositione adversus: II, 14 mederi adversus venena huiusmodi.

22. **Misceo:** II, 52 Graecis mixtus; IV, 17 Troianis mixtas; IV, 18 ubi concilio mixtus est; cf. graecum μίγνυσθαί τινι [1]).

23. **Obvolvo:** II, 19 genibus Achillis obvolutae; II, 42 genibus Achillis obvolvebantur; II, 50 obvoluti genibus; III, 24 obvoluta genibus eius.

24. **Permisceo** [2]): I, 6 permixta miserationi vis.

25. **Regno:** III, 14 hi Larisaeis, Asius Sesto regnantes [3]).

26. **Remitto:** II, 50 nihil iracundiae remiserit (= abicere) et III, 11 nihil luctui remitteret.

27. **Superiaceo:** III, 11 cadaveri superiacens; rarissime usurpatur.

28. **Supersum**: III, 16 cui numquam vires consilio superfuerant (= numquam vires super consilio fuerant = consilium superaverant).

29. **Supervenio** [4]): I, 22 attonitis his atque stupefactis supervenit.

§ 14. Dativus finalis.

Dativus finalis [5]) plerumque cum substantivo coniunctus genetivi fungitur vicibus, ut adparet ex his exemplis: I, 19 nullus funeri modus neque requies; I, 20 magnum atque insuperabile cunctis remedium; II, 10 adiutores incepto invocantes; navigare incipientibus . . . dux factus; II, 32 Troianis duces facti; II, 40 locum vulneri inventurum; II, 42 quis Hector dux factus; II, 46 custodes castris relicti; III, 6 vulneri locum ubi nactus est; III, 12 busto locum dimetiuntur; III, 15 comites regulo; III, 15 regina Amazonibus [6]); V, 1 si quis modus tantis malis fieret; V, 2 testis his rebus Priamus; V, 6 Graecis affectis iniuria finis est; V, 8 quae ei templo sacerdos erat.

Hoc loco optime adferri potest III, 10 Echinadibus imperator (cf. imperare alicui).

§ 15. Dativus cum passivo coniungitur.

a) Cum perfecto passivi saepissime coniungitur [7]): II, 26 egregie

---

[1]) Cf. Kühner, Lat. Gramm. II, 1, 234/6 a.

[2]) Annibaldi p. 26; cf. E. Löfstedt, l. l. p. 46; Draeger, I, p. 425.

[3]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 235 e; Zumpt, p. 322.

[4]) Draeger, I, p. 419; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 242.

[5]) Draeger, I, p. 439; Stolz-Schmalz, p. 247 § 80; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 255, Anm. 5; Madvig, p. 225, Anm. 3; Hoppe, l. l. p. 26.

[6]) Draeger, I, p. 440 seq.; Landgraf, Beitr. z. histor. Syntax d. lat. Spr., p. 5 seqq. (München 1899); Löfstedt, l. l. p. 62.

[7]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 239 d seq.; Madvig, p. 236 a; Stolz-Schmalz, p. 246 § 78; Schultz, p. 338; Zumpt, p. 292/6. Cf. praeterea Draeger I, p. 429, 2.

actum nobis est; III, 20 quod ubi Aiaci cognitum est; IV, 5 nec sibi ignoratum esse; V, 7 quae postquam Antenori cognita sunt; VI, 6 popularibus cognitum est; haec comperta mihi; VI, 14 visum sibi simulacrum; versanti sibi cupientique . . . signum . . . visum; VI, 15 nulli quippe conpertum esse; Ulixi cognita sunt.

b) Dativus coniungitur cum aliis passivi formis; II, 20 cunctis decernitur; II, 42 fugientibus impediri; IV, 6 ubi barbaris intercedi videt; V, 2 quippe cui... non ... inveniri posset; etiam II, 4 talis dativus subesse potest: proelium . . . adversum se ducibus fatigaretur — nisi forte constructio graeca subest in verbis quae sunt „adversum se ducibus" et respondet graeco „τῶν ἡγεμόνων πρὸς ἀλλήλους ὄντων". Sed utut hoc est, ille quoque dativus qui cum passivo coniungitur non iniuria a grammaticis graecus appellatur.

D. De Accusativo.

§ 16. Verba, quae cum accusativo construuntur.

Accusativus sequitur haec verba:

1. **Abhorreo** [1]: II, 23 exemplum huiusmodi abhorrentes; II, 25 exemplum admissi abhorrentem.

2. **Consentio** [2]: IV, 11 gratularique super his, quae consensisset (consensu decrevisset). Vox *consentiendi* hoc loco mihi idem fere videtur significare atque graecum συγχωρεῖν.

3. **Contendo** (= tendo): IV, 19 sagittam contendit.

4. **Defendo** [3]: I, 5 hi regis necem defendent [4].

5. **Doleo** [5]: I, 7 alii iniurias dolerent; III, 25 fortunam labentis patriae dolens.

6. **Edoceo** [6]: III, 8 edoctus quae acciderant; IV, 8 cuncta edoctus est.

7. **Escendo** [7]: VI, 11 escendunt navem; construitur sicut verbum effugiendi.

8. **Evado** [8]: II, 2 Graecos evaserant; VI, 1 evadere naufragium; VI, 2 mare insidiasque suorum evaserant; V, 17 nocturnam civitatis

---

[1]) Draeger, I, p. 358; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, 197; Zumpt, p. 469, Anm. 2; Thes. ling. lat. I, 17.

[2]) Draeger, I, p. 414; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 198; Zumpt, p. 289.

[3]) Zumpt, p. 469; Schultz, p. 379, Anm. 4.

[4]) Cf. Meister in ind. p. 120.

[5]) Draeger, I, p. 358; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 296, 1.

[6]) Draeger, I, p. 371; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 220; Hoppe, l. l. p. 17.

[7]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 202.

[8]) Draeger, I, p. 381; Syntax u. Stil d. Tacitus, p. 19; Hoppe, l. l. p. 14; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 202; Kühner-Gerth, I, p. 295 seq.

cladem evaserant. Cf. graecum ἀποδιδράσκειν τινά, praeterea Herodoti V, 104 ἐξελθόντα τὸ ἄστυ.

9. **Festino**[1]: I, 16 munia militiae festinarent.

10. **Flagito**[2]: II, 30 flagitare Calchanta.

11. **Habeo**: Hoc verbum saepissime usurpatur et aliorum verborum nonnumquam fungitur vicibus, nonnumquam sicut graecum ἔχων ponitur pro praepositione „*cum*“ [3]). Exempla: I, 1 haec seorsum habuere (= ἔσχον); secum eos habuerat; I, 2 largiter magnificeque eos habuere; I, 7 Helenam secum habens (= ἔχων); I, 10 reges habentes Helenam; I, 11 quod non frustra eos habuit (= non est frustratus eos); II, 2 quem rex inter duces habebat; II, 20 habentes (= ἔχοντες) Polydorum; II, 41 militem frequentem apud arma habuere; habens etiam nonnullos de exercitu; II, 47 Astynomen liberaliter habitam cognoverat; III, 4 Glaucum secum ac Deiphobum et Polydamanta habens.

12. **Incedo**[4]: II, 42 quos primos hostis incesserat; mutatio animorum nostros atque hostes incesserat; IV, 7 Graecos saties incessit; IV, 14 laetitia . . . cunctos incesserat. Cf. ἔλεός μ᾽εἰσῄει [5].

13. **Incurro**[6]: II, 3 hostes incurrunt.

14. **Incurso**[7]: II, 9 loca hostilia incursarent; II, 13 easque incursent; III, 13 incursantesque sinistrum latus.

15. **Ingemesco**[8]: V, 5 Aiacem ingemescerent; contra V, 3 qui aerumnis suis ingemesceret.

16. **Inrumpo**[9]: I, 8 concilium inrumpunt; II, 24 conventum inrumpunt.

17. **Inruo**[10]: II, 39 conspicatus Alexandrum magno impetu inruit; quod poetarum est proprium.

18. **Maneo**[11]: III, 26 quas fastus manerent (= graece μένειν, ἀναμένειν τινά, germanice „erwarten“).

19. **Peto**[12]: II, 48 eum peterent, cf. graecum αἰτεῖν τινα; hoc loco Septimium certe Graecos imitatum esse ex tota constructione

---

[1] Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 197, 3.

[2] Draeger, II, p. 374; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 221 b; Madvig, p. 214 b.

[3] Kühner-Gerth, II, p. 87, Anm. 10.

[4] Draeger, I, 378, 2; Kühner, Lat. Gr. II, 1, 199 A; Madvig, p. 211 b, Anm. 2.

[5] Kühner-Gerth, I, p. 300.

[6] Draeger, I, p. 378, 2; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 200.

[7] Draeger, I, p. 378, 2; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 200.

[8] Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 196.

[9] Draeger, I, p. 378, 2; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 200.

[10] Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 200.

[11] Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 194; Hartel, Ennod., p. 684; cf. Löfstedt p. 49.

[12] Draeger, I, p. 362; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 222, Anm. 4.

verbi *petendi* facillime intellegi potest: eum peterent . . . remittere iras = αἰτοῖεν αὐτὸν παύειν τὴν ὀργήν.

20. **Praevehor** = praetervehor: V, 17 multas gentes barbaras praevectus.

21. **Propero** [1]): I, 5 ascensionem properat.

22. **Quaero** [2]): II, 12 Patroclum quaesiit.

23. **Recordor:** Cf. quae de hoc verbo in § 9 diximus. Exempla, in quibus cum accusativo construitur, sunt: II, 22 recordatus Alexandri facinus; III, 6 causas odii recordatus; III, 20 aetatem fortunamque recordatus; III, 21 deos recordatus; IV, 9 recordati aetatem eius admodum inmaturam; V, 9 recordatus parentem Priamum; VI, 15 exitum animo recordatus est [3]).

§ 17. Accusativus graecus.

Exempla, quae in Ephemeride exstant, sunt haec: II, 4 ictus femur [4]) (τὸν μηρὸν βεβλημένος); IV, 7 ictus inguina; III, 8 Deiphobum tibiam ferit (βάλλει); IV, 5 debilitati aliquantum animos; similiter IV, 11 pugionem incinctus (= περιεζωσμένος τι [5]).

Hic illud quoque optime addi potest exemplum, quo accusativus adverbialis quem dicunt adparet, id est III, 20: miserabile (= miserabiliter) tectus [6]).

Iam restat ut dicam de accusativo, quem inveni IV, 11: quos visos Ulixes non temere est, inquit, quod hi; pro lectione *quos visos* codices V et E [7]) exhibent lectionem *quo viso* (τοῦτο ἰδών), quam accipimus, cum lectio quae est *quos visos* neque Graecorum neque Latinorum more explicari possit. Littera *s* autem errore quodam librarii in textum recepta est [8]).

§ 18. De accusativo nominum locorum.

a) Nomina urbium: Septimius haec sic construit, ut modo accusativum ponat simplicem, modo cum praepositione *ad* vel *apud* coniunctum.

---

[1]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 197/3.

[2]) Draeger, I, p. 362; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 223, Anm. 5.

[3]) Draeger, I, p. 489; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 345.

[4]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 216 c; Madvig, p. 223, Anm. 1; Landgraf, Archiv f. lat. Lex. X, 215 seqq.; Hoppe, p. 17; Philipp, Sprachgebrauch d. Paulinus Nol. (Erlangen 1904), p. 63.

[5]) Hoppe, l. l.

[6]) Draeger, I, p. 388; Stolz-Schmalz, p. 231 § 49.

[7]) Cf. Annibaldi, p. 50.

[8]) Cf. de hac littera saepe in fine vocabulorum a librariis falso repetita A. Zingerle, Zum 42. Buche des Livius (Sitzungsber. der kais. Akad. in Wien CXLIII), p. 3; Zum 43. Buche (CXLV), p. 1.

1. Accusativus simplex usurpatur his locis [1]: I. 4 Spartam pervenere: I. 12 Lacedaemonam redeunt (= Lacedaemona [2]): I, 15 Argos convenere; I, 18 Aulidam confluunt; I, 20 profectus Mycenas; II. 9 Argos convenitur; II, 10 Aulidam veniunt; II, 25 Argos meavit; V, 15 Ismarum fugit: VI, 3 Athenas navigare; Athenas venit; Mycenas veniunt; VI, 4 Mycenas navigat; Mycenas remittit; Lacedaemona discedit; VI, 5 adpulsus Ismarum; VI, 12 Delphos proficiscitur; Spartam concedit; Mycenas discedit.

2. Accusativus coniungitur cum praepositione **ad** [3], qua interdum idem significatur ac praepositionibus *circum, prope;* nonnumquam vero exstat illa pro simplici accusativo:

I, 17 ad Aulidam (= Aulida) praemittunt; I, 20 ad Troiam profecturum (germanice „gegen Troja"); II, 7 ad Troiam navigandi: II. 10 ad Troiam (= Troiam) pervenere; ad Troiam navigatum est: III, 20 quae ad Troiam dixerat (= germanice „bei Troja"); III. 27 ad Troiam redit (= Troiam); IV. 4 ad Troiam duxit; IV, 22 ad Troiam venit; V, 4 ad Troiam veniunt; V, 10 ad Troiam eunt; V, 12 ad Sigeum secedunt; V, 17 regrediens ad Troiam; VI, 10 ad Troiam profecti.

3. Accusativus cum praepositione **apud** coniungitur [4]; quae praepositio saepissime usurpatur apud nomen Troiae et mihi respondere videtur Graeco „περὶ Τροίην". Exempla sunt: Prolog.: qui apud Ilium fuerat: V, 16 sepulchrumque apud Abydum statuitur; V, 17 apud Troiam postquam fama est; VI, 2 apud Troiam bellaverant. Saepius autem praepositio **apud** cum accusativo ponitur pro simplici locativo vel ablativo loci [5]: I, 6 apud Troiam legatorum (= Troiae legatorum; constructio graeca: τῶν ἐν Τροίῃ πρέσβεων); I, 12 dum haec apud Troiam aguntur: II, 8 apud Troiam conpertum est: II, 9 dum haec apud Troiam geruntur; II, 35 apud Troiam . . . seditionem occipiebant; III, 2, 9, 16 et IV, 8 apud Troiam = Troiae; V, 4 invisa ei apud Troiam fuere omnia; V, 7 quae apud Troiam erant; V, 11 apud Troiam in aedem Minervae portabatur; VI. 2 apud Corinthum (= Corinthi) agebat; qui apud Corinthum fuere; VI, 11 qui apud Delphos (= Delphis) erant.

b) Nomina terrarum:

1. Recte construuntur cum accusativo et praepositione **in**: Prolog.: in Achaiam fuerant delatae; V, 16 uti in Graeciam naviget.

---

[1] Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 348.
[2] De forma cf. Georges, Lex. d. Wortf. p. 374.
[3] Draeger, I, p. 396, 4; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 349, Anm. 3.
[4] Draeger, I, p. 585; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 382,3.
[5] Cf. Thimm, de elocutione Suetonii (Regim. 1867), p. 41.

2. Construuntur cum simplici accusativo, qui usus apud optimos scriptores rarus est [1]: I, 5 Phoenicem (= in Ph.) delapsus; II, 7 Boeotiam revertuntur; II, 41 Lyciam, in solum patrium, pertulere; VI, 7 Thessaliam mittit; VI, 10 Phoenicem navigaverit.

Exemplum admodum singulare exstat VI, 13 Molossos mittit (= in Molossorum regionem mittit); cf. Vergilii ecl. I, 65 sitientis ibimus Afros [2].

3. Semel usurpatur **apud** praepositio: VI, 4 multa . . . apud Aegyptum (= in Aegypto) miranda refert.

c) *Nomina insularum:*

I. Insulae minores [3]: 1. Accusativus simplex invenitur: II, 14 Lemnum insulam mittitur; IV, 2 Rhodum adpulsi; VI, 15 Ithacam venit.

2. Accusativus cum praepositionibus **ad** et **apud** coniungitur: II, 33 mittitur Philoctetae ad Lemnum (= Lemnum); VI, 7 apud Ithacam (= Ithacae) aguntur; VI, 10 tradita ossa apud Paphum (= Paphi).

II. Insulae maiores. Semel tantum Septimius optimae latinitatis usum secutus coniunxit accusativum cum praepositione **in**: VI, 5 devenerit in Siciliam [4]; multo saepius exstat accusativus simplex: I, 1 Cretam [5] convenere (= in Cretam); I, 3 Cretam nuntius venit; VI, 2 Cretam, patrium solum, remeavimus (quod eo magis miror quia appositionem quoque sine praepositione secum habet, cf. II, 41); VI, 3 adpulsus Cretam (= ad Cretam); VI, 11 profectus Cretam. Aliquotiens cum aliis praepositionibus **(ad, apud)** coniungitur: I, 5 ad Cyprum appulere; VI, 1 ad Euboeam devenere; VI, 4 civitatem apud Cyprum (= in Cypro) condidisse; VI, 6 apud Cretam interiit (= in Creta).

Accusativus „domum“ semel usurpatur pro „in domum“: VI, 7 acciti domum Chironis [6]. Semel (I, 20) exstat substantivum *domuitio* (= domum itio), cuius usus exempla rarissima sunt in lingua latina [7].

Usus singularis accusativi loci: V, 13 Polyxena Achilli inferias missa. Cf. Georges, Ausführl. Handwörterbuch, latein.-deutsch, II, p. 193.

---

[1] Draeger, I, p. 394/2; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 351/3; Madvig, p. 220, Anm. 4.

[2] Draeger, I, p. 395; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 351/2.

[3] Zumpt, p. 278/11; Schultz, p. 322/4.

[4] Draeger, I, p. 394, 2; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 348.

[5] Zumpt, p. 279.

[6] Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 352/4.

[7] Draeger, I, p. 397; Georges, Lex. d. Wortf. p. 227; Stolz, Hist. Gramm. p. 341.

§ 19. De nonnullis praepositionibus, quae cum accusativo construuntur.

Praepositiones, de quibus dicemus, sunt hae: **ad, adversum (adversus), ante, apud, circa, clam, inter, intra, iuxta, ob, per, praeter, in** c. acc.

1. **Ad:** I, 1 dignum ad memoriam nominis (= dignum memoria). Saepissime invenimus **ad postremum**[1]: I, 6, 19; II, 10, 46, 49, 50, 52; III, 1, 2, 6, 9, 14, 18, 26; IV, 1, 2, 3, 4, 8, 10, 19 multisque aliis locis. Alia exempla: I, 16 aequalium ad gloriam aemulatione (= ut aemularentur gloriam aequalium); III, 23 ad haec (= graece πρὸς τούτοις) multa imprecari; III, 26 ad perniciem publicam expectare; V, 10 ad solem, . . . ad naves expectaret; his locis vocabulum *exspectandi* positum est pro simplici verbo spectandi, sicuti graecum σκοπεῖν τι (= germanice „sich auf etwas beziehen“, „auf etwas gerichtet sein“); VI, 7 et II, 24 ad id tempus = eo tempore; III, 15 ad finitimos indomita (= usque ad finitimos). Bis invenimus *ad usque* pro usitatiore *usque ad*: IV, 1 ad usque vesperam et IV, 20 ad usque portam pergit[2].

2. **Adversum:** Septimius plus sexagies usurpavit formam **adversum,** cum **adversus** vix decies occurrat. Exempla, quibus usus laxior adparet, haec sunt: II, 14 mederi adversus venena huiusmodi; II, 18 amicitiam[3] Priami adversum Graecos. Praepositio **adversum** his locis graecae πρός respondet: II, 26 adversum[4] quem Aeneas (sc. dixit); IV, 21 quae advorsum legatos dixerit; V, 8 adversum eos disseruisset.

3. **Ante:** I, 19 praeficiunt ante omnes Palamedem[5]; III, 17 ante omnes victor declaratur.

4. **Apud:** Pro praepositione **in** usurpatur his locis[6]: II, 6 qui apud naves (= in navibus) erat; II, 35 ut apud arma (= in armis) essent; II, 41 militem apud arma frustra habuere; II, 45 apud arma (= in armis) agere; vid. p. 18 seq.

5. **Circa:** Saepius respondet graeco περί τινα[7]: I, 9 quae circa

---

[1]) Draeger, I, p. 578/3.

[2]) Draeger, I, p. 598; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 417.

[3]) Draeger, I, p. 594; Thes. l. l. I, p. 860.

[4]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 392/6; Draeger, I, p. 595.

[5]) Draeger, I, p. 599, 3; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 389 c; Thes. l. l. II, p. 135.

[6]) Draeger, I, p. 585; Thes. l. l. III, 337.

[7]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 395/2; Kühner-Gerth, I, pag. 494 seq.; Draeger, I, p. 618; Thimm, l. l. p. 42 seq.; Krauss, De praep. usu apud script. hist. Aug. (Vindob. 1882), p. 52.

filiam eius (= filiae) evenissent; II, 12 circa Protesilai sepulturam nostris occupatis (= πονεῖσθαι περί τι); II, 14 ob industriam et amorem viri, quem circa exercitum exhibebat; II, 25 amorem, si quem circa Helenam habuisset; II, 34 amore, quem circa Graecos habuerat; III, 1 circa exercitium solliciti; III, 12 detentis circa funus nostris. Ceterum hoc quoque exemplum dignum est, quod commemoretur: II, 5 quae circa (= in) domum Menelai ab Alexandro commissa essent.

6. **Clam:** Praepositionis loco usurpatur et cum accusativo construitur; I, 22 clam omnes; II, 18 clam omnis; V, 9 quae clam se gesta erant [1]).

7. **Inter:** Nonnumquam praepositionis **in** vicibus fungitur [2]): I, 21 inter tantam (= in tanta) animi dubitationem; II, 3 et 11 inter primos (= in primis); II, 12 inter epulas, sicut IV, 16; VI, 7 inter ipsas epulas. Saepius **inter se** respondet voci graecae quae est ἀλλήλω, ἀλλήλοιν [3]): III, 11 confirmati inter se; II, 32 cohortati inter se; II, 43 magna vis barbarorum trepida impeditaque inter se; II, 52 inter se miscebantur; III, 4 conglobatos inter se; IV, 5 confirmati inter se; V, 4 confirmant inter se; V, 14 certamen inter se ducibus exortum; VI, 1 inter se implicatis. **Inter haec, inter quae** usurpantur pro vocabulo **interea:** I, 16; II, 48; V, 5 et 16 aliisque locis [4]). *Inter* cum adiectivis et participiis generis neutri [5]) coniungitur: I, 21 inter quae tam taetra; II, 8 inter quae tam sollicita; III, 6 inter quae tam trepida; III, 10 inter quae tam foeda; III, 22 inter haec tam miseranda; V, 8 inter quae tam sollicita.

V, 1 exstat constructio *interesse inter* pro „interesse alicui rei“: inter epulas Talthybius interesset; conf. supra II, 12; IV, 7, 16 inter epulas.

8. **Intra** coniungitur cum accusativo iuxta verba, quae sunt *venire, pervenire, progredi* sim. [6]): II, 40 intra teli iactum pervenerat; III, 4 [7]) et IV, 5 intra teli iactum ventum est; III, 5 progressus intra aciem; III, 6 intra utramque aciem progressus.

9. **Iuxta:** IV, 15 nihil in his dignum doloris iuxta amissionem tanti herois. Haec mihi videtur translatio admodum accurata esse ex

---

[1]) Draeger, I, p. 665; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 373, 3; Stolz-Schmalz, p. 277 § 139.

[2]) Draeger, I, 608 a; Thimm, l. l. p. 44.

[3]) Draeger, I, p. 609.

[4]) Draeger, I, p. 611; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 402; Stolz-Schmalz, 266 § 114; Krauss, l. l. p. 42.

[5]) Draeger, I, p. 611.

[6]) Ibid., I, p. 612.

[7]) E h. l. *infra* (cf. Annibaldi, p. 43) quam lectionem Löfstedt, p. 49 iniuria tuetur ratione non habita locorum similium quos supra adtuli.

lingua graeca; nam vox *iuxta* hic eandem praebet significationem ac vox germanica „im Vergleich“ [1]) et graeca παρά cum accusativo [2]).

10. **Ob**: Saepissime invenimus locutionem *ob id* [3]) (= διὰ τοῦτο): I, 10, 20, 21; II, 2, 4, 8, 11, 18, 19, 25, 28, 29, 37, 41, 45, 50; III, 1, 4, 15, 17; IV, 14, 16, 18, 20; V, 4, 13, 15, 16; VI, 1; etiam „*ob quae*“ saepius usurpatur: I, 8, 11, 20; II, 47; IV, 10; V, 6, 9, 15; VI, 2, 6, 8, 9 [4]).

Tota enuntiata Graecorum more cum praepositione *ob* coniunguntur: I, 19 ob desertam domum a coniuge; II, 51 ob bene de se meritum reliquum exercitum; V, 14 ob servatam paulo ante Helenam. Praeterea digna, quae commemoremus, duo exempla videntur: II, 19 reliqua praeda ob (= secundum) singulorum merita distributa est; II, 30 se ob ea (= iis) offendi.

11. **Per**: Haec exempla in primis notanda videntur: II, 20 filiae orbitatem per absentiam coniugis (= ob): in epistula: conlapso per (= ob [5]) vetustatem; II, 13 per miserationem servata civitas; VI, 5 per misericordiam reservatum; II, 42 nostris per condicionem hiemis quietis; IV, 19 reclamanti per dolorem; IV, 21 per maerorem deficiente animo.

12. **Praeter**: I, 3 praeter ceteras Graeciae feminas miranda specie [6]).

13. **In** cum accusativo: in gratiam alicuius [7]) (II, 5, 20; III, 27; V, 2) posterioris aetatis proprium est sicut „in honorem alicuius“, quod invenimus III, 17; V, 10, 15. Adiectiva generis neutri cum **in** et accusativo coniunguntur [8]) II, 48 et V, 16 in commune (= communiter); V, 2 in medium consulamus; in totum sublatum nobis est; in aliquantum (II, 4, 32; III, 22; IV, 6) = aliquantum.

Hae locutiones quoque notandae videntur: VI, 3 filia in matrimonium Aegisthi denupserat (= Aegistho nupserat, conf. p. 13); praeterea II, 26 in rem [9]) eius consulimus et V, 10 testesque in eam rem (= eius rei).

---

[1]) Draeger, I, p. 587; Hartel, Lucif. p. 367.

[2]) Kühner-Gerth, I p. 514 seq.; Krüger, Gr. Gramm. § 68, 36, 4.

[3]) Draeger, I, p. 592.

[4]) A. Schmidt, Progr. St. Pölten 1905, p. 15; Šorn, Über die Präpos. bei Justinus, Progr. Laibach 1894, p. 25.

[5]) Draeger, I, p. 607; Wulsch, De praepositionis **per** usu Liv. (Halis 1880), p. 77.

[6]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 407; Draeger, I, p. 601.

[7]) Draeger, I, p. 658.

[8]) Eiusdem libri, p. 55 seqq.; Stolz-Schmalz, p. 275.

[9]) Draeger, I, p. 658, 4.

E. De Ablativo.

§ 20. Natus, ortus, editus, genitus[1]).

Exempla, quae in hac et in sequenti paragraphis exstant, non exscripsimus, quasi omnia abhorreant a communi usu, sed ut intellegatur Septimium variis constructionibus usum esse.

1. **Natus:** Semper coniungitur cum praepositione *ex*: I, 9 ex Hesiona Electram natam; ex quo Amyclam natum; VI, 6 ex Hesiona natum filium.

2. **Ortus:** IV, 22 ex qua ortum Dardanum; V, 2 inde iam a Pelope orti; VI, 15 ex quo ortus loco.

3. **Editus:** VI, 4 quae ex Aegistho edita erat; VI, 15 editum ex Ulixe; cf. VI, 2 Erigonem ex eo edit.

4. **Genitus:** Undecies coniungitur cum simplici ablativo, quinquies cum ablativo et praepositione *ex*:

I, 1 Minois Iove geniti; Aeropa et Plisthene genitus; I, 14 Aesculapio geniti; II, 3 Teuthrante et Auge genitus; II, 4 Hercule genitus; II, 5 Thessalo genitos; II, 35 Lycaone genitus; Xantho genitus; Dymante genitus; II, 45 Eione genitus; III, 14 Hyrtaco genitus; quasi permixta constructio occurrit IV, 15 genitus Achille ex Deidamia et V, 16 Aeantides Glauca genitus atque Eurysaces ex Tecmessa.

I, 1 ex Iove Dardanum genuisse; ex quo genita videretur; I, 13 ex Phyleo genitus, Thoas ex Andraemone; II, 5 ex qua genitus; IV, 22 ex Cleomestra et Aesyete se genitum.

Voces *natus ortus* sim. supplendae sunt his locis: I, 14 Thetidis, quae ex Chirone dicebatur (sc. genita); V, 17 cunctos ex Dardano (sc. genitos).

§ 21. Verba separationis.

1. **Abdico**[2]): III, 26 abdicandum a penatibus.

2. **Abeo**[3]): II, 26 consilio abeunt; V, 13 et 16 abire e conspectu.

3. **Abstineo**[4]): Cum abl. simpl.: II, 34 abstinendum publico consilio; IV, 3 feminis abstinentes manus; IV, 22 neque sacro neque

---

[1]) Draeger, I, p. 518; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 277 und Anm. 6.

[2]) Draeger, I, p. 504; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 272; Thes. l. l. I, 54.

[3]) Draeger, I, p. 505; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 274; Thes. l. l. I, 67; Weissenborn-Müller, ad Liv. X, 24, 18; Fügner, Lex. Liv. p. 138.

[4]) Draeger, I, p. 506; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 271; Thes. l. l. I, 195.

profano abstinuisse; V, 15 abstinere maledictis; cum praep. *ab*: I, 21 abstinendum a corpore virginis.

4. **Abstraho**: III, 10 abstrahere proelio; V, 12 e sacro abstrahit.

5. **Averto**[1]: IV, 11 aversusque a duce.

6. **Decido**[2]: III, 16 alto decidisse; poetarum et posterioris aetatis proprium.

7. **Deicio**[3]: IV, 17 deiectumque curru hostem.

8. **Desilio**: IV, 6 curru desilit; poetarum proprium.

9. **Duco**: IV, 4 iugis (= de iugis) Caucasi montis duxit.

10. **Edo**[4]: VI, 14 ex eodem loco repente edi; signum quoddam mari editum.

11. **Elabor**[5]: II, 23 a bono honestoque elapsi; cuius usus nullum aliud inveni exemplum, sed semper verbum elabendi cum praepositionibus *de* vel *ex* aut cum simplici ablativo coniungitur.

12. **Educo**[6]: II, 42 porta educit; II, 49 vagina educit; IV, 17 porta educit.

13. **Effundor**[7]: II, 32 effusi portis.

14. **Emitto**[8]: I, 21 vox quaedam luco emissa.

15. **Eripio**[9]: II, 43 bello atque Aiacis manibus eripiunt; III, 6 ereptum e manibus; III, 23 eripere proelio; VI, 2 manibus . . . ereptum.

16. **Erumpo**[10]: II, 35 portis erumpit; II, 13 ex parte una nostri erumpunt.

17. **Evolo**: II, 1 evolant navibus; II, 13 portis evolant.

18. **Exago**[11]: V, 17 regno exagerent; raro usurpatum est.

19. **Eximo**[12]: IV, 3 quos fuga bello exemerat.

20. **Exulo**: V, 4 ex omni Phrygia exulandum.

21. **Labor**[13]: V, 3 caelo lapsum.

22. **Libero**[14]: VI, 2 liberatum parricidii crimine; VI, 15 parricidii scelere liberavisset; II, 3 ab instanti pernicie liberatus est.

---

1) Draeger, I, p. 506; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 271; Thes. l. l. I, 195.
2) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 274.
3) Draeger, I, p. 508.
4) Ibid., I, p. 510.
5) Ibid., I, p. 511.
6) Ibid., I, p. 510.
7) Ibid., I, p. 510.
8) Ibid., I, p. 511.
9) Draeger, I, p. 512; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 274.
10) Draeger, I, p. 512; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 274.
11) Draeger, I, p. 513.
12) Ibid., I, p. 514.
13) Eiusdem libri p. 602.
14) Eiusdem libri p. 602.

23. **Praepedio:** I, 10 a recto consilio praepediebat.

24. **Proruo:** IV, 11 e parte alia . . . proruunt; IV, 12 portis proruunt.

25. **Resisto** = desisto: VI, 3 ab eo quod coeperat negotio restitit.

§ 22. Adiectiva quae cum ablativo construuntur.

1. **Dignus et indignus,** sicut apud omnes scriptores Latinos; de aliis constructionibus cf. supra p. 9 et 20.

2. **Expers**[1], semel: II, 4 clade expertibus.

3. **Residuus:** V, 10 et 17: bello residui (= reliqui[2]).

§ 23. Ablativus causae[3].

Pauca exempla adferemus usus liberioris. Quae sunt: II, 42 inproviso tumultu exsangues; III, 1 destinata feriundi arte mirabilis; III, 3 animi iactatione saucius; aestuare desiderio; V, 10 gratulantes interventu pacis; V, 15 inclitum tot egregiis pugnis.

§ 24. Ablativus loci.

a) Ablativum pro accusativo post praepositionem *in* praebent haec exempla: III, 4 in campis (= campos) productum; III, 5 progressusque in medio (= in medium); III, 14 in flumine (= flumen) praecipitant. Cum quibus exemplis comparare liceat usum liberiorem graecae praepositionis ἐν iuxta verba motionis, conf. Kühner-Gerth I, 541.

b) Ablativus simplex ponitur pro ablativo et praepositione *in*: IV, 1 animo ita haeserat[4]; IV, 2 cornu dextro[5]; IV, 4 mari misit[6]; IV, 21 comas sepulchro deponit; V, 16 comam tumulo eius deponunt[7]; V, 7 aris composita sacrorum[8]. Praeterea adferenda sunt IV, 21 itineris medio occurrunt et V, 10 campi medio[9], denique exemplum ablativi instrumenti IV, 15 ossa urna recondita[10], conf. Prolog.: tumulo condiderunt (de quo loco p. 13 disserui).

c) Constructio nominum quae sunt **locus** et **totus:**

---

[1]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 277; Comment. ad Sallust. Catil. 33, 1.
[2]) Cf. Meisteri editionis p. 134.
[3]) Draeger, I, p. 543; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 278, Anm. 7.
[4]) Draeger, I, p. 526.
[5]) Eiusdem libri, p. 525 i.
[6]) Ibid. p. 520 a et Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 257, 2 a.
[7]) Zumpt, p. 385, Anm. 1.
[8]) Draeger, I, p. 525 i.
[9]) Ibid., I, p. 526.
[10]) Ibid., I, p. 551.

α) ponuntur in simplici ablativo: II, 5 locis alienis atque hostilibus[1]; III, 16 urbe tota[2]; IV, 17 parentis loco percolebat[3]; VI, 7 incognitos illis locis;

β) cum praepos. *in*: I, 5 in loco offendere; I, 12 in suis locis atque imperiis[4]; opportunus locus et in quo; I, 19 quae in eo loco erat; II, 5 in his locis; IV, 13 in eodem loco, quo; IV, 15 in eo loco habebant (= incolebant[5]); IV, 21 pernoctatque in loco; VI, 9 sponte et in loco[6] (= ilico) tradit; VI, 13 in his locis.

§ 25. Ablativus temporis.

Breviter de hoc loquamur, cum semper fere Septimius communem usum secutus sit; digni, qui memorentur, tres videntur esse loci, quibus ablativus temporis coniungitur cum praepositione „*in*“[7]: I, 1 agens in primis annis; I, 14 in primis adulescentiae annis; IV, 9 in primis pueritiae annis.

§ 26. De constructione nominum locorum.

A. Significatur, ubi quis sit:

a) Urbes: Prologus: in Gnoso civitate[8]; IV, 15 in Sigeo sepelivere (sc. promunturio); V, 15 in Rhoeteo sepeliendas; VI, 13 Delphis esse; Delphis sepultum.

b) Insulae: VI, 14 qui in Cephalenia[9] (= Cephaleniae) erant (ἐν Κεφαλληνίᾳ).

c) Terrae: I, 4 in Graecia regnabant et V, 9 in Graecia moraturum.

B. Significatur, unde quis veniat:

a) Urbes:

α) Sine praepositione[10]: I, 15 Mycenis adportatum; I, 17 classes praemittunt . . . Menestheus Athenis . . . Aiax Telamonius Salaminā . . . Diomedes Argis . . . Eumelus Pheris . . . Philocteta Methona aliisque

---

1) Draeger, I, p. 520 b et Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 258 b.

2) Draeger, I, p. 524 h; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 260 g.

3) Draeger, I, p. 521.

4) Ibid., I, p. 521.

5) Cf. Meisteri ed. p. 125.

6) Draeger, I, p. 521; cf. Stolz, Hist. Gr. p. 142; Walde, Etym. Wörterb. p. 296; Krauss l. l. p. 87.

7) Draeger, I, p. 531 seq.; Stolz-Schmalz, p. 256/95, Anm. 2; Hoppe l. l. p. 31.

8) Draeger, I, p. 519 A.

9) Draeger l. l. et Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 279|1.

10) Draeger, I, p. 495.

civitatibus (= aliisque ex civitatibus) . . . Guneus Perrhaebis . . . Thessandrus . . . Thebis . . . Mopsus Colophonā; V, 6 Argis venimus.

Praeterea adiungatur locus qui est in Prologo: Dictys, Cretensis genere, Gnoso civitate (= e civitate);

β) cum praepositione **ex**[1]: Prologus: Merionis ex Molo; I, 2 ex Sidona . . . transmissa; I, 14 adfuit . . . ex Athenis Menestheus et Aiax . . . ex Argis Amphilochus; I, 17 Agamemnon ex Mycenis . . . Meges ex Dulichio . . . Nireus ex Syme; Podarces et Protesilaus ex Phylaca aliisque . . . locis; II, 35 Hippothous et Pylaeus ex Larissa; Sarpedon ex Solemo; V, 4 strepitus ex Pergamo editur; VI, 2 ducere ex Troia; VI, 5 quae ex Troia habuerat;

γ) cum praep. **ab, de**[2]: II, 35 Asius . . . de Sesto; V, 17 ab Troia navigat.

b) Insulae:

α) Sine praepositione[3]: I, 17 Tlepolemus Rhodo aliisque insulis (= aliisque ex insulis); II, 47 Lemno regreditur;

β) cum praepos. **ex**: I, 17 Elephenor ex Euboea . . . Meges . . . ex insulis Echinadibus . . . Idomeneus cum Merione ex omni Creta . . . Epios ex insulis Cycladibus. Eodem loco dicitur: ex Ithaca;

γ) cum praepos. **ab**: VI, 6 hique erant ab Zacyntho, Echinadibus, Leucata, Ithaca.

c) Terrae:

α) In simplici ablativo: I, 17 Thalpius et Diores . . . Elide aliisque civitatibus; sed hoc loco potest intellegi urbs, cui est nomen Elidi;

β) cum praepositione **ex**: I, 14 ex Locride; ex Aetolia; I, 17 ex omni Lacedaemona; ex omni Boeotia; ex Phocide; ex Aetolia; ex Pelasgico; ex Acarnania; II, 35 ex Lycia; ex Thracia; ex Moesia; ex Phrygia; IV, 14 ex Moesia;

γ) II, 35 de Caria; II, 26 a Colchis.

§ 27. Ablativus absolutus.

1. Adiectivum ponitur pro participio et participium omnino deest[4]: I, 1 admodum parvis (μάλα μικρῶν ὄντων); I, 3 Aenea aliisque . . . comitibus; I, 16 secundo rumore; I, 20 nullo consilii participe;

---

[1]) Draeger, I, p. 495 et Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 349, Anm. 3.

[2]) Draeger, I, p. 495; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 349, Anm. 3.

[3]) Draeger, I, p. 495; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 349, Anm. 3.

[4]) Draeger, II, p. 804 seqq.; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 586, 9; Madvig, p. 225 seq.

I, 21 nulla requie tempestatis (οὐκ οὔσης ἡσυχίας); II, 8 auctoribus nuntii eius barbaris; aliisque pessimis consultoribus; II, 11 infensis hostibus; II, 12 libero ab hostibus tempore; II, 19 Nestore et Idomeneo in decernendo optimis auctoribus; II, 26 tot talibusque filiis superstitibus; II, 31 duce atque auctore Achille; II, 33 adversa cunctorum voluntate; II, 36 magistro ac praeceptore Menestheo; II, 41 nullo palam (= manifesto) hoste; II, 42 nostris . . . quietis; II, 43 eoque arto et . . . impedito ingressu; II, 48 inimicis regionibus; III, 1 diversis ad officia sua quibusque; III, 8 inclitis . . . ducibus; IV, 1 integro comitatu; IV, 3 reliquo (= relicto) adhuc ad persentiendum spiritu; IV, 12 nusquam ullo certo ordine aut spe reliqua resistendi; IV, 18 administris Aenea atque Antenore; V, 3 vivis Alexandro atque Hectore; V, 9 adnitente atque administro Antenore; VI, 8 adverso mari; VI, 11 nulla certa causa.

2. Pronomen demonstrativum mente supplendum est[1]): I, 4 impositis, quae; I, 5 abreptis quae cupierat; I, 23 dissimulato, quod ei acciderat; II, 3 fugatis quos adversum ierat; II, 5 perfectis quae cupierant; II, 15 simulato, quod; II, 19 divisis . . . quae supererant; II, 26 disseminatis quae; II, 42 fusis qui in medio fuerant; II, 49 cognito quod parabatur; IV, 17 deturbatis . . . qui steterant; praeterea III, 10 relicto (sc. loco) ubi pugnaverat.

3. Ablativus absolutus continetur solo participio generis neutri[2]): II, 5 cognito (= δηλωθέντος); II, 28 cognito; III, 4 edicto prius (= ἀγγελθέντος); IV, 6 praedicto prius; V, 11 praenuntiato Troianis; VI, 2 cognito, praedicto; VI, 3 conspirato, cognito; VI, 15 credito, cognito.

§ 28. De nonnullis praepositionibus, quae cum ablativo coniunguntur.

1. **Ab**[3]): I, 8 ne quid adversum se a popularibus oriretur (= inciperetur); II, 20 ab amico . . . evenisse (= facta esse: γεγονέναι); II, 40 ab nostris clamore orto (= sublato); III, 11 numquam a Graecis solitum; VI, 5 ab eorum filiis plurimos sociorum amiserit (= per filios).

Constructio singularis exstat II, 42: ab armis turbari simul et fugientibus; rectius: armis turbari simul et a fugientibus[4]).

2. **Cum:** Vox *adiungendi* adhibetur cum hac praepositione: II,

---

[1]) Draeger, II, p. 793a; Stolz-Schmalz, p. 258 § 98; Thimm, l. l. p. 79.

[2]) Draeger, II, p. 798 seqq.; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 584|7; Stolz-Schmalz, 257 § 97; Hartel, Patr. Stud. IV, 22; Hoppe, p. 32.

[3]) Draeger, I, p. 624; Thes. l. l. 1, 29.

[4]) Draeger, I, p. 548; Scharnagl, de Arnobii latinitate (Görz 1894), p. 43.

14 cum his adiunctum; III, 15 adiunctis secum [1]); praeterea vocabula quae sunt *similis, idem* [2]), *par* cum hac praepositione constructa invenimus: II, 20 pariter cum supradictis; V, 6 idem sibi cum patria exitium; V, 16 simile cum ceteris ducibus ius regnique eandem potestatem.

3. **De:** IV, 10 de cetero [3]) (= ceterum).

4. **Ex:** Has locutiones invenimus: III, 16 ex incerto [4]); I, 1 ex aequo [5]); III, 18 ex transverso. **Ex quo** et **ex eo** usurpantur pro Graecorum ἐκ τούτου, ἐξ οὗ; IV, 1 ex qua = propter quam. Cf. praeterea § 20.

5. **Prae:** III, 20 prae se habens; V, 11 prae tali studio [6]).

6. **In** c. abl.: V, 10 senes conveniunt, in quis [7]) (= inter quos) Antenor refert; conf. praeterea § 24a.

7. **Super** c. abl. [8]) Septimius hac praepositione saepius usus est.

a) Super = de [9]): I, 7 quid super tali negotio agendum; III, 27 super qua iuvenis aliud tempus atque alium locum tractatumque fore respondit (quam GB Meister, qua PE_1 [10]); IV, 9 super his . . . mandatum; IV, 10 super Polyxena cum mandatis mittit; IV, 22 super tali negotio disceptaret; V, 4 super condicione pacis tractari; V, 5 super qualitate eorum . . . disserturum; V, 10 super condicionibus pactae pacis; V, 13 deliberatio inita super his; V, 14 super Palladio ingens certamen exortum; VI, 3 super Agamemnone regnoque eius cognoscit; VI, 12 conquesta super iniuria.

b) = graec. ὑπέρ: II, 47 actum gratias super his; IV, 11 gratularique super his; VI, 4 super eo facinore causam dicere.

Si paucis comprehendere liceat, quae iam accuratius exposuimus, adpareat in Septimii libro saepissime Graecorum dictionis vestigia inveniri. Atque haec exempla habemus quae adiungamus: II, 1 versis his atque in fuga (ἐν φυγῇ οὖσιν) parcere; III, 5 memor paullo ante repulsae (= τῆς πρότερον); III, 14 memores paullo ante . . . insolentiae; IV, 1 hi regis quondam (τοῦ ποτε . . . βασιλέως); IV, 3 amicus antea (= ὁ πρὶν φίλος). Has esse Graecorum imitationes nemo negabit.

---

1) Draeger, I, p. 422.
2) Zumpt, p. 473.
3) Draeger, I, p. 631; Hartel, Paulinus Nol. II, p. 423.
4) Draeger, I, p. 56.
5) Eiusdem libri p. 56.
6) Eiusdem libri p. 641.
7) Eiusdem libri p. 647.
8) Eiusdem libri p. 664; Stolz-Schmalz, p. 277; Krauss, l. l. p. 101.
9) Thimm, l. l. p. 55.
10) Cf. Annibaldi, p. 47; Löfstedt, p. 50.

Pars altera.

DE TEMPORUM ET MODORUM USU.

§ 29. De infinitivo historico.

Caput, quo disputabimus de infinitivi usu, quattuor in partes dividemus, quarum prima dicemus de infinitivo historico, secunda de infinitivo verbis et substantivis et adiectivis adiuncto, tertia de nominativo cum infinitivo pauca adferemus, quarta de accusativo cum infinitivo. Iam vero si primo loco de infinitivo historico agamus, id notandum sit Septimium saepissime eo usum esse. Sed exempla proferre longum est, quare locos tantum complures, quibus infinitivus historicus invenitur, enumerabimus. Qui sunt: I, 9, 19 bis; II, 1 quinquies, 5, 6, 13, 16, 23 ter, 24 bis, 25, 34 bis, 38, 41 bis, 42, 43 ter, 46 ter, 48 quater, 49, 50 bis, 52; III, 6, 9 bis, 22 bis, 23 bis; IV, 3 bis, 4 quater, 5, 11 quater, 12 bis, 13 bis, 16 bis, 17, 22 bis; V, 6 bis, 7 quinquies, 8, 10 quinquies, 12 ter, 14 quinquies, 15 quater, 16 quater; VI, 15 ter.

Nonnumquam infinitivus historicus et alia forma historica copulantur[1]: I, 19 omnes duces Agamemnonem adeunt eumque . . . orare recusantemque cogere; I, 21 diversus agebatur: terreri quippe . . . idque signum divinum credere, dein commoveri; II, 30 in unum coeunt ac . . . flagitare Calchanta; III, 1 Troiani socordius agitare ac saepe . . . supplicabant; III, 16 multi credidere, nonnulli etiam pro confirmato habere; III, 20 Nestor dolet, contra Ulixes insequi et commemorare; IV, 1 fletum tollunt, neque quisquam . . . credere; V, 1 filios suos monere Antenor . . . dein ammiratur; V, 3 gemitum edunt, tendentes manus . . . annuere.

---

[1]) Draeger, I, p. 330; Menna de inf. ap. Plin. min. (Rostock 1902), p. 134 sqq.

§ 30. Verba, quae construuntur cum nudo infinitivo.

1. **Amo**[1]: I, 3 sicut fieri amat (= φιλεῖ).

2. **Adinvenio**[2]: III, 2 adinveniens visere et VI, 4 adinvenientes dinoscere; hoc loco exstat infinitivus finalis. Cf. illud Homeri βῆ δ' ἰέναι[3].

3. **Cohibeo**[4]: III, 4 nostrosque progredi ac suos fugere cohibuisset. Et Draegerius et Kühnerius praeter hoc unum tantum exemplum adferunt, id est Calpurn. ecl. 4, 20, ed. Schenkl p. 22 (cf. κατέχειν).

4. **Concedo**[5]: III, 22 intueri saltem concederetur; V, 16 abire concedant; cf. συγχωρεῖν.

5. **Consentio**[6]: II, 21 neque vos pigebit consensisse nobis . . . priora male consulta corrigere; cf. ὁμολογεῖν.

6. **Destino**[7]: II, 28 obsequi destinaverant; cf. προστάσσειν.

7. **Deterreo**[8]: IV, 10 deterrerent in colloquio clam cum hostibus agere.

8. **Expecto**[9]: V, 1 omnibus expectantibus audire (= προθυμοῦμαι).

9. **Enitor**[10]: III, 10 enititur abstrahere proelio; VI, 1 evadere suffragium enisus est; cf. σπουδάζειν.

10. **Facio**[11]: I, 4 regem breviter consolatus navem ascendere facit; cf. ποιεῖν.

11. **Festino**[12]: I, 20 festinaret . . . mittere; II, 38 aequiperare gloriam festinaret; IV, 18 nostris festinantibus secreta dinoscere; cf. σπεύδειν.

12. **Hortor**[13]: II, 50 ingressos eos . . . sedere hortatur; III, 5 confidentius in hostem pugnare hortatur; cf. παραινεῖν; sed I, 9 uti gereret hortatur; II, 9 hortatur uti festinarent, et sic saepius.

13. **Iubeo**[14]: V, 11 iubent nostri peragere incepta.

14. **Iuvat**[15]: V, 17 nunc reditum nostrorum narrare iuvat.

---

[1]) Draeger, II, p. 306, 2; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p 491 a; Thes. l. l. I, p. 1956.

[2]) Draeger, II, p. 368, 6 a; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 501, 6 a; Stolz-Schmalz, p. 282 § 145; Thes. l. l. I, p. 688.

[3]) Kühner-Gerth, II, p. 16.

[4]) Draeger, II, p. 346 d; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 492 e.

[5]) Draeger, II, p. 330; Thes. l. l. IV, p. 15.

[6]) Draeger, II, p. 318 g.

[7]) Eiusdem libri p. 314; Thimm, l. l. p. 86.

[8]) Eiusdem libri p. 346 e.

[9]) Eiusdem libri p. 387/6.

[10]) Eiusdem libri p. 310.

[11]) Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 502 b, 511 e.

[12]) Draeger, II, p. 319; Menna l. l. p. 53.

[13]) Draeger, II, p. 322, 3 a; Madvig, p. 350; Stolz-Schmalz, p. 284; Menna, p. 56.

[14]) Draeger, II, p. 325; Menna, p. 57.

[15]) Draeger, II, p. 351/6.

15. **Nitor**[1]): IV, 6 Aiacem exturbare nitentes; IV, 12 eripere Achillen nitentes atque auferre; VI, 14 somniorum vim evitare nitebatur (cf. σπεύδειν c. inf.).

16. **Opto**[2]): IV, 15 quo fortiorem ne optasse quidem quemquam existere.

17. **Permitto**[3]): II, 1 permittitur terram contingere; cf. ἐπιτρέπειν.

18. **Peto**[4]): II, 48 peterent remittere iras ac repetere . . . gratiam (= αἰτεῖν c. inf.).

19. **Piget**[5]): II, 21 neque vos pigebit consensisse nobis.

20. **Pergo**[6]): II, 29 obviam ire pergit (= βῆ δ' ἰέναι).

21. **Postulo**[7]): II, 35 res postulare videtur eorum reges edicere; cf. ἐπιθυμεῖν.

22. **Placet**[8]): III, 9 arma expedire et producere militem placet; cf. p. 35.

23. **Reor**: II, 31 cuncta extrema ratus experiri.

§ 31. De participiis, substantivis, adiectivis cum infinitivo coniunctis.

a) Participia: 1. **Consequens**[9]): II, 21 consequens fuit arma capere hisque per vim extorquere;

2. **suetus**[10]): II, 8 commutare res sueti.

b) Substantiva: 1. **Consilium est**[11]): I, 21 proelium adversum vos inire (= ineundi) consilium fuit;

2. **finis est**: V, 6 Graecis ulcisci hostes suos finis est;

3. **potestas est**[12]): II, 23 mederi (= medendi) rebus potestas nulla est; cf. δύναμις τοῦ ἀκεῖσθαι οὐκ ἔστιν;

4. **optio**[13]): I, 10 optionem . . . offert . . . ad suos regredi; cf. αἵρεσιν δίδωσι τοῦ ἐπανελθεῖν;

5. **cupido**: Epist.: cupido incessit ea uti erant Latine disserere; cf. ἐπιθυμία τοῦ διηγεῖσθαι.

c) Adiectiva: 1. **Avidus**[14]): III, 20 avidi noscere causas; cf. πρόθυμος γνῶναι;

---

[1]) Draeger, II, p. 309/10; Menna, p. 48.
[2]) Draeger, II, p. 307 seq.; Menna p. 48.
[3]) Draeger, II, p. 330; Madvig, p. 360, Anm. 5.
[4]) Draeger, II, p. 321/1; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 502 b.
[5]) Draeger, II, p. 343 b, β.
[6]) Draeger, II, p. 347, 368/69; Menna, p. 54.
[7]) Draeger, II, p. 321/2.
[8]) Draeger, II, p. 352/7; Stolz-Schmalz, p. 286; Menna, p. 38.
[9]) Draeger, II, p. 371/1.
[10]) Draeger, II, p. 349; Thimm, p. 89.
[11]) Draeger, II, p. 318; Kühner, Lat. Gr. II, 1, p. 492; Stolz-Schmalz, p. 287.
[12]) Draeger, II, p. 361.
[13]) Ibid., II, p. 358/1.
[14]) Draeger, II, p. 375 e; Stolz-Schmalz, p. 282; Thes. l. l. II, p. 1429.

2. **cupidus**[1]): II, 37 causam . . . cupidus (= cupiens) persciscere.

§ 32. Nominativus cum infinitivo.

Ea tantum adferemus exempla, in quibus constructio apud ceteros scriptores rara adpareat:

1. **Credor:** II, 28 quippe qui nihil non mereri crederetur; II, 48 Aiax impetraturus veniam facilius credebatur; III, 16 aves alto decidisse crederentur.

2. **Adfirmor:** II, 49 quod intacta Hippodamia adfirmaretur.

3. **Negor:** VI, 13 ubi visus Orestes negabatur[2]).

§ 33. Accusativus cum infinitivo.

Accusativus cum infinitivo ut solet sequitur haec verba hasque locutiones[3]): existimo, animadverto, adverto (= animadverto), cognosco, intellego, scio, ignoro, reor, puto, censeo, credo, accipio, video, cerno, persentio, dico, loquor, (for), aio, indico, praedico, memoro, nuntio, denuntio, praenuntio, fero, refero, perfero, exclamo, dissero, doceo, expono, respondeo, addo, testor, nego, abnuo, moneo, admoneo, iubeo, suadeo, doleo, patior, placet, oportet; verba facio, compertum habeo, nuntius apportatur, sententia est, vox emittitur, pro confirmato habeo, est confirmatum ac verum, nuntius supervenit, animo haeret, animo inhaeret, omnium ore agitatur, fama est, fama perfertur, responso editur. Ex his exemplis unum proferre liceat: IV, 15[4]) neque tamen abnuere quod imperfectum a patre relictum esset a se atque a circumstantibus perfici.

Haec verba et has dictiones praeter ceteras notavimus:

1. **Impero**[5]): III, 17 praemia statui imperat; III, 27 omnia... exponi imperat; V, 8 victimas transferri imperat. Contra vox *iubendi* semel cum coniunctione *ut* construitur; sed de hoc usu postea verba faciemus. Id vero hoc quoque loco commemorandum videtur Septimium semel verbum *iubendi* cum simplici infinitivo construxisse: V, 11 iubent nostri peragere incepta[6]).

---

[1]) Draeger, II, p. 376.

[2]) Draeger, II, p. 450; A. Zingerle, Phil. Abh. IV (Aenip. 1887), p. 63 seq.; Stolz-Schmalz p. 293; Hoppe, l. l. p. 52.

[3]) Draeger, II, p. 381 seq.

[4]) Thes. l. l. I, p. 115; Meisteri ed. p. 114.

[5]) Draeger, II, p. 409 d; Madvig, p. 365; Stolz-Schmalz, p. 291; Thimm, l. l. p. 85.

[6]) Draeger, II, p. 325, 5.

2. **Mando** [1]: III, 2 Hector vero daturum se in matrimonium sororem mandat (= indicat [2]).

3. **Decerno** [3]: II, 23 Menelaum indigne passum iniuriam decernitur; V, 4 decernitur Antimachum exulandum (sc. esse); III, 14 decretum quippe animo gerebat, secum in patrium solum uti adveheret vel . . . cum carissimo . . . contegi. Hoc loco de locutione quae est *decretum gerere* dependet modo coniunctivus, modo infinitivus.

4. **Fero** [4]: V, 2 non feram me cum his morari.

5. **Indignor** [5]: IV, 9 indignatus nondum sibi a Priamo mandatum (sc. esse); verbum *esse* Septimius iuxta participium perfecti saepissime omisit, velut his locis: II, 51 ammonere . . . praedas . . . (*se* omissum) solitum (sc. esse) redigere; III, 1 Graecos victores (sc. esse) cognitum.

6. **Dicitur** [6]: II, 14 in ea . . . antestites dei inhabitare ab accolis dicebatur, solitos mederi. Hac constructione Graecos imitati sunt Romani; nam illi verbum „λέγεται" cum accusativo et infinitivo saepius construxerunt: „Λέγεται [7]) Κῦρον σοφώτατον γενέσθαι".

7. **Fertur** [8]: IV, 21 fertur Oenonen . . . adeo commotam (sc. esse).

8. **Iniquum est** [9]: I, 6 iniquum etenim videtur insimulari eum qui absit.

9. **Palam est** [10]: IV, 1 palam est . . . regem inviolatum regredi; eodem modo **palam fit**: V, 6 palam fieri bellum eos instruere.

10. **Dignum est** [11]: V, 6 dignum esse Graecos consulere eis, qui . . .

11. **Integrum est**: II, 26 differri inimicitias haud integrum vobis est.

His locis accusativus **se** necessario supplendus est [12]: II, 5 militiam adversum Priamum recusare *(se)*; II, 33 nec quicquam deprecari *(se)* amplius: II, 40 ratus locum vulneri *(se)* inventurum; II, 49 eo usque *(se)* processisse; II, 51 ammonere . . . praedas . . . *(se)* solitum redigere; III, 3 respondetur, amicitiam ultro *(se)* suscipere; IV, 15 neque tamen abnuere *(se)*; V, 3 namque optasse *(se)*.

---

[1]) Draeger, II, p. 411; Hoppe, p. 51.

[2]) Meisteri ed. p. 128.

[3]) Draeger, II, p. 407.

[4]) Draeger, II, p. 415; Madvig, p. 366.

[5]) Draeger, II, p. 392.

[6]) Draeger, II, p. 457; Stolz-Schmalz, p. 295; Menna, p. 39.

[7]) Kühner-Gerth, II, 33 seq.

[8]) Draeger, II, p. 458.

[9]) Draeger, II, p. 424; Menna, p. 32.

[10]) Draeger, II, p. 420.

[11]) Draeger, II, p. 424.

[12]) Draeger, II, p. 440 seq.; Kühner, Lat. Gramm. II, 1, p. 516 seq.; Stolz-Schmalz, p. 297; Hoppe, l. l. p. 49.

§ 34. Ut-Ne.

1. **Adigo** [1]: II, 30 adigit, ut . . . confirmarent; rarissime usurpatum est a scriptoribus neque proprium aetatis optimae.

2. **Confirmo** [2]: I, 11 confirmant inter se, uti . . . circumveniant (= statuunt . . . circumvenire).

3. **Caveo, ut** = decerno [3]: VI, 2 cavent, uti aggrederentur.

4. **Decerno** [4]: I, 12 decernitur, uti . . . parent; II, 13 decernitur, uti incursent; II, 20 decernitur, ut . . . recuperarent; II, 27 decernitur, uti . . . necarent; III, 12 decretum erat, uti curaretur; III, 14 decretum animo gerebat... uti adveheret; IV, 22 decernunt, uti duceretur; V, 13 decretumque, uti . . . necarentur; V, 16 decernitur, uti . . . susciperetur.

5. **Iubeo** [5]: II, 35 ut apud arma essent, iubet; conf. p. 33.

6. **Mitto** [6]: II, 37 uti egrederetur, mittit.

7. **Patior** [7]: III, 26 ut interficeret, pati potuisse; ab optimis scriptoribus haec constructio, nisi sententia principalis negativa est, non adhibetur.

8. **Statuo** [8]: V, 10 statuunt inter se, uti aras statuant (= aras statuere).

9. **Placet** [9]: II, 9 hisque placet, uti . . . naves . . . praeparentur; III, 12 placet, uti . . . vaderent; 17 placet, uti . . . celebraretur; IV, 22 placet, uti . . . concederetur; V, 4 placet, uti redeat.

10. Nonnumquam coniunctio, quae est **ut, omittitur:**

a) **Oro** [10]: II, 48 orare, susciperent; IV, 8 orant, ferret; V, 16 orare, omitterent iras atque . . . consulant;

b) **Impero** [11]: III, 15 imperat, daret lora equis;

c) **Deprecor** [12]: II, 48 deprecari, daret operam;

d) **Addo** [13]: VI, 14 adduntque, caveret.

---

1) Draeger, II, p. 240; Thes. l. l. I, p. 678.
2) Thes. l. l. IV, p. 222.
3) Meisteri ed. p. 117; Georges, Lex. 7 I, p. 982.
4) Draeger, II, p. 246.
5) Draeger, II, p. 241; Hoppe, p. 80.
6) Draeger, II, p. 244.
7) Ibid., II, p. 253.
8) Ibid., II, p. 247.
9) Ibid., II, p. 246.
10) Draeger, II, p. 289; Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 898, 2 b; Madvig, p. 341, Anm. 4.
11) Draeger, II, p. 287.
12) Ibid., II, p. 287.
13) Thes. l. l. I, p. 590.

11. **Repugno ne**[1]: II, 24 ne quid decerneretur repugnare.

12. Pro coniunctione, quae est *ne*, usurpatur *uti ne*[2] (= ἵνα μή) et *quo ne*[3]: IV, 14 uti ne laederetur; VI, 9 persuadens nepoti, ut ne . . . cuperet; IV, 11 quo ne hostis dolum persentisceret; IV, 16 conari respondet, quo ne indignus . . . existeret; IV, 8 quo ne intellegi posset.

§ 35. Quin, Quominus.

1. **Quin** ponitur post locutionem *„dubium non est"* (II, 44; III, 1, 4, 21) et post alia enuntiata negativa eadem vi atque *ut non*: II, 12, 22; V, 13.

2. **Quin** sequitur verbum *„non differre"*[4]: II, 33 neque ulterius differre, quin Astynome parenti remitteretur. *Differre* igitur eodem modo construitur atque *impedire*[5].

3. **Quominus** semel inveni: II, 42 quominus arma caperent, impediri.

§ 36. Quod, Quia, Quoniam, Quando.

1. **Quod** sequitur verbum *faciendi*[6]: II, 5 ipsorum ait culpa factum, quod . . . ignoraverit; V, 6 quod arma tulissent, non sponte factum. Praeterea coniunctio *quod* sequitur locutionem *non temere est:* IV, 11 non temere est, quod hi . . . prosiluere. Semel loco accusativi cum infinitivo invenimus coniunctionem *quod:* II, 15 simulato, quod partiri vellent (= se partiri velle[7]).

Post *sive quod*, ut saepius[8], exstat coniunctivus: VI, 10 cuius opinio exorta triplex, seu quod . . . ex conspectu hominis excesserit, sive . . . ultro recesserit, vel . . . circumventa interierit.

2. **Quia**[9] raro a Septimio usurpatum est. Exempla sunt: I, 18 ob eam causam, quia . . . prohibetur; II, 15 quia pars maxima loquebantur; III, 3 scilicet, quia . . . credebatur.

3. **Quoniam** quoque raro adparet omnibusque locis vim exhibet causalem: I, 13 quoniam interfui; III, 26 quoniam ita res ruerent; V, 3

---

[1]) Cf. Ov. Her. 19, 121 (Ehwald).
[2]) Draeger, II, p. 299; Madvig, p. 425; Stolz-Schmalz p. 405.
[3]) Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 820, 826; Draeger, II, p. 688.
[4]) Draeger, II, p. 671; Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 829, 1 a.
[5]) Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 826, 1.
[6]) Draeger, II, p. 227/28.
[7]) Cf. Hoppe, p. 75 cum libris ibi laudatis.
[8]) Draeger, II, p. 147.
[9]) Ibid., II, p. 675.

quoniam nulli concessum esset (in oratione obliqua). Sed III, 3 pro vocabulo *quoniam* potius desideratur *quod*[1]): eo habere fidem videbatur, quoniam . . . prope occasum erat.

4. **Quando** semel adparet in Ephemeride et sententiam condicionalem habet: II, 51 quando nequeas revocare. Cf. § 38.

§ 37. Quamvis, Quamquam, Etsi.

1. **Quamquam** cum indicativo construitur I, 4; II, 33, 36. In oratione obliqua semel invenimus coniunctum cum accusativo et infinitivo: III, 23 quamquam iustam causam fuisse (quamquam = sed tamen [2]).

2. **Quamvis** semel more Graecorum sine verbo finito [3]) constructum est: V, 17 quamvis Graeci omnes (καίπερ Ἕλληνες ὄντες).

3. **Etsi** coniungitur cum indicativo velut: I, 2, 4.

§ 38. De enuntiatis condicionalibus.

Nos quidem hoc loco optimum esse existimavimus exempla eo ordine adferre, qui exstat in Draegerii libro totiens laudato:

I. In sententia principali exstat indicativus temporis futuri, indicativus praesentis in secundaria [4]): II, 21 neque vos pigebit, si modo sana mens est.

II. In sententia principali exstat indicativus temporis perfecti, in enuntiato condicionali indicativus praesentis; hic usus rarus esse videtur apud scriptores Latinos [5]): II, 26 egregie hercules actum nobis est, siquidem . . . cogor.

III. Sententia condicionalis exhibet perfectum indicativi, imperativum praesentis sententia primaria; cuius usus nullum exemplum traditum est apud scriptores aetatis optimae [6]): III, 21 si persolvi, miserere [7]).

IV. Sequitur illa species, quae omnibus linguae latinae aetatibus sescenties usurpata est, dico eam, quae habet futurum II. in sententia condicionali, futurum I. in principali [8]): II, 26 nisi mox aufugeritis, . . . experiemini.

---

[1]) Draeger, II, p. 677.

[2]) Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 1037 b.

[3]) Draeger, II, p. 815; Hoppe, p. 59; Thimm, p. 95; Wenger, Zum Gebrauch der Participien bei Livius (Linz 1882), p. 40.

[4]) Draeger, II, p. 704.

[5]) Ibid., II, p. 702.

[6]) Ibid., II, p. 707.

[7]) Cf. nunc de h. l. Annibaldi, p. 46.

[8]) Draeger, II, p. 711 b.

V. In utroque enuntiato futurum II. exstat, qui usus, quamquam non est frequens, tamen nonnumquam invenitur apud scriptores [1]: II, 22 Si haec ... probaritis, omnia foederis iura ... clausa erunt.

VI. In sententia primaria ponitur praesens indicativi, in secundaria tempus futurum [2]: III, 21 si reliqui huiusmodi facinoribus temperabunt, me quoque ... exhibeo poenae mortis.

VII. In enuntiato condicionali exstat plusquamperfectum indicativi, in sententia principali infinitivus historicus [3]: V, 12 et si qui (= quicumque) persenserant, ... opprimere.

VIII. Sententia primaria exhibet indicativum temporis historici, secundaria coniunctivum praesentis; quod Draeger rarum [4]) esse asserit alienumque ab usu solito: V, 2 si praeterita mala summatim attingere oporteat, numquam civitas nostra ... ad requiem emersit.

IX. In enuntiato condicionali exstat coniunctivus praesentis, in sententia primaria futurum indicativi [5]: II, 22 qui, si Helena cum abreptis nunc saltim revocetur, inviolatus Priamo restitui poterit.

X. In utroque enuntiato ponitur coniunctivus temporis historici [6]; quae forma irrealis quae dicitur cum saepissime adpareat, necessarium non videtur exempla adferre.

XI. Restat, ut adferamus exempla duo, qualia rarissima sunt [7]: II, 23 neque voluntas consulendi abest, si potestas concederetur; V, 17 neque sit mirum cuiquam, si ... agunt [8].

Mirum est quod Septimius in sententia condicionali, quae pendet ab oratione obliqua, indicativo usus est: II, 25 neque parum Alexandro ad explendum amorem, si quem circa Helenam habuerat, transactum. Nobis quidem probabile visum est pro lectione „habuerat" exstitisse lectionem „habuerit", quae melius explicari potest; sed cf. p. 41.

De usu coniunctionis *si* haec praeterea videntur nominanda exempla: IV, 9 lacessentes, si auderent [9], ad bellandum; IV, 19 lacessit, si (ob etwa) auderet; V, 1 expectantibus audire, si quis modus ... fieret (ἀκούειν εἰ); VI, 8 si forte (ob etwa) eo adpulsi essent, speculari. De coniunctione *quando* in enuntiato condicionali posita vid. § 36, 4.

---

[1]) Draeger, II, p. 712 c.
[2]) Ibid. II, p. 713 f.
[3]) Ibid. II, p. 709 f.
[4]) Ibid. II, p. 721 c.
[5]) Ibid. II, p. 720 β.
[6]) Ibid. II, p. 722 a.
[7]) Ibid. II, p. 725 c.
[8]) Ibid. II, p. 734; Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 945/2.
[9]) Ibid. II, p. 736 seqq.; Gaffiot, Revue de phil. 1908, XXXII, 47 seqq.

Pro coniunctione *quasi* apud Septimium semel usurpatum invenimus *ac si*[1]): V, 9 ac si praesens adfuisset.

§ 39. Dum, Quoad.

1. **Dum** si vim habet temporalem, semper coniungitur cum indicativo praesentis, quam ob rem exempla non proferemus.

2. **Quoad**, quod a scriptoribus optimis raro usurpatur[2]), quinquies invenimus apud Septimium: IV, 2 neque, quoad deletae peditum copiae, finis fit; IV, 5 neque finis fit, quoad Memnon . . . invadit; IV, 11 neque divelli aut omittere, quoad Alexander . . . transfigit; II, 22 neque operiri, quoad . . . conserant; III, 26 neque, quoad beatum esse licitum sit, . . . procedere.

§ 40. Ubi, Ut, Cum.

Ubi vi temporali instructum saepissime adparet in Ephemeride et coniungitur

1. plerumque cum indicativo perfecti historici: I, 5 ubi tumultus ortus est; I, 11 ubi perlata sunt; I, 12 ubi . . . accepere; II, 3 ubi animadvertere; II, 8 ubi compertum est; II, 10 quae ubi accepere; II, 13 ubi invasere; II, 19 ubi advertere; II, 20 ubi animadvertere; II, 23 quae ubi disseruit; II, 24 ea ubi rex accepit; II, 25 ubi ingressi sunt; quae ubi accepit; II, 27 ubi revenere; ubi tempus visum est; II, 28 quae ubi accepere; II, 30 ubi discessit; ubi . . . conciliavit; II, 31 quae ubi nuntiata (hic est intellegendum verbum „sunt", quamquam Septimius „ubi" etiam cum plusquamperfecto coniungit, de quo usu postea dicemus); II, 32 ubi in manus ventum est; II, 36 ubi animadvertere; II, 40 ubi redarmatae sunt; II, 41 ubi hiems adventare et . . . compleri coepere campi; II, 44 ubi . . . mutata est; II, 45 ubi animadvertere; II, 46 ubi animadvertere; II, 47 ubi finem loquendi fecit; II, 49 quae ubi accepere; II, 50 ubi accepit; III, 4 ubi processere; III, 6 ubi nactus est; III, 7 ubi uterque intactus est (quod „intactus est" quasi per analogiam nobis videtur sententiam perfectam indicare sicut „tactus est"); III, 8 ubi animadvertere; III, 10 ubi Aiaci cognitum est; III, 14 ubi terga . . . vertere; ubi clausere; III, 16 ubi animadvertere; III, 19 ubi persoluta sunt; III, 24 quod ubi satis placuit; ubi saties omnes tenuit; IV, 3 ubi visum est; IV, 4 ubi animadvertere; IV, 5 ubi intra teli iactum ventum est; IV, 6 ubi tempus visum est; IV, 8 ubi . . . recessum est; IV, 9 quae ubi animadvertere; IV, 11 ubi tempus visum est;

---

[1]) Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 966/5.

[2]) Draeger, II, p. 615 seqq.

ubi animadvertere; IV, 12 quod ubi animadvertere; IV, 13 ubi finis caedendi factus est; IV, 15 ubi tempus visum est; IV, 17 ubi signum datum est; ubi animadvertere; IV, 20 quod ubi animadvertere; qui . . . ubi . . . regressi sunt; IV, 22 ubi ingesta sunt; ubi recessum est; ubi satis tractatum visum est; V, 1 ubi dicerè iussus est; V, 4 ubi tempus visum est; V, 6 ubi iusta . . . facta sunt; V, 7 ubi flamma admota est; V, 9 quod ubi Helenus persensit; V, 10 ubi . . . animadvertere; ubi tempus visum est; ubi placuit; V, 11 ubi cuncta instructa et praemium persolutum est; V, 12 ubi cuncta imposita sunt; ubi signum datum est; V, 13 ubi satias tenuit; VI, 3 ubi coepit; ubi tempus visum est; VI, 6 ubi . . . edocuere; VI, 8 ubi . . . cognovere; ubi . . . edoctus est; VI, 13 ubi de Pyrrho palam est (*palam est* hoc loco exhibere sententiam existimavimus perfectam, quasi respondeat graeco δῆλόν ἐστι = δεδήλωται; cf. VI, 10 palam ei factum est); VI, 15 ubi adolevit; ub, recordatus est.

His omnibus locis coniunctio „ubi“, ut solet, cum perfecto indicativi coniuncta est; sed tamen ea de causa haec exempla enumeravimus, quod mirum est Septimium in libro suo totiens illa coniunctione usum esse, non minus centies tricies. Plus enim octogies invenimus eam cum perfecto coniunctam, quadragies fere cum praesenti, decies fere cum imperfecto aut plusquamperfecto; denique paucis locis varia constructio exstat, cum modo ponatur tempus perfectumi modo tempus praesens velut in his exemplis: III, 2 ubi dies pauci fluxere et amor ingravescit; III, 13 ubi fessi iam (sc. sunt = fatigati sunt) neque animadvertunt; III, 17 ubi rediit et cadaver in ore omnium est; IV, 5 ubi triti aliquot dies (sc. sunt) et miles bellum cupit; tum IV, 5: ubi fortuna belli eversa neque spes reliqua nisi in fuga est; quamquam hoc loco praesens facilius explicari potest, quia forma „reliqua est“ perfectam sententiam significat et respondere videtur formae „relicta est“.

2. **Ubi** his locis cum praesenti coniungitur historico (nos quidem in praesentis numero omnia quoque ea exempla posuimus, in quibus distingui non potest, utrum exstet praesens an perfectum, velut *animadvertit, concidit* sim.): I, 19 ubi renuere vident; II, 3 bis: ubi animadvertit; II, 11, 17 ubi animadvertit[1]); II, 35 quod ubi animadvertit; II, 36 ubi neutra pars committere audet; II, 37 ubi comperit; ubi omnes in armis sunt; II, 39 bis: ubi animadvertit; III, 2 ubi animus non lenitur; III, 3 ubi eum . . . animadvertit; III, 4 ubi accipit; III, 5 ubi intellegit; ubi animadvertit; III, 9 ubi sine dolore agere vident; III, 15 ubi ascendit; III, 20 ubi ad se tendi videt; III, 22

[1]) Draeger, I, p. 233.

ubi revolvit spiritum; IV, 6 ubi ad se tendi videt; ubi barbaris intercedi videt; IV, 8 ubi requies funerum est; IV, 10 ubi recognoscit; IV, 19 ubi vehementer instatur; IV, 21 ubi nihil proficiunt; IV, 22 ubi hostis saevit neque spes ulterius est; VI, 4 ubi intellegit; VI, 8 ubi Menalippum videt; VI, 9 ubi animadvertit; VI, 13 ubi videt; VI, 15 ubi vehementius perstat; ubi videt; ubi . . . concidit[1]).

3. **Ubi** construitur cum imperfecto indicativi; hic usus omnino fere abest ab optima latinitate[2]): II, 10 ubi instructae omni modo classes et mare navigio patens neque ulla res impedimento erat; II, 38 ubi tempus bellandi videbatur; II, 41 ubi adventabat; V, 15 ubi nox aderat.

4. **Ubi** coniungitur cum plusquamperfecto indicativi[3]): II, 6 ubi requies intercesserat; III, 8 ubi acies nutaverat (hoc loco *ubi* potius videtur locum significare); V, 8 ubi iam vesperarat; V, 10 ubi foedus intervenerat; VI, 4 ubi interierat.

VI, 5 in oratione obliqua **ubi** cum indicativo construitur: narrare occipit: . . . ubi res cognita est (= sit); cf. paulo ante: postquam . . . deperibat (et p. 38), at in eodem capite: ubi per industriam liberatus sit.

Coniunctionem temporalem **ut**[4]) semel usurpatam invenimus: I, 19 quae vox, ut . . . venit.

Restat, ut breviter loquamur de coniunctione **cum**, quae in sententia vere temporali exhibet indicativum praesentis[5]): I, 22 cum haec . . . aguntur; II, 22 quae cum considero; III, 21 cum semper explere gestiunt[6]).

§ 41. Postquam, Priusquam.

1. **Postquam:** *a)* Construitur ut plerumque cum indicativo perfecti: I, 22; II, 1, 23, 26, 29, 32, 44, 51; III, 20; IV, 1, 2, 5, 16, 18, 21, 22; V, 2, 4, 8, 11, 12, 17; VI, 1, 4, 6, 10. Hic quoque nos locutione *palam est* existimavimus sententiam perfectam significari in hoc exemplo: IV, 1 postquam Troianis palam est (cf. supra p. 40).

b) Coniungitur cum indicativo praesentis[7]) (hoc loco adferam formas quoque ambiguas, velut *animadvertit*): II, 39 postquam procul animadvertit; III, 6 postquam videt[8]); IV, 6 postquam requies est; V, 17 postquam fama est; VI, 15 postquam intercipit.

---

[1]) Draeger, II, p. 593, 1 b.
[2]) Ibid. II, p. 594 g.
[3]) Ibid. II, p. 595 i.
[4]) Ibid. II, p. 597, 1 a.
[5]) Ibid. II, p. 544 seqq.; W. Gardner-Hale, Cum-Constructions (Ithaca N.-Y. 1887), p. 202 seqq.
[6]) Draeger, II, p. 547 d, β.
[7]) Ibid. II, p. 585 b.
[8]) Ibid. I, p. 233.

c) Coniungitur cum indicativo imperfecti [1]: III, 8 postquam miles fatigabatur; III, 17 postquam nihil reliquum erat; VI, 5 postquam deperibat; sed hoc loco exstat indicativus in oratione obliqua.

d) Cum plusquamperfecto indicativi [2]: II, 24 postquam certamen ad manus processerat; III, 6 postquam aufugerat; V, 13 postquam forma eius captus dissimulare nequiverat; postquam id evenerat.

Denique dicendum est de aliis exemplis singularibus: II, 30 postquam nullus morbi modus (est? erat?) et in dies plures interibant; II, 35 postquam tempus visum est et omnes in armis nuntiabantur [3]; III, 9 postquam dies aliquot triti (nescio utrum sit supplenda vox „sunt“ an „erant“) et vulnerati convaluerant; III, 11 postquam reductae acies („sunt“ an „erant“?) et in tuto miles noster erat; III, 19 postquam certandi finis factus et iam diei vesper erat (cf. V, 8 ubi vesperarat).

2. **Priusquam:** *a)* Cum indicativo: IV, 9 sed priusquam coepere.

b) Cum coniunctivo imperfecti: I, 8; II, 14; V, 12; perfecti V, 11.

Notandum est exemplum in quo pro coniunctione *priusquam* simplex *quam* ponitur: IV, 13 qui per triduum . . . labore non destitit, quam [4]) reliquiae coadunarentur.

Antequam nusquam occurrit.

§ 42. Enuntiata relativa.

a) Indicativum exhibent. Praeter eos locos, quibus haec constructio ex ipsa sententia sequitur, hos maxime habemus, quos adferamus:

I, 18 fuere multi, qui . . . necessarii nautico apparatui credebantur [5]; I, 19 fatur: . . . eam namque ob necem capreae, qua maxime laetabatur (desideratur coniunctivus [6]), . . . expetere; II, 22 dolendam hercule vicem vestram puto, qui . . . poenas subire cogemini (cum exstet sententia causalis, melius ponatur coniunctivus [7]); II, 49 iurat inviolatam a se . . . Hippodamiam mansisse, neque cupiditate ulla aut desiderio laesam sed ira, qua plurima mala conficiuntur (= conficiantur); IV, 18 recordati eorum, quae Calchas edixerat, contra IV, 21 recordati patris eorum et quae dixerit molitusque sit. Praeterea coniunctivus praeferendus erat indicativo his locis: II, 47 Chryses ad exercitum venit actum

[1]) Madvig, p. 305 b, Anm. 2.

[2]) Madvig, p. 305 b, Anm. 1.

[3]) Draeger, II, p. 588 e.

[4]) Cf. ed. Meisteri p. 132.

[5]) Draeger, II, p. 531 b; Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 859 e; Stolz-Schmalz, p. 372/281; Hoppe, l. l. p. 74.

[6]) Draeger, II, p. 444, 3; conf. supra p. 41.

[7]) Ibidem II, p. 534 seqq.

gratias super his, quae in se ab nostris gesta erant; III, 15 ad civitatem remittit nuntiatum, quae gesta erant; IV, 9 super his, quae secum tractaverat, mandatum; V, 2 offeratur hostibus, quod mox . . . futurum est.

b) De coniunctivo in enuntiatis relativis posito haec tantum animadvertimus: I, 12 opportunus locus ad conveniendum et in quo ageretur; ubi vox „*opportunus*“ exhibet eandem constructionem atque vox „*idoneus*“; IV, 15 solum virum dignum [1]), sub cuius manibus excindi Troiam deceret; II, 51 solum omnium se electum, qui . . . dehonestaretur; solum ita contemptum, a quo . . . abstraheretur; cf. sub *c*.

c) Exstat accusativus cum infinitivo: I, 6 ex quo (= et ex eo [2]) auctores iniuriae . . . impietatis supplicia subituros; II, 5 Graecis ultro ferre auxilium, in quorum (= nam in eorum [3]) gratiam plurima laborum monumenta per totam Graeciam existere; III, 5 a quo etiam Olizonen genitam . . . deductam in matrimonium Dardani; III, 23 quod (= et id) exemplum poenis ac suppliciis eorum eluendum (esse); III, 26 quem (= et eum) coniugio deinde Oenonae iunctum cupidinem cepisse; V, 3 quam (= et eam) rem Antenori agendam permittere; V, 6 ob quae (= et ob ea) dignum esse; II, 25 quocirca versari ante omnium oculos oportere; ex quo etiam verendum (sc. esse); II, 20 quae cuncta . . . non secundum meritum suum evenisse.

Nonnullis locis accusativus cum infinitivo adparet, quibus potius exspectemus coniunctivum: I, 9 namque ex Hesiona, Danai filia, et Atlante Electram natam (esse), quam ex Iove gravidam Dardanum genuisse; III, 26 facem per quietem edidisse visam, cuius ignibus conflagravisse Idam; IV, 15 quo fortiorem ne optasse quidem quemquam existere; IV, 18 deorum coactum aversione, quorum delubra violari ab Alexandro neque se neque Aeneam quisse pati; V, 9 Palladium fuisse, quo ablato exitium ingruere; VI, 4 multa . . . miranda refert . . . et Canopi gubernatoris sui, qui (quam formam omnibus codicibus traditam [4]) retinendam esse censeo) ubi morsu serpentium interierat, exstructum magnificum monumentum (hic dubium esse potest, utrum desit vox „est“ an „esset“ an „esse“). Contra coniunctivus exstat his locis: I, 7 quae universa . . . amitterent [5]); I, 9 ex quo Tros et deinceps insecuti reges Ili (essent); patrem Oebali, quem Tyndari . . . patrem constaret; II, 30 eloqui, ex quo accideret; IV, 18 qui metuens Graecorum iracundiam apud An-

---

[1]) Draeger, II, p. 534, 3; Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 858 d.

[2]) Draeger, II, p. 433, 1.

[3]) Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 1036 a.

[4]) Cf. nunc etiam Annibaldi, p. 60.

[5]) Draeger, II, p. 433, 2.

tenorem ageret; IV, 22 ex qua ortum Dardanum, qui Olizonae iunctus ... ediderit. Locus admodum singularis adparet in eodem capite eiusdem libri: dein subiungit ... periuria insecutamque ... eversionem: qua tempestate Priamus ... petitu Hesionae regno impositus *est*; hic indicativus in oratione obliqua usurpatur pro accusativo cum infinitivo; conf. p. 41 et 42.

d) Attractio [1]), quae vocatur, apud Septimium nonnumquam adparet, velut: I, 16 ad deligendum belli principem, quem (= eum, qui) cuique videretur (ὅντινα δοκοίη); II, 15 circumventus a quibus minime decuerat, cf. Sophoclis Philoctetae v. 1227: ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὔ σοι πρέπον [2]); II, 25 Cassandram sive Polyxenam, quam legatis videretur.

e) Huic paragrapho pauca de coniunctionis *quippe* cum pron. rel. usu addere liceat, quam sequitur modo coniunctivus modo indicativus [3]):

α) Coniunctivus: II, 23 quippe qui sequerentur; II, 28 quippe qui . . . crederetur; II, 29 quippe qui ... contemptui habuisset; V, 3 quippe cui non amicus ... inveniri posset; V, 6 quippe qui... agerent; V, 15 quippe quis magis libido desideriumque ... potiora forent.

β) Indicativus: I, 7 quippe qui ... agebantur; I, 18 quippe quem ... retinuerat; IV, 1 quippe quis animo ita haeserat; V, 2 quippe quis subeunda sunt.

§ 43. De enuntiatis comparativis.

Vocabulum *aliter* apud Septimium semel tantum constructio usitata sequitur: I, 10 quem non aliter atque Alexandrum ... praepediebat.

Omnibus vero ceteris locis dicitur *aliter quam:* I, 8 si aliter, quam ipsis videretur; IV, 11 e parte alia, quam venerant, proruunt; IV, 13 aut aliter quam in obscuro; VI, 13 alio, quam ierat die, remeat. Kühner adnotat hunc usum proprium esse posterioris aetatis in enuntiatis adfirmativis, cum in negativis omnibus aetatibus saepissime inveniatur [4]).

In hoc capite haec quoque exempla nominanda videntur: IV, 14 interfecto quam (= tam) metuendo hoste; III, 26 et V, 3 fletu quam

---

[1]) Draeger, II, p 507; Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 803; Stolz-Schmalz, p. 373/283.

[2]) Kühner-Gerth, II, p. 417 seq.

[3]) Draeger, II, p. 536 a; Stolz-Schmalz, p. 373.

[4]) Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 969 b, c; Draeger, II, p. 650 α et p. 651 β; Thes. l. l. I, p. 1656.

miserabili (= fletu valde miserabili [1]); VI, 15 fletum edit quam miserabilem.

§ 44. De enuntiatis interrogativis.

a) Interrogatio simplex. De qua pauca dicenda sunt, cum semper fere more usitato usurpetur a Septimio. Haec tantum habemus, quae adferamus exempla: II, 6 quinam et quanti Pelopidae . . . essent; quo loco *quanti* usurpatur pro voce *quot*, sicut Graeci utramque notionem eadem voce πόσοι significabant; praeterea II, 26: Quid Medeam? et III, 25 quid illi senes? [2]).

b) Interrogatio disiunctiva. Semel invenimus coniunctiones *utrum-an* [3]): I, 9 sed utrum inmodico amore Alexandri an timore poenarum [4]) . . . ita sibi consulere maluerit, parum constabat.

Quater adhibitae sunt voces *ne-an* [5]): I, 19 irane caelesti an ob mutationem aeris; II, 30 incertum alione casu, an ira Apollinis; II, 35 taedione an recordatione suorum [6]); III, 27 in gratiamne impetrati funeris an si quid Troiae accideret securus iam filiae . . . orat. Hic quoque usus omnibus aetatibus communis est.

Quater *an* simplex [7]) in altero interrogationis membro ineunte invenimus: I, 20 affectione motus, an ne . . . interesset; II, 31 pertinacia an ob amorem captivae; III, 15 incertum pretio an bellandi cupidine; IV, 4 permoti querelis Rhodiorum an cupidine rerum. Sed in uno tantum exemplo (III, 15) additur vox, a qua pendeat interrogatio, quae vox est *incertum;* in ceteris tribus exemplis eadem deest, ita ut *an* fere pro *aut* substitui videatur, praesertim cum istae interrogationes non integris contineantur enuntiatis.

Semel apud Septimium in interrogatione indirecta quae dicitur exstat coniunctio *ne-ne* [8]): III, 23 cupere dinoscere, barbarine Graecine summa rerum potirentur. Quem usum rarissime in oratione soluta invenimus, saepius apud poetas.

„An“ simplex in principio quoque interrogationis invenimus [9]): II, 22 an . . . ignoratis, ut affectae sint vicinae atque amicae vobis ci-

---

1) Draeger, II, p. 643 b seq.; Meisteri ed. p. 132.
2) Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 998, Anm. 3 seq.
3) Draeger, II, p. 494 b, α.
4) *an poenarum metu* E, cf. Annibaldi p. 27.
5) Draeger, II, p. 496 β.
6) Cf. Annibaldi, p. 38; Löfstedt l. l. p. 48.
7) Draeger, II, p. 492 α; Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 1014|3.
8) Draeger, II, p. 497 ε; Madvig, p. 420.
9) Kühner, Lat. Gramm. II, 2, p. 1018, 2; Thes. l. l. II, 1 seqq.

vitates? II, 26 an solis, qui ex Graecia sunt, raptus huius modi concederetur? III, 22 an solum in Priamum circumscribitur?

§ 45. De temporum usu.

Antequam transeamus ad illud libelli huius caput, quo disputabimus de consecutione temporum, iam primum loquamur de temporibus, quae exstant in narratione. Nam miretur, quisquis Septimii librum leget, in Ephemeride belli Troiani saepissime scriptorem praesens historicum usurpasse idque etiam multo magis quam perfectum. Cum enim vix trecenties adpareat perfectum historicum et fere centies infinitivus historicus, praesens historicum plus octingenties invenimus. Scilicet nos in praesentis numero omnia illa quoque exempla rettulimus, in quibus discerni non potest, utrum exstet praesens an perfectum (*animadvertit, ruit, incidit*). Sed longum est omnes locos hic nominatim enumerare, praesertim cum plura dicturi simus in eo capite, quo loquemur de consecutione temporum. Tamen tabulam quidem instruere liceat, ex qua videri possit, quotiens in narratione exstent praesens, perfectum, infinitivus.

Liber	Praesens historicum	Perfectum historicum	Infinitivus historicus
I	97	37	8
II	239	117	41
III	141	37	15
IV	152	52	24
V	131	31	28
VI	108	22	3
Summa	868	296	119

Nonnumquam in narratione praesens copulatur cum perfecto historico, nonnumquam cum infinitivo: I, 4 navem ascendere facit atque ita . . . pervenere; I, 5 legati ad Troiam veniunt neque tamen Alexandrum . . . offendere; I, 19 neque multo post . . . invadit . . . atque . . . fatigare et . . . grassari; II, 5 ad eum veniunt eique . . . aperuere; II, 6 ad Telephum veniunt multumque optulere[1]).

Tempora mirum in modum usurpantur his locis:

a) Tempus praesens pro futuro: II, 39 confidens omnium iniuriarum . . . poenas lui (= fore ut poenae luerentur); II, 37 duces nostri

[1]) Draeger, I, p. 230 seq.

rati moveri Ilienses (= fore, ut moverentur); III, 14 confirmatque se non prius desinere; III, 23 confirmareque se . . . expetere (= se esse expetiturum); IV, 16 se conari (= se conaturum esse) respondit; IV, 22 ad civitatem dimittitur referens (= relaturus = ut referret); V, 4 suspicans tradi se (= fore ut traderetur).

b) Tempus imperfectum perfecti et plusquamperfecti vicibus fungitur: II, 19 quantum satis videbatur (= visum est) Agamemnoni regi datur; II, 33 neque amplius adtemptari corpora et eorum qui antea fatigabantur (= fatigati erant) . . . relaxari; IV, 11 confirmator eorum, quae Priamus pollicebatur (= pollicitus erat). Nos quidem non omnino negamus his locis tempus imperfectum excusari posse, sed perfectum aut plusquamperfectum meliora videntur esse; conf. p. 41 et 42.

c) Perfectum tempus imperfecti aut plusquamperfecti loco positum est: I, 6 Palamedes, cuius maxime ea tempestate domi bellique consilium valuit; I, 14 Philocteta, qui comes Herculis . . . sagittas divinas industriae praemium consecutus est (= erat).

d) Participium perfecti nonnumquam exstat pro praesentis participio, velut I, 10 Deiphobo adsenso (= adsentiente); id quod optime in eis exemplis videri potest, quibus utrumque usurpatur: II, 39 quem evitans neque diutius sustinere ausus; IV, 1 ammirati laudantesque Graeciae pietatem.

§ 46. Consecutio temporum.

Opus non est exemplis confirmare Septimium sicut omnes scriptores Latinos in enuntiatis, quae e verbo in praesenti tempore posito ipso pendent, praesenti vel perfecto coniunctivi usum esse, in eis, quae ex historico tempore pendent, imperfecto vel plusquamperfecto; sed constructiones minus planae illustrandae sunt.

A. In enuntiato principali exstat praesens historicum, e quo ipso pendet enuntiatum secundarium:

a) Si hoc enuntiatum secundarium praecedit, in eo ut apud Ciceronem legitur coniunctivus imperfecti et plusquamperfecti[1]): I, 7 filios convocat eosque, quid videretur, consulit; 8 quid agendum esset, consulit; 9 eamque uti gereret, hortatur; 12 locus ad conveniendum, et in quo ageretur, deligitur; 19 ac ne . . . vagaretur, praeficiunt; II, 14 uti curaretur, Lemnum . . . mittitur; 27 ne quid . . . relinqueretur, . . . capit; 33 ut Hippodamia abstraheretur, imperat; 35 ut apud arma essent, iubet; 37 uti exploratum egrederetur, mittit; III, 3 ut . . . ageret,

---

[1]) Draeger, I, p. 232 A seq.; Hoppe, p. 67.

respondetur; IV, 16 quid causae foret, percontatur; 21 quinam essent ... expediunt; uti sepeliretur, perferunt; V, 9 uti bonum animum gereret, hortatur; 16 uti odium ... leniretur, orant; VI, 9 eique quinam esset, indicat.

b) Si praesens historicum antecedit, in enuntiato secundario adhibetur

α) Praesentis coniunctivus [1]): I, 11 confirmant, ut ... circumveniant; I, 12 decernitur, uti ... parent; II, 6 orat, ut ad se omnes veniant; II, 9 hisque placet, uti naves praeparentur; II, 13 decernitur, uti ... civitates adeant easque incursent; III, 27 orat, uti Polyxenam suscipiat sibique habeat; V, 4 placet, uti redeat; V, 10 statuunt inter se, uti aras statuant; V, 16 suadent, secum uti naviget; uti odium ... leniretur (vid. supra A a), orant, uti ... concedant; VI, 3 responsumque fert, uti ... interficiat; VI, 12 cui persuadet, uti filium necet.

β) Coniunctivus perfecti [2]): IV, 22 capit, quod ... servaverit; VI, 5 narrare occipit, quo pacto navigaverit adpulsusque ad Lotophagos ... devenerit in Siciliam: ubi plurimos sociorum amiserit, dein filiam regis Arenen, postquam amore deperibat (ubi ponitur indicativus pro coniunctivo), rapere conatus, ubi res cognita est (= sit), devenerit ad Circen ... inde liberatus pervenerit ad eum locum ... post quae ... ubi per industriam liberatus sit ... amiserit.

γ) Coniunctivus imperfecti [3]): I, 4 hisque mandatur, uti ... repeterent; I, 8 malum singulis minitantur, si aliter, quam ipsis videretur, decernerent; I, 16 magna vis navium fabricatur, scilicet ne ... tardarentur; II, 6 percontatur, quinam essent; II, 8 hisque mandatur, uti ... remearent; II, 9 hortatur, uti ... festinarent; II, 10 orat, ne sibi ... negaretur; II, 15 persuadent, uti ... descenderet; II, 20 decernitur, ut ... recuperarent; II, 27 decernitur, uti ... necarent; mittitur, uti ... peterent; II, 28 commemorat, quae ... pararentur; reddendam filiam sacerdoti ... placet, quippe qui ... crederetur; II, 37 monet atque hortatur, uti ... tuerentur; II, 50 orat, ne aspernaretur; III, 12 monet, uti curarent; placet, uti vaderent; III, 17 ac placet, uti ... celebraretur; III, 24 quis sententia est, uti ... concederet; IV, 8 eumque orant, ferret adversa; IV, 22 decernunt, uti duceretur; postulat, uti darent; praeterea placet, uti Aeneae ... concederetur; V, 4 orat, uti ... deprecaretur; V, 16 decernitur, uti ... susciperetur; V, 17 qui orat, uti ... exagerent; VI, 2 cavent, uti aggrederentur; VI, 3

---

[1]) Draeger, I, p. 235 a.
[2]) Ibid., I, p. 249.
[3]) Ibid., I, p. 235 b.

orat Idomeneum, uti . . . mitteret; VI, 6 persuadet, uti navigaret; VI, 13 hortatur, ut perageret; VI, 14 adduntque, caveret.

δ) Coniunctivum plusquamperfecti inveni II, 29: eumque multis probris insecuntur, quippe qui . . . contemptui habuisset.

B. Si in enuntiato principali ponitur infinitivus historicus, tum in secundario, quod ex hoc ipso pendet, occurrit

a) Imperfecti coniunctivus: I, 9 orare, ne . . . putarent; 19 orare, . . . uti . . . obviam properaret; I, 21 ne . . . omitteret . . ., commoveri; II, 5 incusare, quod . . . versaretur; II, 13 cives orare, uti . . . desisterent; II, 23 iniquissimos appellare, quippe qui . . . sequerentur; II, 24 ne . . . decerneretur, repugnare; II, 25 hortari, uti . . . redderetur; II, 30 flagitare Calchanta, uti . . . ediceret; II, 42 quo minus arma caperent, impediri; II, 48 deprecari, daret operam; II, 51 contingere genua, rediret in gratiam atque animos remitteret; III, 3 quatenus utendum esset, consultare; III, 9 monere, uti . . . ingrueret; III, 22 uti animum reciperet, hortari; IV, 4 incusare, quod . . . cuperet; quo . . . permoverent, confirmare haud dissimiles barbarorum videri eos, qui . . . defenderent; multa praeterea, quae accensura . . . essent, disserere; IV, 17 pavere, maxime quod . . . pararetur; V, 1 filios suos monere Antenor nihil . . . custodiendum, quam uti antiquissimam ducerent cum Graecis amicitiam; V, 16 quo . . . solveret, multa . . . ingerere; in eodem capite hanc inveni constructionem: orare, omitt e r e n t iras atque . . . in commune consul a n t; cuius varietatis causa non adparet.

b) Nonnullis locis usurpatur coniunctivus plusquamperfecti: II, 6 Graecos incusare, quod ne nuntium quidem . . . praemisissent; II, 34 neque cuiquam amicorum ignoscere, qui se . . . deseruissent; IV, 11 gratularique super his, quae consensisset; V, 8 veniam eorum orare, quae . . . disseruisset; VI, 15 iuvenem percontari, quisnam . . . ausus esset.

c) Coniunctivus perfecti bis adhibetur: II, 50 incusare atque increpare, quod nihil . . . remiserit; II, 51 ammonere, quantas aerumnas . . . pertulerit, quas civitates aggressus ceperit; quam sententiam prosecutus Septimius posuit imperfectum coniunctivi atque postea iterum coniunctivum perfecti.

C. Ab imperfecto semel pendet perfectum coniunctivi: I, 9 sed utrum inmodico amore Alexandri, an timore poenarum[1]) . . . ita sibi consulere maluerit, parum constabat.

D. Quae tempora coniunctivi usurpentur in eis enuntiatis, quae pendent e coniunctivo enuntiati secundarii vel e participio vel ex in-

---

[1]) De lectione cod. E cf. supra p. 45.

finitivo orationis obliquae, iam eis potissimum exemplis illustretur, in quibus verbum principale est praesens historicum.

a) Imperfectum coniunctivi: I, 5 cadunt utrimque plurimi, cum obstinate hi ... defenderent, hi, ne amitterent partam praedam, summis opibus adniterentur; I, 8 malum singulis minitantur, si aliter, quam ipsis videretur, decernerent; II, 35 ut apud arma essent, iubet ac mox, ubi signum daretur, sequerentur sese;

II, 9 hisque placet, uti naves, quibus incurs a r e n t [1]), praepar e n tur; V, 10 statuunt inter se, uti aras stat u a n t, in quis ... firma r e n t [2]);

I, 12 ni Helena cum abreptis redderetur, bellum se Priamo inlaturos confirmant; II, 14 oraculum ... perfertur, concedendum (esse) ... uti sacrificium exhiberetur [3]); II, 48 docet oportere mitti, qui peterent [4]); II, 51 ammonere, quantas aerumnas ... pertulerit ... solum omnium se electum qui ... dehonestaretur, solum ita contemptum a quo Hippodamia ... abstraheretur; VI, 3 responsumque fert, uti ... interfic i a t, ex quo fore, uti regnum patrium recip e r e t;

I, 8 veritus ne quid adversum se ... oriretur ... impetum ... facit; II, 10 monitus, uti Achillem atque Aesculapii filios adhiberet ... navigat; II, 29 exitium ... comminatus ni recederet, ... dimittit; III, 3 veritus, ne moliretur, aperit; IV, 4 veriti, ne ... incenderentur naves, ibidem operiebantur; — I, 22 ad lucum pergit ... inclamans, cohiberent sese, comminatus perniciem, ni paruissent; deliberantibus cunctis, quidnam vel ubi esset, quod immolari iuberetur, cerva consistit; II, 28 redemptionem filiae deprecatur obsecrans, uti magnificarent praesentiam dei, qui secum ... venisset; III, 22 prosternit ... orans, uti ... concederetur; V, 1 concurrunt cupientes dinoscere, quae ... actitata essent; omnibus ... expectantibus audire, si quis modus ... fieret, ... ipse venit; VI, 9 liberat persuadens nepoti, ut ne ... ulcisci cuperet.

b) Perfectum coniunctivi: II, 5 ad ea Telephus ipsorum potius ait culpa factum esse, quod ... ignoraverit [5]); praemittendos etenim fuisse, per quos ... obviam ire gratulantibus oportuerit; II, 51 (ac dein ammonere): neque in ea culpa solum esse Agamemnonem, sed maxime ceteros Graecos, qui ... praeterierint [6]); III, 3 ut ... ag e r e t, respondetur brevi, quippe dominum eum fore eius, quam deprecando non impetra v e r i t [7]); III, 23 decuisse ait filios, eum ... ab eo, quod

---

[1]) Draeger, I, p. 245 B.
[2]) Ibid., I, p. 245 B.
[3]) Ibid., I, p. 250/7.
[4]) Ibid., I, p. 245 B.
[5]) Ibid., I, p. 249 b.
[6]) Ibid., I, p. 246.
[7]) Ibid., I, p. 245 b.

admiserint facinore[1]) cohibere; (ait . . .): namque uti ipsi raptu . . . laetarentur, ita maxime dolori esse his, qui amiserint; III, 26 (ait . . .): neque, quoad[2]) beatum esse licitum sit, cuiusquam in eum vim inimicitiasque procedere; (ait . . .): laetitiae fuisse solo omnium adversante Antenore, qui . . . decreverit; IV, 4 neque multo post Rhodii Phalam incusare, quod auxilium ei, a quo laesus sit, ferre cuperet; IV, 21 recordati patris eorum et quae . . . dixerit molitusque sit, tradi eos . . . iubent; V, 6 docere . . .: ob quae dignum esse Graecos data venia consulere eis, qui semper auctores pacis fuerint; VI, 3 indignatus, quod . . . Clytemestram superduxerit et regem . . . interfecerit, ultro ei auxilium . . . optulerat.

c) Praesens coniunctivi: II, 23 neque ignorare quemquam (ait), si tam atrox iniuria probanda sit, fore uti . . . sequerentur[3]); II, 51 neque oportet prudentem meminisse transactorum, quando ea, etsi maxime cupias, nequeas revocare; IV, 21 eumque ut . . . redeat deprecati . . . occurrunt; V, 6 (docere . . .) namque qui sub imperio alieno agerent, expectandum his atque exequendum esse nutum eius, qui teneat[4]); V, 8 Dein Ulixes (ait): non se his moveri, sed quod finis non adhiberetur: maxime cum tempus praetervolet[5]).

E. Iam exempla addere liceat enuntiatorum, quorum coniunctivus non tam severis legibus regitur, dico in primis enuntiata quae consecutiva vocantur et quae a *cum* incipiunt:

a) **cum:** I, 18 cum nulla iam res profectionem . . . retardaret, cuncti duces . . . confluunt[6]); II, 3 cum . . . insequeretur, . . . ruit; — I, 5 cadunt utrimque plurimi, cum obstinate hi . . . defenderent, hi . . . adniterentur; I, 16 arma . . . praeparantur, cum iuventus . . . festinarent; IV, 14 ad caelum ferunt, scilicet cum . . . perfecerit; II, 51 ammonere quantas aerumnas . . . pertulerit . . . et cum . . . parceret . . . , redigere;

b) **ut** consec.: I, 16 praeponuntur . . . , ita ut . . . dispertiant; III, 16 tantus . . . clamor editur, ut aves . . . alto decidisse crederentur; IV, 21 fertur Oenonen . . . adeo commotam, uti amissa mente obstupefieret ac . . . concideret; VI, 7 notusque adeo eius domus (sc. erat), uti . . . narraverit.

---

[1]) Draeger, I, p. 245 b.
[2]) Ibid., I, p. 248 C.
[3]) Ibid., I, p. 251, 8 a.
[4]) Ibid., I, p. 246.
[5]) Ibid., I, p. 249, 6.
[6]) Cf. W. Gardner-Hale l. l. p. 181 seq.

§ 47. De gerundio et gerundivo.

a) Genetivus gerundivi et gerundii; praeter plurima exempla, qualia apud Ciceronem quoque aliosque scriptores optimos exstant [1]), haec praecipue habemus: III, 11 deformatum omni supplicio lamentandi; III, 18 eius contingendae certamen maximum [2]) (poetarum praecipue proprium); III, 19 praemia luctandi; IV, 1 concessa bellandi requie [3]) (poetarum proprium); nullo usquam remisso lugendi officio; IV, 10 requies bellandi; IV, 15 super fatum vivendi concessam legem [4]); IV, 22 cum mandatis belli deponendi [5]); V, 10 iuris iurandi religionibus [6]).

Haec adiectiva construuntur cum genetivo gerundii:

1. **Prosper:** I, 23 flatus navigandi prosperos;
2. **Avidus** [7]): II, 37 avidus ignara cognoscendi; sed III, 20 avidi noscere;
3. **Peritus:** VI, 14 interpretandi somnia peritissimos;
4. **Egregius:** III, 6 vir egregius bellandi; IV, 13 viro egregio bellandi;
Entwicklung beigebracht sein. Wie von selbst ergaben sich bei dieser Forderung zwei Haupttypen von Einleitungen. Das eine Mal liegen die Umstände einfach und unmittelbar vor. Oft dagegen hat die Einleitung auch weiter zurückliegende Tatsachen und Verhältnisse zu berücksichtigen, welche schon in den Quellen mit der Haupthandlung in Verbindung gebracht waren [1]). Im ersten Fall leisten ein paar kleine, abgerissene Sätze den besten Dienst: scharfe Antithesen (auch ohne jede Verbindungspartikel) [2]) und symmetrische Satzgebilde geben ihnen eine besondere Färbung.

Viel häufiger kommt die zweite Art der Orientierung zur Anwendung. Um den reichhaltigeren Stoff möglichst zusammenzudrängen, greift Polyän zum stilistischen Mittel des Satzgefüges. Nirgends treten bei ihm so regelmäßig und so zahlreich Partizipialkonstruktionen auf wie im Anfange der Abschnitte. Es hat sich beinahe ein feststehendes Schema herausgebildet [3]). Nach dem Eigennamen folgt eine bunte Reihe von abhängigen und unabhängigen Partizipien, um meistens in einem ganz einfachen Prädikat den Ausgangspunkt des Strategems zu gewinnen. Wiewohl diese Einleitungspartien der Strategeme etwas Schablonenhaftes [4]) an sich tragen, wird doch die Eintönigkeit gemildert, indem Stücke vom ersten Typus dazwischentreten und nicht selten überhaupt mit einer einzigen oder zwei Perioden die ganze Kriegslist [5]) zu Ende geführt wird. Die näheren Umstände hängen, wie kaum anders zu erwarten ist, in den meisten Fällen mit einer Schlacht oder einer Belagerung zusammen, wo der Feldherr die gebotene Gelegenheit zu einem bestimmten Vorteil ausnützen will. Darum begegnen gerade zu Beginn der Stücke ungezählte Male die Worte παρατάσσεσθαι und πολιορκεῖν und die Wendung mit μέλλων oder βουλόμενος.

Die Mittelpartie bildet nach dem Verlaufe der Sache selbst den Kern des Berichtes. Es kann nicht die Absicht sein, den Inhalt aller

---

[1]) Z. B. I. 40, 4 (der Einleitungssatz könnte füglich ganz fehlen); IV. 18, 1 (gibt ausführlichen Bericht über die örtlichen Verhältnisse).

[2]) Z. B. I. 19; 30, 5 (drei asyndetische Sätzchen); 45, 2; II. 2, 8; 3, 8; III. 9, 54; 10, 2 (4 asynd. Sätzchen); IV. 3, 25; V. 10, 4; VII. 6, 7; VIII. 16, 7.

[3]) Die Eigenschaften der Einleitungsperiode ergeben sich u. a. aus I. 40, 2; II. 3, 9. 10; II. 11; III. 9, 53; IV. 20; V. 8, 1; 10, 1: 19; 44. 2; VI. 47; VIII. 10, 2. 3; 33, 15.

[4]) Ähnliche Situationen kommen durch ähnliche Satzgebilde zum Ausdruck: z. B. II. 1, 12. u. 24. vgl. mit IV. 2, 8. u. V. 10, 3; ebenso VII. 6, 6. u. 21, 7.

[5]) Z. B. I. 49, 4 (zwei Perioden); II. 1, 6 (1 Per.); 4, 2 (2 Per., symmetrisch gebaut); III. 9, 33 (1 Per.); 9, 49; IV. 2, 7 (1 Per. mit Antithese u. symmetr. Gliedern); V. 16, 2 (2 symmetr. Per.); VII. 15, 5 (1 Per.); 27, 1 (2 Per. mit einem Überleitungssätzchen in der Mitte); VIII. 23, 16 (1 Per., gefolgt von kurzem Schlußsatz).

Strategeme (im engeren Sinne) unter Rubriken zu vereinigen, wie etwa Frontin seine Bücher angeordnet hat. Hinter dem schnellen Wechsel der Persönlichkeiten verschwindet dem Leser die Übersicht; aber einige Lieblingsstrategeme machen sich doch bemerkbar: die Entsendung von falschen oder bestochenen Boten [1]), die Übertölpelung durch verkleidete Krieger [2]), die rechtzeitige Verhütung des „Verzweiflungskampfes“ [3]) (μάχη ἐξ ἀπονοίας), die Ausnützung der höheren Position [4]) oder des beschränkten Terrains [5]) u. a. Die nachweisbar historischen Ereignisse, an welche die Erzählungen angeknüpft werden, sind sehr häufig weiter nichts als belanglose Episoden während eines größeren Unternehmens.

Manchmal wird die beginnende Kriegslist auch sprachlich kenntlich gemacht, indem das Stichwort des mitgeteilten Planes wiederkehrt [6]). Polyän bemüht sich sichtlich, Wechsel in den Hauptteil seiner Stücke zu bringen. Erzählung und Beschreibung lösen sich in regellosem Wechsel ab, worauf die völlig willkürliche Verwendung von Praes. hist., Aor. und Imperf. [7]) fast in jedem Abschnitt zurückzuführen ist. Ein regelmäßig angewandtes Mittel, um den Inhalt zu beleben, bieten eingestreute kurze Reden (in der Form von Armeebefehlen, Heroldsrufen, Siegesberichten u. s. w.) [8]), pointierte Aussprüche [9]), Orakelbescheide, Göttererscheinungen und Vorzeichen [10]). Es scheint fast, als habe Polyän eine besondere Vorliebe für derartige Beispiele gehabt.

Wenden wir unsere Aufmerksamkeit der Verbindung der Sätze untereinander zu, so gewahren wir völlige Willkür: Stücke ähnlichen Inhalts und ähnlicher Stilisierung entbehren im einen Fall fast jeder

---

[1]) Typisch z. B. I. 30, 3 u. 4.

[2]) Vgl. I. 20, 2; 34, 1; II. 3, 1.

[3]) Vgl. I. 30, 4; 38, 3; II. 1, 19.

[4]) Vgl. II. 1, 12. 24.

[5]) Vgl. I. 38, 2 (wo zugleich στενοχωρία und περιτείχισμα ausgenützt werden).

[6]) Vgl. I. 20, 2 (ἢν πλεύσητε . . . οἱ μὲν δὴ ἐπέπλεον); 30, 5 (ἐκπέμψατε . . . οἱ μὲν ἔπεμψαν); I. 35, 1; II. 3, 1 (συνθέσθαι . . . ταῦτα μὲν δὴ συνέθεντο); IV. 2, 21 (ἀγγέλλοντας . . οἱ μὲν ταῦτα ἤγγελλον); VII. 44, 1 (ἐπιφανῆναι . . . οἱ μὲν ἐπεφάνησαν); VIII. 10, 2: (κατέλθοιεν. ὡς δὲ κατῆλθον); 17 (ἀγαγεῖν . . . ἐπεὶ δὲ ἤγαγον; ἐπανελθόντας . . . ἀναγνῶναι. ἐπεὶ δὲ ἐπανῆλθον, ἀνέγνωσαν).

[7]) Starker Wechsel der tempora z. B.: I. 20, 2; 30, 3. 4. 5; 43, 2 (ganz charakteristisch); 45, 2; II. 1, 16; III. 10, 2; IV. 2, 8; V. 2, 9; 10, 3. 4; 44, 2; VI. 13; VIII. 10, 3; 23, 7.

[8]) Direkte (kurze Rede): II. 1, 19; 3, 10; 29, 1; III. 10, 2; VIII. 5; 9, 2; 23, 15 (3malige Rede); dafür direkte und indirekte Rede, z. B.: I. 30, 5; Vermischung der direkten mit der indirekten: V. 44, 2.

[9]) U. a. III. 10, 2.

[10]) Orakel z. B. I. 30, 2; Göttererscheinung: I. 41, 1; II. 31, 4; Vorzeichen: III. 10, 2; IV. 20.

Verbindungspartikel[1]), an anderer Stelle zeigen sie das genaue Gegenteil[2]): Asyndeton und Polysyndeton sind ganz dem Zufall überlassen, Mangel an Feile und Arbeit nach Auszügen verraten sich allenthalben. Es ist keine Seltenheit, daß dasselbe Wort oder Synonyma in kurzen Absätzen auffallend häufig wiederkehren[3]).

Im allgemeinen zieht der Verfasser für die Darstellung der Kriegslist die einfacheren Satzgebilde[4]) vor, bewegt sich gern in scharfen Gegensätzen von Worten und Satzgliedern[5]), welche vielfach parallele Wortfolge aufweisen. Polyän gefällt sich gerade in der Mittelpartie darin, Partizipia[6]), zuweilen auch Substantive und Prädikate, unverbunden nebeneinander zu stellen[7]). Obwohl selbst Rhetor und Redner in einer Zeit, wo künstlicher Schmuck des Stils Regel war, macht Polyän nur selten und unauffällig Gebrauch von den einfachsten Figuren und Tropen[8]). Dagegen wird es kein Zufall sein, wenn verhältnismäßig oft gleiche Laute (namentlich Labiale)[9]) gehäuft werden und in den Prädikaten der Gleichklang zum förmlichen Reim wird[10]).

Polyän rundet mit wenigen Ausnahmen seine Stücke durch einen förmlichen Schluß ab; die Wirkung der angewandten List bildet den Inhalt. Bei keinem andern Teil der Strategeme kommt das Formelhafte[11]) so zum Vorschein wie hier. Die Wichtigkeit des Erfolgs wird

---

[1]) Fast jeder Verbindung entbehren z. B. I. 19; 40, 5; 43, 2; III. 4, 1; V. 2, 9; VI. 13; VIII. 23, 1.

[2]) Gespickt mit Partikeln: I. 38, 2; 40, 9; III. 11, 10 (einförmig οἱ δέ–ὁ δέ); VIII. 23, 7 (einförmig μέν–δέ). — In I. 20, 2 ist die Einleitung asyndetisch, der übrige Teil polysyndetisch.

[3]) I. 30, 5 (6mal ἐγείρω); 38, 2 (5mal περιτειχίζω); 49, 4 (5mal διαβαίνω); III. 11, 10 (ähnliche Worte im ganzen Stück verwendet); IV. 3, 9 (διαβαίνω); V. 16, 3; 44, 2; VIII. 3, 2.

[4]) Z. B. I. 30, 5; 43, 2; 45, 2; II. 1, 19; 3, 1; III. 10, 2; VIII. 5.

[5]) Z. B. I. 40, 9; 45, 2 (Worte und Sätze); II. 4, 2; III. 9, 52 (zugleich Parallelismus); VII. 6, 7. 10; VIII. 3, 2. 6.

[6]) Vgl. I. 30, 5; 45, 2; VIII. 3, 2; III. 9, 54 (Satzteile und Partizipia).

[7]) Partizipia allenthalben, z. B. VII. 44, 1; Substantiva, z. B.: VI. 6, 3 (abstrakte Begr.); Prädikate: I. 30, 2: (ἐπείσθησαν, ἐνέβησαν, ἐναυμάχησαν, ἐνίκησαν).

[8]) Selbst Verwendung von Synonymen selten, z. B. V. 2, 9; — etwas künstlich in II. 1, 12: δύςβατον–δύςμαχον–ἀδύνατον.

[9]) II. 3, 10 (t-Laute); p-Laute z. B.: I. 49, 4; II. 1, 16 (gegen Schluß); 4, 2 (im Anfang); 10, 4; III. 9, 41; IV. 2, 8; V. 2, 10; 16, 2 (im Anfang); 16, 3; 19 (Schluß); VI. 6, 3 (im Anfang); VII. 44, 1; VIII. 22 (ἐπὶ τὸ βῆμα ἀναβαίνοντι συνανέβαινεν).

[10]) Vgl. II. 1, 9: στέλλεται μὲν φανερῶς ἐπὶ Λυδίας, τρέπεται δὲ ἀφανῶς ἐπὶ Καρίας. V. 8, 1 (Diphthonge: αι, ευ, ει). Über Klangwirkungen bei griech. Schriftstellern vgl. W. Schmid, Atticismus I. 12; II. 62.

[11]) Vgl. I. 38, 2; II. 1, 12. 24; 3, 9. 10; 4, 2; III. 9, 41; IV. 6, 20; 20; V. 1, 3; 10, 4; VIII. 9, 2; 10, 2; 16, 1; 23, 4.

zuweilen etwas übertrieben[1]) geschildert. Der Stil bewegt sich vorzugsweise in der Zweiteilung[2]), welche die Wirkung des Strategems auf beiden Seiten zum Ausdruck bringt. Doch tritt nicht selten, ähnlich wie in der Einleitung, eine längere Periode[3]) an dieser Stelle auf. Gerade die regelmäßige Wiederkehr des Schlusses erregt den Eindruck, als werde er eben aus stilistischen Rücksichten[4]) angehängt und mit Absicht etwas künstlich[5]) gestaltet.

Um noch ein Wort über den Stil Polyäns im ganzen anzufügen, so darf schon mit Rücksicht auf Entstehung, Zweck und Inhalt des Werkes die Erwartung nicht hoch gespannt werden. Der Kompilator ist zu sehr von seiner Quelle abhängig und muß stets nach möglichster Kürzung streben. Trotz dieser hemmenden Umstände hat Polyän seine Aufgabe mit Ehren gelöst. Abgesehen von gelegentlichen Ausnahmen, versteht er es, in knapper Form einen reichen Inhalt wiederzugeben, ein anschauliches Bild zu entwerfen[6]) und immerhin selbst der Form eine gewisse Abwechslung zu verleihen. Und dabei bedient sich der Rhetor fast nur des gangbarsten Sprachschatzes, dem er namentlich durch geschickte Verwendung von Präpositionalausdrücken und durch unerschöpfliche Fülle von Verbalzusammensetzungen die erforderliche Schattierung gibt. So vereint das Werk Polyäns, wie die Beispielsammlungen überhaupt, Vorzüge und Schwächen in ziemlich gleicher Verteilung. Der gute Geschmack und das wohltuende Maßhalten sichert Polyän auf jeden Fall unter den Vertretern der attikisierenden Richtung des zweiten Jahrhunderts einen ehrenvollen Platz.

---

1) Vgl. II. 2, 8; III. 4, 1; IV. 2, 8; VII. 6, 6.

2) Typisch z. B. I. 35, 1 (mit Parallelismus); II. 1, 9; 4, 2; VIII. 6.

3) Z. B. III. 9, 52; IV. 2, 21 (Häufung der Partiz.); 20; V. 19; VII. 44, 1 (mit unverb. Part.); VIII. 10, 2 (Parallelismus).

4) Vgl. II. 3, 10; 4, 1; 10, 4; 37; IV. 18, 1; VII. 11, 4.

5) Z. B. I. 20, 2; 34, 1; 40, 2 (ἀναλαβὼν αὐτὰ τὰ ληφθέντα καὶ τοὺς λαβόντας ἀπέπλευσεν); 40, 9; II. 1, 18; 19 (οὐκέτι φόνος ἦν ἀμφοτέρων ἀλλὰ μόνων τῶν φευγόντων); III. 9, 53. 54; VIII. 11 (τῶν δὲ ἱερῶν καὶ τῶν ἐλευθέρων σωμάτων ἀπέχεσθαι προςέταξεν).

6) Die Übersicht geht öfters wegen Häufung der Part. verloren: vgl. II. 1, 27 (Schluß); III. 9, 33; dagegen z. B. VIII. 9, 2 gefällig.

De codice Aenipontano 579

quo continetur Ovidi Remedia amoris

scripsit

J. Lechner.

Codex Aenipontanus 579, quem olim in monasterio Novacellensi quod nos dicimus „Neustift bei Brixen" adservatum esse eo demonstratur quod in pagina interiore involucri legitur „Bibliothecae Novacellensis. T", est chartaceus, ut hoc verbo utar, et quattuordecim foliis vel, ut accuratius dicam, septenis foliis duplicibus quae omnia inter se iuncta sunt totum Ovidi de remediis amoris carmen complectitur. foliorum autem partes extremae, cum liber conglutinaretur, ita desectae sunt, ut nonnulla verba adnotationum in margine adscriptarum vel tota vel ex parte interierint. ordo quoque foliorum hac occasione ita mutabatur ut sextum folium duplex ante quintum interponeretur; itaque quia tum primum aut postea numeri in foliis inscripti sunt, hic eorum ordo restituendus est: 1., 2., 3., 4., 6., 5., 7., 8., 10., 9., 11., 12., 13., 14. singula autem folia $0{\cdot}304^{m}$ alta, $0{\cdot}215^{m}$ lata sunt. et versus in paginis plerisque leguntur triceni; sed prima pagina, cum titulo spatium trium versuum expleatur, viginti septem, quarta decima (fol. 7^{v}), cum titulo alterius libri spatium duorum versuum occupetur, duodetriginta versus exhibent, deinde in ultima pagina octo, in tertia decima (fol. 7^{r}) unus et triginta versus leguntur, in hac enim pagina librarius versum 384 antea omissum in margine dextro adscripsit. versuum autem quibus hexametri continentur initia per ἔκθεσιν quae vocabatur prominent omnium dum modo excipias eos hexametros qui in fol. 7^{r} versum 383 secuntur, quia post omissum pentametrum (384) hexametri pro pentametris quodam modo habiti itaque pentametri 386 et 388 ἐκθέσει insignes sunt.

Ipsum vero carmen ut iam commemoravi divisum est in partes duas, quarum utraque titulo inscripta est. prioris autem partis titulus est „Publii ovidii Nasonis sulmonensis remedium amoris“, posterioris, quae incipit a versu 397, „Publii ovidii nasonis liber secundus de remedio amoris“ [1]). et utriusque partis versus primi littera prima multo maior et pulchrior est ceteris, itemque primum vocabulum versus 41 tali littera ornatum est, qua re exordium esse finitum indicatur. sed etiam cetera scriptura, quae Germanicam vel Gothicam, quam dicimus, litterarum formam praebet, satis pulchra est et facile legitur. rasurae tamen et emendationes haud raro inveniuntur, quae omnes fere primae manui adscribendae sunt. denique in fine totius carminis legitur verbum Graecum τελος sine accentu scriptum. praeterea oppidum et dies et annus adscripta sunt: In lipcks (= Lipsiae?) iii Nonas Aprile (quod nomen lineis transversis deletum est) Novembres M cccc 9^{oi} (= 3 XI 1491). cetera verba Latina et Germanica in ultima pagina scripta nullius sunt momenti.

De ratione scribendi.

Librarium in conscribendo codice certas normas secutum esse negandum est, nam idem vocabulum saepissime vario modo scribitur. sed ut iam ad res singulas transeam, haec maxime observanda esse puto.

Primae versuum litterae sunt maiusculae; sed nomina propria semper, nisi ab iis incipiunt versus, litteris minusculis scribuntur, ex contrario litteras maiores intra versus exhibent vocabula haec: Moras (v. 222), Respice (v. 223), Verum (v. 318), Viciis (v. 348).

Loco diphthongorum ae et oe scribitur simplex e (etiam v. 63 phasiphen) praeter hos locos: v. 137 Haec, v. 174 faenore, v. 600 saepe, v. 688 aeternos, v. 692 aequoreis, v. 737 Praeterita, v. 768 Aemulus, v. 774 laetus — v. 76 phoebe, v. 390 coepit, v. 457 oenonem, v. 458 oebalia, v. 585 phoebi, v. 704 coeptis, phoebe, v. 705 et v. 706 phoebus, v. 772 coeperat, atque etiam v. 429 obscoenas, v. 491 infoelix, v. 739 acroeaonia (pro acroceraunia), v. 747 coeperit (pro ceperit), v. 814 foemina.

Loco syllabae ti, si eam vocalis sequitur, legitur ci praeter hos locos: v. 338 vitium, v. 373 Fortia, v. 16 sentiat.

Iniuria consonantes duplicantur: v. 45 salutifferas (sed v. 26 mortifero), v. 102 tullisse, v. 166 littibus, v. 210 reccurva, v. 227 succos,

---

[1]) Eadem divisio in aliis quoque libris manu scriptis et in editionibus veteribus occurrit, conf. A. Zingerle Kleine philol. Abhandlungen I 32.

v. 231 tollerare, v. 251 appollo (sic semper), v. 269 potteras, v. 329 et 330 potterit (sed v. 270 poteras), v. 331 dotte, v. 340 occulis, v. 425 tottidem mores totidemque, v. 458 pellice, v. 570 littora, v. 614 peccori, v. 655 dillectam (sed in adnotatione: dilexit), v. 771 Accrius, v. 799 sallaces, v. 801 accuentes; ex contrario simplices ponuntur pro duplicibus v. 39 gematas, v. 220 Sabata, v. 456 Caliope, v. 640 Supliciter, v. 662 amonitu (sed v. 729 atmonitus), v. 735 pupes, v. 760 calimacho (sed v. 381 et v. 759 l recte duplicatur), v. 761 sapho, v. 803 bachi, v. 808 flamas.

In verbis Graecis saepe i scribitur pro y: v. 55 phillis, v. 67 scilla, v. 100 mirra, v. 353 Pixidas, v. 382 Cidippe, v. 398 giro, v. 459 tiranno, v. 469 chriseida, v. 550 erix, v. 707 amicleis, v. 739 sirtes, v. 740 caribdis, v. 753 lireque, v. 797 libicis; ex contrario y pro i v. 747 hyrum, v. 753 cythare.

Littera h falso tum additur tum omittitur in verbis et Graecis et Latinis: v. 129 lachrimas, v. 286 nochti (pro nocti? vel potius noti), v. 287 aschuetas (pro assuetas), v. 447 anchora, v. 764 chynthia, v. 63 phasiphen, v. 158 trophea, v. 171 thauros, v. 432 thoro, v. 491 ethna, v. 539 Thedia, v. 762 theia, v. 264 rhates, v. 771 horestes; ex contrario v. 336 cordas, v. 473 calcas, v. 740 caribdis (sed v. 469 chriseida), v. 155 partus (sed 157 parthas), v. 161 egistus, v. 375 coturnos, v. 123 aduc, v. 249 emonie, v. 640 ave, v. 100 mirra. his subicere liceat ea vocabula Latina ubi ch scriptum est pro h: v. 2 (et saepius) michi, v. 90 subtrache et v. 378 trachat (sed v. 397, 435, 444 verbum recte scribitur), v. 258 vechetur, v. 410 nichil, v. 707 achenis, conf. v. 381 Callimahi (quamquam v. 759 et 760 recte ch scribitur).

Denique hae singulares scripturae dignae sunt quae animadvertantur: v. 4 Tratita, v. 5 tytides, v. 729 Atmonitus; v. 186 fimina (pro vimina), v. 203 faria, v. 209 deforat (pro devorat); v. 290 veneviciis; v. 731 sulfure (sed v. 260 sulphure); v. 97 mangna (sic semper, unde lux adfertur ad nationem librarii), v. 122 Pungnat (sed v. 163 pugnabant), v. 645 tancendo; v. 102 dampna sed v. 612 resumsit; v. 100 wultus, v. 145 Langwor, v. 367 lingwe, v. 642 ligwa, v. 649 extigwitur; v. 342 sceleres et v. 788 sceleri (pro cel.), v. 645 ulcissere, v. 784 ceptrum sceptrum; v. 58 Dardaneas, v. 777 breseide sed v. 783 briseida; v. 253 prodiere (pro prodire), v. 411 aperiere (pro aperire); v. 2 aiit; v. 138 iocundi sed v. 382 humere (pro homere); v. 602 sonam; v. 561 calendas.

Praepositiones autem cum vocabulis, ad quae pertinent, scriptura coniungi solent: aquo (v. 5), abarce (v. 57), acuspide (v. 159), aphebi (v. 200), alaribus (v. 237), ame (v. 305), aprima (v. 404), aveneris (v. 431), abarte (v. 512), atectis (v. 625), athalamis (v. 670), aboris (v. 797); advestros (v. 51); exaliis (v. 255), emedio (v. 534), emultis

(v. 682); inprimo (v. 80), inhoras (v. 93), inviscera (v. 105), incapto (v. 108), incursu (v. 119), inadversas (v. 122), incampis (v. 156), Inpromptu (v. 162), inagros (v. 257), inqua (v. 283, 403), inarte (v. 385), inaperto (v. 429), Inlaqueos (v. 502), intenues (v. 653), inquibus (v. 716), inignes (v. 719); perlongas (v. 92), permultos (v. 445), perse (v. 477), Perceptrum (v. 784); Provicio (v. 324); Subtitulo (v. 302), suppede (v. 530). aliquando alia quoque vocabula scriptura coniunguntur: Damichi (v. 63), sinon (v. 134), Aridanec (v. 230), ianua nostre (v. 233), Siminus (v. 478), Sepereas (v. 661), Etmanus (v. 667), quinimium (v. 738). contrarium vero usum invenis his locis: Contempte que (v. 140), Per fer (v. 218), de currit (v. 287), Turpia que (v. 412), quam vis (v. 519), In que (v. 552), verus ne (v. 555), ianum que (v. 561), satis fieri (v. 698), quos que (v. 796), Post modo (v. 813).

Signa vero, quibus verba et enuntiata distinguuntur, occurrunt tria eaque sunt punctum bis positum (:) quod saepissime legitur, signum interrogationis (ʕ) his paucis locis: v. 185 (Quid?), v. 231, v. 245 (Qui? nisi), v. 580, v. 767 (Quid? nisi), denique unci his locis: v. 109 sq. (.quia serior egro Advocor.), v. 127 (nisi mentis inops), v. 227 (.quâvis invitus.), v. 318 et 320 (.ut verum confiteamur.), v. 352 (ne pudor obstat), v. 419 (nam sunt quoque [ubi alter uncus deest].

Denique in hoc libro manu scripto multa scripturae compendia adhibentur sed non omnibus locis quibus occasio ea ponendi oblata erat, ac praecipue in posteriore codicis parte compendia etiam tritissima (velut pro ꝗ ꝫ) rarius rariusque inveniuntur. saepissime autem pro littera m vel n in terminationibus lineola leniter quidem incurva supra vocalem antecedentem substituitur velut -ū = -um vel -un-; ᶻ = -ur et id quidem saepissime in -tur et v. 318 in -mur, ⁼ er in -ter; ꝯ = -us (pꝯ = post) et simile signum = con-; ⸗ = -is; ꝫ = et, quod compendium in fine quoque vocabulorum invenitur velut in decet (v. 375), oportet (v. 23), licet (v. 79, 534, 749), ht͡ꝫ = habet (v. 232, 306, 338, conf. v. 328 h͡re = habere), ß = sed (v. 221), et̕ = etiam; ꝰ = er(e), ꝛ = re, ꝵ = ur, ꝺ = or; ê = est, e͡e = esse (v. 784), pꝭ = potest (v. 52, 170); ꝓ = pro (velut v. 313 propriis, v. 330 proba), ꝑ = per (velut v. 383 peragen[gen]tem, v. 165 operam) et = par- (v. 344 pars, v. 383 partes, v. 42 parte), ꝑ’ = por-, p’ = pre, prae (velut v. 208 praemia, v. 210 supremis, v. 332 precare); iꝺ = idem (v. 628), quiꝺ = quidem (v. 359), = quidam (v. 361), h͘ .. = hoc (v. 428), nᶜ = nec (v. 66, 222), ni͡ = nisi (v. 591), mi͡ = mihi (v. 306), t͡i = tibi, n͡r = noster (v. 251), n͡ra = nostra (v. 135, 371, 512), n͡a = nostra (v. 385), n͡re = nostrae (v. 233, 317), n͡ros = nostros (v. 302), v͡ros = vestros (v. 51); ꝗꝫ = que (velut v. 49 in quoque, v. 96 queque, sed

v. 372 queq'), = quae (v. 47, 209, 612, 627), q°ȝ = quoque, q̄ȝ = quam, seq = sequi (v. 208), q̃ = quia (v. 109, 425), q̄ = quod (v. 276), = quot (v. 221), qđ = quod (v. 101), quidq̄d = quidquid (v. 247, 733), ꝯquis = aliquis (v. 17, 225, 282); d̄ = de; tn̄ = tamen, tñ = tantum (v. 213), tm̄ = tantum (v. 295, 310), t̄ = tra (in trans v. 221, 255, 616; v. 123 in tractabilis); nō = nomen (v. 366, 389), nōe = nomine (v. 640), dn̄e = dominae (v. 352), aīm = animum (v. 197), aīo = animo (v. 312), hoīes = homines (v. 69, 269), ōa = omnia (v. 265, 267), mô = modo (v. 557), v̄a = verba (v. 240, 678), magr̄o = magistro (v. 55), mr̄eȝ = matrem (v. 59).

Sed iam de aliis signis, quibus librarius usus est, disseram. etenim sub versibus, quibus sententiae morales vel loci communes continentur, nigras vel rubras lineas duxit: nigras sub v. 13 et 14, v. 21 et 22, v. 45 et 46, v. 53 et 54, v. 81 usque ad v. 106, v. 120 usque ad v. 132, v. 139 usque ad v. 142, v. 144, v. 148, v. 187 usque ad v. 192, v. 229 usque ad v. 236, sub enuntiato „sitque sine igne cinis“ in v. 244, denique sub v. 427 et 428; rubras sub v. 393, v. 405 et 406, v. 421 et 422, v. 425 usque ad v. 428, v. 443 usque ad v. 448, v. 462, v. 480, v. 502, 503, 504, v. 513 usque ad v. 518, v. 526, 527, 528, v. 531 et 532, v. 547 et 548, v. 565 usque ad v. 570, v. 572, v. 583 et 584, v. 589 et 590, v. 617 et 618, v. 623 usque ad v. 626, v. 629 usque ad v. 636 [1]), v. 651 et 652, v. 685 usque ad v. 692, v. 707 et 708.

Praeterea librarius variis signis indicavit verbum aliud ad aliud referendum esse, quam rem nonnullis exemplis demonstrabo: v. 33 Fac coeant furtim iuvenes timidaeque puellae, v. 429 Ille quod obscoenas in aperto corpore partes, v. 432 Vidit in inmundo signa pudenda thoro, v. 472 Officio natam ledis inepte tuo, v. 120 Difficiles aditus impetus omnis habet, v. 785 Dii faciant possis domine transire relicte, v. 152 Vade per urbane splendida castra togae, v. 155 Ecce fugax partus: magni nova causa triumphi, v. 184 Et queritur vitulum mater abesse suum; v. 757 Eloquar invitus teneros ne tange poetas; hoc modo suppositis lineis verba quae inter se artius cohaerent in per-

[1]) Praeterea ante hos octo versus singula puncta rubri coloris adpicta sunt.

multis versibus insignia sunt neque umquam falso suppositas inveni. similiter numeris, qui supra vocabula imponuntur, significatur verborum ordo grammaticus velut

1 2 4 3
v. 35 Et modo blandicias rigida modo iurgia posti,

1 2 3 6 5 4 7
v. 56 Et puer haud novies sepius isset iter,

4 5 6 7 8 6
v. 79 sq. Dum licet et modici tangunt precordia motus

3 3 1 2
Si piget inprimo limite siste pedem,

2 3 1 4 3
v. 85 Quae prebet latas arbor spaciantibus umbras,

2 4 3 5 7 6
v. 99 sq. Si cito sensisses: quantum peccare parabas

8 8 9 10 1 9
Non tegeres wultus cortice mirra tuos,

5 4 6 1 1 2 3
v. 144 Cedit amor rebus: res age: tutus eris,

3 1 2
v. 162 Inpromptu causa est,

1 3 3 4 2
v. 486 sq. Et tutus in bivio detineatur amor

1 2 3 5 4 5
Queris ubi invenias artes perlege nostras,

3 2 1
v. 489 Quod si quid praecepta valent mea: si quid[1]) apollo,

4 3 2 1
v. 522 Protinus ex facili gaudia ferre licet,

3 4 1 1 2
v. 528 Auxilium multis succus et herba fuit,

4 3 5 1 2 5
v. 547 sq. Plus amat e natis mater plerumque duobus

4 5 1 2 3 5
Pro cuius reditu quod gerit arma timet,

1 3 4 2 5 7 6 7
v. 555 sq. Is mihi sic dixit dubito verus ne cupido

[1]) Manifestum est numerum supra „si quid“ quod initio versus legitur ponendum fuisse.

6 8 8
An somnus fuerit sed puto somnus erat,

3 1 1 4 2
v. 560 sq. Omnibus ille deus plusve minusve dedit

1 3 2
Qui puteal ianum que timet celeresque calendas,

1 1 5 4 2 5
v. 577 sq. Quid faciam media navem palinurus in unda

3
Deserit: ignotas cogor inire vias,

1 2 6 4 5 6
v. 593 sq. Ibat ut emonio referens trieterica bacho

8 7 9 3 3
Ire solet fusis barbara turba comis[1]),

3 2 1 3 5 4
v. 601 sq. Nona terebatur misere via viderit inquit

6 9 8 7
Et spectat sonam pallida facta suam,

3 1 2
v. 619 Manat amor tectus si non ab amante recedas,

2 5 4 3 1
v. 689 sq. Neve puellarum lachrimis moveare caveto

3 2 1 2
Ut flerent occulos erudiere suos,

1 2 4 3 5 6
v. 775 Ut paris hanc rapuit tunc demum uxore carere.

De adnotationibus.

Praeter verba Ovidii ipsius hic codex multas adnotationes tum inter versus tum in margine scriptas praebet. hae adnotationes litteris minutissimis scribuntur et multae difficillime leguntur. accedit quod tot librarii mendis sunt inquinatae ut eis iam ex alio codice eas aut saltem partem earum repetitas esse demonstretur, maxime eas quae non concinunt cum lectionibus codicis Ovidianis.

---

[1]) Supra nomen „comis“ deest numerus 9 quem desideres.

Adnotationes autem inter versus scriptae, quae a versu 790 usque ad versum 798 nescio qua de causa desunt, non tantum erroribus et mendis librarii refertae sed id quod magis est dolendum pleraeque minimi sunt pretii. quamvis enim ne inter eas quidem desint quae licet nihil novi praebeant doctum certe hominem redoleant, magna sane pars talis est ut miratus interroges cur haec adscripta sint nisi hoc uno consilio ut tandem aliquid adscriberetur. tamen eas, quippe quibus multum lucis adferatur ad eruditionem ac doctrinam illius aetatis cognoscendam, e libro carminis priore qui pertinet usque ad v. 396 omnes, ex altero selectas proferam ita ut vocabulum praemittam supra quod quaeque legitur, ac primum quidem eas in quibus verbum verbo pluribusve verbis eiusdem sententiae explanatur. persaepe autem . ſ. vel ſcȝ (= scilicet) vel .·. praeponi vix est quod admoneam.

v. 1 titulum: superscriptionem, v. 2 Bella: pugna, mihi: contra me, v. 3 Parce: desiste, vatem: poetam, damnare: accusare, v. 4 Tradita: commissa, qui: ego ovidius, totiens: tam sepe, signa: scutum et tela, tuli: gessi ut constans miles, v. 5 ego: ovidius, a quo: diomede, saucia: vulnerata, v. 6 liquidum: clarum, rediit: reversa, ethera: celum, v. 7 tepent: frigient (sic) in amore, iuvenes: adolescentes, ego: ovidius, amavi: amori operam dedi, v. 8 faciam: agam, nunc: iam, queris: interrogas, amo: quasi diceret si i (i ex?) am diceres quid faciam amo, v. 9 etiam: insuper, arte: qua astucia, parari: institui, v. 10 nunc: in senio vel in hoc libro, ratio: disti(n)ccio, impetus: vechemencia vel lasciva voluptas, ante: in iuventute vel in libris de arte, v. 11 te: amore, prodimus: tradimus repellimus, v. 12 nova: p(raese)ns liber, retexit: destruit, opus: librum de arte quod ante conscripsi (ps ex sp), v. 13 amare: amor legitimus, iuvat: delectat, v. 14 vento: sua felicitate, ille: talis, v. 15 At: sed, male fert: patitur, puelle: damnose mulieris, v. 16 sentiat: sentire d(i)c(i)t addiscat, artis: p(raese)ntis libelli, opem: auxilium, v. 17 laqueo: fune, v. 18 pependit: suspendit, onus: corpus suum, v. 19 Cur: quare, rigido: accuto, fodiat: transfigat, sua pectora: cor suum, ferro: gladio, v. 20 Invidiam: odium, cedis: mortis, pacis: tranquilitatis, amator: cupido, v. 21 nisi: si non, desierit: cessaverit, misero: flebili, v. 22 funeris: mortis, autor: occasio, v. 23 puer: tu cupido, ludere: uti rebus iocosis, v. 24 Lude: sis intentus rebus lasciviis, mollia: lascivia, v. 25 nudis: sine lesione, v. 26 mortifero: ferente mortem, tela: iacula, v. 27 gladiis: mucronibus, hasta: lancea, v. 28 multa cede: mangna interfectione, cede: strage (st ex tr. .), cruentus: sangwinolentus, eat: incedat, v. 29 cole: ama s(cil.) cupido, tuto: secure sine periculo, quibus: artibus, v. 30 quarum: artium vicia (sic), vicio: fortitudine sine periculo, orba: privata filiis, parens: mater, v. 31 Effice: cum effectu fac, frangatur: pulsetur confringetur, v. 32

teget: ornet, multa corona: mangna c(entum?) milia florum, v. 33 coeant: conveniant, furtim: tacite occulte, iuvenes: adolescentes, timide: trepide, v. 34 Verba: deceptiones, cauto: qui se putet esse cautum, arte: astucia, viro: pro fido viro amatore, v. 35 modo: iam, blanditias: mollia verba, rigido: diro clauso aliq(ua)n(do), iurgia: maledictiones, posti: pesulo, v. 36 flebile: flebiliter, amans: amator, v. 37 His: hii carminibus flebilibus, crimine: vicio, mortis: necis seu interfectionis, v. 38 tua fax: gesta cum manibus tuis, subire: supponi, rogos: pedes (sic!) mortis, v. 39 amor: cupido, gemmatas: plenas gemmis, aureus: pulcer, v. 40 michi: ovidio, propositum: intentum opus, perfice: obeas (loco litterae o quae videtur exstincta esse nunc conspicitur ꝯ), v. 41 p(rae)cepta: documenta, venite: accedite, v. 42 Quos: iuvenes, ferus: crudelis seuus, omni parte: circumquaque, fefellit: decepit, v. 43 sanari: medere, quem: me, v. 44 vulnus: morbum amoris, opem: remedium ꝯ (= contra) amores, ferat: inferat, v. 45 Terra: elementum, salutifferas: ferentes salutem, eadem: terra, v. 46 Nutrit: producit gignit, urtice: huic herbe, proxima: propinqua, v. 47 quondam: olim, v. 48 auxilium: remedium, hasta: lancea, tulit: attulit, v. 49 quecumque: omnia illa praecepta, dicta: praecepta, puelle: mulieris, v. 50 diversis: viris et mulieribus, arma: remedia contra amorem, v. 51 pertinet: attinet, v. 53 Utile: est utilis res proficuum, sevas: crudeles, extingwere: eicere, v. 54 Nec: ut non, servum: soccium, viciis: peccatis, pectus: suam contientiam, suum: facctam (sic), v. 55 si me foret usa magistro: si legisset meos libellis (sic!), v. 56 novies: pluries, sepius: crebrius ut plusquam, isset: ibat, iter: illum viam, v. 57 moriens: gladio incumbens, arce: turrim vel castri suo (sic!), v. 58 dedisse: navigasse et fugisse ase, v. 59 dolor: amor, contra sua viscera: contra proprios filios, v. 60 Que: o medea, socii: filiorum eius et mariti, damno: morte et iactura, v. 61 Arte mea: si mea arte nitatus (!) fuisses, v. 62 Per facinus: per scelus stupri, avis: uppupa, v. 63 Da: concede, iam: cum data erit, tauri: bovis, v. 64 Da: porrige praeceptis meis, abibit: disscedet, v. 65 Redde: da, nobis: meis remediis, v. 66 manibus: violencia, victa: capta, v. 68 Hesisset: aduc hereret, purpura: capillos aureos, v. 69 Me duce: ovidio praeceptore, homines: mortales, compescite: refrenate, curas: amores in turpes mulieres, v. 70 Recta: recto tramite, que: et, cum sociis: qui sil (= simul?) sunt in periculo maris, duce: ducente, v. 71 Naso: si (!) ovidius, v. 72 Idem: naso, nunc: in libris de remedio amoris, v. 73 Publicus: communis, assertor: liberator ego, viciis: amore meretricio, suppressa: gravata, levabo: alleviabo, v. 74 Pectora: corda, vindicte: liberacioni, v. 75 precor: oro, vates: poeta appollo, tua laurea: ingenium tuum quo possum mereri lauream poeticam tua laurea carminis, v. 76 medice: medicine artis, repertor: inventor, v. 77 Tu: appollo,

vati: poete michi, medenti: michi medicinam afferenti, v. 78 Utraque: carminis et medicine, tue est: tue potestati, v. 79 licet: licitum est, precordia: cor tuum, motus: passiones amoris, v. 80 limite: in regres (= recessu?), siste: teneas restruas, v. 81 Opprime: refrena, nova: recencia, subiti: subito venientis p̃tis (= praesentis; lineis obliquis deletum), morbi: amoris, v. 82 equus: voluptas vel amor, v. 83 Nam: quia, nam mora: quia spatium temporis, vires: vim (supra quod alterum ‚vim' deletum), teneras: nondum maturas, percoquit: decoctas facit, v. 84 validas: fortes, v. 86 primum: primo, virga: virgultum scil. talis arbor fuit, v. 87 summa tellure: ex summitate terre, v. 88 Nunc: post longam moram, stat: et erit, immensum: in mangnitudinem in mense, viribus: robore et stipiti, v. 89 quod: quam, amas: amare paras, celeri: veloci, circumspice: respicias, v. 90 lesuro: ledendi, colla: animum tuum, iugo: servicio, v. 91 obsta: resiste, sero: tarde, paratur: praeparatur, v. 92 Cum: q(ua)n(do), convaluere: creverere, moras: per longum spatium tem-
runt
poris, v. 93 differ inhoras: prolonga vel protrachas in tempus venturum, v. 94 Qui: quia amor, cras minus aptus erit: quia forcior factus ex mora, v. 95 Verba: decepcciones, omnis amans: omnis amator, reperit: amor invenit, alimenta: nutrimenta, morando: exspectando, v. 96 Optima: valens vel favens, vindicte: liberacione, proxima: ventura, v. 97 parvis: exiguis, orta: nata generata, v. 98 collectis: congregatis, multiplicantur: augmentantur, aquis: rivalis, v. 99 cito: mox, sensisses: cognovisses, parabas: intendebas, v. 100 wultus: tuam faciem, v. 101 ego: ovidius, primo: in principio, sanabile: curabile, v. 102 Dilatum: post neglectum, dampna: mortem, tullisse: habuisse, more: per longam expectacionem, v. 103 delectat: placet iuvat, veneris: amoris, decerpere: instare, v. 104 assidue: quottidie, cras quoque fiet: cras volo abicere amorem, v. 105 Intera: in tali tempore, serpunt: occulte ingrediuntur, in viscera: in corda, v. 106 mala: sterilis, agit: producit, v. 107 perierunt: abierunt in nichilum, primi: primi remedii, v. 108 vetus: inveteratos annosos (vel potius amnosos), pectore: corde, sedit: mansit, v. 109 Maius opus: maior diligencia, super est: restat, quia serior: quamvis tardior, egro: (.ad auxilium infirmi vel egri.), v. 110 ille: talis sic in amore veteratus, michi: ovidio, destituendus: deserendus, v. 111 heros: deus, v. 112 celeri: veloci, presecuisse: abscidisse, v. 113 hic: philoctetes, sanatus: restitutus curatus a morbo, creditur: revertes (quod potius ad ‚reditur' quadraret), v. 114 manum: finem | mortem, v. 115 Qui: ego ovidius, properabam: accelererabam (sic), pellere: expellere, v. 116 nunc: iam, lentus: ego tardus, opem: auxilium, v. 117 nova: novas flammas amoris hoc est in pn̄a (= praesentia) amoris, sedare: mittigare, temtes: exeperire (sic) temptes, v. 118 ubi: postquam, per vires: valetudines hoc est in fine, v. 119

Cum: q(ua)n(do), in cursu: in maxima vechemencia, currenti: felocit^2 eunti, cede: alocum (sic), furori: amori, v. 120 aditus: accessus, impetus: vechemencia, v. 121 discedere: abire natando, v. 122 Pungnat: resistat, v. 123 Impaciens: male ferens, tractabilis: gubernandus, v. 124 Respuit: spernit remedia, odio: odit, monentis: horcientis (= hortantis) ip(su)m, v. 125 melius: facilius, v. 126 sinet: permittet, et: cum, veris vocibus: quae procedunt ex vera caritate, vocibus: repraehensionibus, v. 127 mentis inops: demens, in funere: in pompa funebri, nati: filii, v. 128 vetet: prohibet, illa: mater, loco est: cum sequitur funus filii, v. 129 dederit: emiserit, egrum: tristum (sic), v. 130 Ille dolor: super morte filii, emoderandus: mittigandus, v. 131 valet: prodest infirmo, prosunt: conveniunt, v. 132 non apto: inconveniente s. congruo, v. 133 Quum eciam: imo potius, accendas: inflamas, vicia: libidinem amoris, vetando: prohibendo, v. 135 ubi: postquam, medicabilis: curandus sanandus, arte: nostra medela, v. 136 monitis: perschuasionibus, p̄mia: in principio, v. 137 Haec: ocia, vt: ut, faciunt: efficiunt, hec: ocia, que: officia amoris, tuentur: effendunt (sic), v. 138 Hec: ocia, iocundi causa: iocunditatem afferenti, cibusque: fomentum nutrimentum, mali: amoris, v. 139 tollas: evellas, arcus: sagitte, v. 140 Contempte: sprete, sine luce: sine igne, v. 141 Quam: quantum, riuo: humectacione aquarum, quam: quantum, unda: aqua, v. 142 limosa: scenosa, v. 143 Tam: tantum, venus: cupido amor, v. 144 Cedit: quia locum dat, amor rebus: cupido oracionibus, res age: exerceas te aut in scolis, v. 145 Langwor: pigricia sive ocium primum, inmodici: inmoderati, sub nullo iudice: s(i)ne praeceptore secundum, somni: dormiciones, v. 146 Aleaque: ludus tercium, tempora: partes capitis, quassa: concussa perfusa 4tm̄, mero: vino ebrietas, v. 147 Eripiunt: hec 4or accipiunt, animo: ab ingenio, nervos: vires, v. 148 Affluit: habundat, incautis: hominibus occiosis, desidiosus: piger, amor: cupido, v. 149 Desidiam: ocia pigriciā, puer: cupido amor, a gentes: operantes, v. 150 vacue: occiose, tueatur: deffendat se, opus: exercitacionem operacionem, v. 151 quos: amicos, tuearis: deffendere possis, v. 152 Vade: incede, splendida: ornata, v. 153 tu: amator, munera: officia, v. 154 Suscipe: sume, terga dabunt: fugiente (sic), v. 155 fugax: qui simulat fugam, triumphi: victorij (sic!), v. 157 cupidineas: amoris cupidinis, parthasque: parthorum, v. 158 bina trophaea: duos (sic) victorias, v. 159 Ut: sic, lesa: offensa, v. 161 Queritur: inquiritur, quare: propter quam causam, v. 162 In promptu causa est: facilis causa est, desidiosus: piger occiosus, v. 163 alij: milites greci, v. 164 Quo: ad quem locum, tulerat: deferebat, v. 165 gerebat: domi, v. 166 foro: arti orathorie, v. 167 ageret: operaretur, v. 168 Sic: ex ocio, v. 169 Rura: praedia,

que: et, oblectat (sic): delectant, que: et, colendi: aranti (sic), v. 170 Quelibet: amor et quaecumque alio (sic) passio, cedere: dare loco (sic), cura: studio colendi agros (referendum ad ‚cure'), v. 171 iube: coge, oneri: iugo, supponere: submittere, v. 172 Sauciat: scindat dividat, duram: induratam, vomer: h° instrumentum ferreum aratri, ad uncus: curvus, humum: terram, v. 173 Obrue: inmerge semina, versata: involuta, cerealia: quae faciunt cererem, semina: frumenta, v. 174 Que: frumenta, reddet: tribuet tibi, v. 175 pondera (sic): propter pondo (o ex u)s, v. 176 peperit: produxit, v. 177 labentes: fluentes, iucundo: delectabili dulci, murmure: sono, v. 178 tondentes: decucientes, oves: talia animalia, v. 179 rupes: altitudines scopulorum, prerupta: praeaccuta sursum alevata, capelle: parve capre, v. 180 referent: reportent, hedis: foetibus, v. 181 inequali: dissimili, modulatur: cantat per modos, arundine: fistula dicitur in equalibus calumniis (sic), v. 182 desunt: absunt, sedula: frequens diligens, canes: talia animalia, v. 183 sonant: resonant, v. 184 queritur: conqueritur s. mugitu, mater: aliqua facca, suum: quem genuit, v. 185 suppositos: appositos, examina: collectiones appum, fumos: ignes, v. 186 relevent: exonerent, dempti: extracti de alphearijs, favi: mella, v. 187 dat: producit, autumnus: talis pars anni, formosa: pulchra, est: p̄est, v. 188 Ver: illa pars anni, prebet: producit, levatur: alleviatur temperatur, hiems: illa pars, v. 189 rusticus: vinitor, v. 190 musta: nova vina, v. 191 Temporibus certis: in iulio, herbas: gramina, v. 192 humum: terram, v. 193 riguis: h(u)m(i)dis hortis, deponere: defigere valde vigere, v. 194 lenis aque: leniter fluentis, v. 195 insicio: illud tempus, adoptet: capeat in filium adoptivum, v. 196 peregrinus: alienus, operta: tecta, comis: ramis, v. 197 mulcere: lenire, v. 198 Debilibus pennis: fragilibus viribus, amor: cupido, v. 199 venandi studium cole: es nobilis venacionis, studium: artem, cole: ama, v. 200 Turpiter: ignomiose (sic), victa: superata, v. 201 Nunc: aliq(ua)n(do), leporem: ho(c) a(nima)l, pronum: declinum in anterioribus pedibus, sectare: frequenter sequere, v. 202 tende: extende, v. 203 terre: terrefacia (sic), faria formidine: variis persecucionibus unde capiunt formidinem, cervos: illa animalia, v. 204 aper: ho(c) a(nima)l, v. 205 cura: amor, v. 206 Excipit: occupat, levat: relevat, v. 207 Lenius: lenior, studium: ars, prodest: est utile contra amore (sic), capta: retenta, alite: ave quia habet ales (sic), v. 208 calamis: laquis factis cum calamo, v. 209 edax: forax, male: inprovide et ad suam iacturam, deforet: degluciat, ore: absume, v. 210 Abdere: abscondere, era reccura (sic): curvatos uncos instrumenta aerea quibus capiuntur pisces, cibis: allegatis vermibus, v. 211 aliis: consimilibus, donec: quousque, dediscis: oblivioni tradas, v. 212 Ipse: tu, furtim: secreto et paulatim, decipiendus eris: tu amator eris decipiendus hijs aut alijs, v. 213 tn̑: etiam,

quamvis: licet, firmis: fortibus, v. 214 longas: hoc est abies per longum spacium, perge: non desiste, v. 215 et: quo, deserte: derelicte, v. 216 et: quamvis, v. 217 voles: cupias, magis: tanto plus, v. 218 invitos: nolentes abire, coge: conpelle, v. 219 morentur: retineant vel retardant, v. 220 alea: ludus, nota: cognita, v. 221 quere: interroga, v. 222 Milia: miliaria, prope: in propinquo loco, moras: tardaciones, v. 223 Tempora: dies absentas (sic) ab amica, crebro: frequenter, Romam: patriam, v. 224 tutus: securus, v. 225 voce (sic): vocare posset, fatemur: profitemur, v. 226 ut valeas: ut sis sanus, multa dolenda: adversa et gravia, feras: sustinere debes, v. 227 succos: pociones, invitus: non libens, v. 228 Eger: ego infirmus, oranti: petenti, mensa: cibus, v. 229 redimas: liberas, pacieris: sustineas, v. 230 Arida: sicca, lavabis: mundabis, v. 231 valeas: sis sanus, animo: mente, tollerare negabis: animo sufferre quasi diceret nullo mo͡, v. 232 At: sed, pars hec: mens hominis vel animus, maius: maiorem dignitatem, v. 233 artis: medele, tristissima: gravissima, ianua: principium, v. 234 tempora prima: principium separacionis abamica, v. 235 prensos: captos, urant: ledant, iuga: h (h deletum) onera, iuvencos: deprehensos iuvenes boves, v. 236 velocem: celerem, v. 237 laribus: domibus, patriis: paternis, v. 238 exibis: debes exire, redire: reverti, v. 240 splendida: mangniffica, v. 241 exieris: abibis, cure: amori tuo, v. 242 rus: campus, comites: socii viarum, v. 243 putes: arbitreris, lentus: diu, v. 244 Dum: donec, v. 245 Qui: quo͡, v. 246 Inferat arma tibi: hoc est ardencius amabis quam prius, rebellis: crudelis, v. 247 abfueris: absens eris, avidus: cupidus, v. 248 Et spacium: tempus per quod abfuisti, damno: periculo, cesserit: cedet, v. 250 magicas artes: incantaciones, v. 251 vetus: antiqua, v. 252 Innocuam: non nocentem et non contra les romanes, v. 253 Me duce: si ego ero vester praeceptor, tumulo prodiere: asepulchro suo exig(itur), umbra: spiritus, v. 254 anus: antiqua fetula, infami: damnato quia contra leges, rumpet: dividet, humum: terram, v. 255 seges: frumenta, aliis: agris, alios: alienos, v. 256 orbis: spera, v. 257 solet: conschvevit, equoreas: maris, v. 258 niveys: candidis, v. 259 curas: amores, v. 260 victus: superatus, v. 261 iuverunt: profuerunt, gramina: herbe, v. 265 abiret: recedit, v. 266 lintea plana: vela de lino facta, fuge: vento quo ad fugam, v. 267 ferus: crudelis, ureret: consumeret, ignis: amor, v. 268 invito: contra voluntatem, sedit: remansit, v. 269 Vertere: mutare, que: tu circe, in mille figuras: in varias bestias, v. 271 discedere: abire, v. 273 ego: circe, memini: recordabar, v. 274 coniunx: maritus, v. 277 spacium: tempus manendi, pro numine: pro deo, v. 279 freta: mare, mota: commota undosa, illa: maria, v. 281 fuge: discessionis a me, nova troya: novum bellum troyanum, v. 282 rursus: iterum, v. 283 Hic: in meo regno, male: ad

meum detrimentum, una: ego sola, v. 284 regno: imperio, v. 285 Illa: circes, nō solvebat: nichil ominus, v. 286 Irrita: inania, nochti: isti venti, v. 287 aschuetas . . . artes: incantaciones et veneficia, currit: tendebat, v. 288 illis: artibus veneficis, atenuatus: minutus mittigatus, v. 289: opem: auxilium, deposcis: petis, v. 290 Deme: depone, veneviciis: arte magica, carūnijs: incantacionibus, fidem: credulitatem, v. 291 potens: demens(!), in urbe: in patrie tue (sic!), v. 292 consilium: documentum, v. 293 ille: t(a)lis, vindex: liberator, pectus: cor alicuius, v. 294 dedoluit: valde doluit, v. 295 tantum animi: tam fortis vel virilis animus, mirabor: et laudabo, v. 296 monitis: admonicionibus, eget: indiget, v. 297 quidquid: quamcumque puellam, egre: male, dediscis: dedesistas (prius ‚de' lineis obliquis deletum est), v. 299 Sepe: multociens, refer: cogita memora, scelerate: iniuriose, facta: acta, v. 300 omnia damna: omnes iacturas quas tibi intulit, v. 301 Illud: donum, illud: aliud, contenta: grata, v. 302 Sub titulo: sub suo dominio, v. 303 Sic: taliter, fefellit: peioravit, v. 304 quociens: quam sepe, fores: ianuas, v. 305 alios: divites, fastidit: spernit al (? vel?) est ei tedium, v. 306 Iistior: aliquis mercator, v. 307 Hec: omnia sic iam commemorata, marcescant: marcida fiunt, v. 308 Hec: talia, hinc: ex illa repeticione, semina: principia, v. 309 facundus: perspwasionibus (sic) tibi dandis, v. 310 disertus: eloquens s. in hijs perschwasionibus, v. 311 mea cura: amor meus, puella: amica, v. 312 Conveniens: conformis in conplexione, v. 313 Curabam: medicabar, herbis: praeceptis medelis, v. 314 turpiter: ad verecundiam, v. 317 Quam mala: non bn̄ (= bene) proporcionata, v. 318 verum confiteamur: dicamus veritatem, v. 319 Brachia: et humeri, formosa: proporcionata, v. 320 erant: sic in re, v. 321 Quam: quantum, quam multum: quam sepe, v. 322 Hinc: ex istis cogitacionibus et fictionibus, v. 323 vicina: propinqua, errore sub illo: sub tali figmento, v. 324 vicio: turpitudine, virtus: probitas, crimina: scelera, sepe: multum, tulit: sumpsit, v. 325 Quam: quantum, potes: vales, in peius: in deterius, dotes: dona n(atur)alia, deflecte: transfer, v. 326 Iudicium: animum tuum, limite: termino, falle: decipe, v. 327 Turgida: inflata, plena: uvida, v. 328 gracili: subtilis, habere: retinere, v. 329 dici: vocari, rustica: in mergarata (cf. megerius), non est: non existit, v. 330 dici: vocari, v. 331 caret: defficit, v. 332 moveat: exerceat, blandis: blanda, usque: valde, precare: petas, sonis: voce, v. 333 Exige: posce, v. 334 Fac: coge, saltet: coriset (quod cohaeret cum Graeco nomine χορός), v. 335 est: existit, fac: coge, multa: vā (= varia), v. 336 Non didicit: si non studuit, v. 337 Durius: turpiter, incedit: ambula, fac: coge, v. 338 fascia: ligatura, v. 339 male dentata est: carens dentibus vel h(abe)ns

dentes croceos vel nigro (sic), narra: coge (!), v. 340 Mollibus: facillimis ad lacrimandum, fleat: floret ('ploret' legendum), refer: exige coge (!), v. 341 at (sic): etiam, subito: mox, pinxerit: exornaverit, v. 342 sceleres: veloces transitos, tulisse: scelerit[2] ivisse, v. 343 gemmis: lapidibus preciosis, teguntur: cooperiuntur, v. 345 Sepe: multocies, ubi: in quo loco, quod amas: amica tua, v. 346 Decipit: defraudat fallat, amor: amica, v. 347 deprendas (in margine sinistro additum): invenies, tutus: cautus, inermem: non ornatam, v. 348 illa: amica, suis: propria turpitudine, v. 349 nimium: valde, credere: fidem adhibere, v. 350 Fallit: decipit, sine arte: sine ornamentis et fucamentis, decens: naturalis pulchritudo, v. 351 Tu: amator, quoque: et, linet: inunget vocabit (sic!), ora: faciem, venenis: fucamentis in quibus adiunctum est venenum, v. 352 vultus: faciem, pudor: verecundia, eas: transeas, v. 353 Pixidas: vasa ungentorum, invenies: reperies, rerum: ungwentorum, mille colores: infinitas maneries (sic), v. 354 fluere: emmanare, esopa: illa ungenta, v. 355 Illa: ungenta, v. 356 Non semel: non una vice, stomacho: meo ventri, v. 357 Nunc: iam, tibi: amatori, quae: medicamenta, veneris: amoris, praestemus: dabimus, v. 358 Eloquar: ego ovidius dicam, omni parte: undique, fugandus: repellendus, v. 359 quidem: certe, illis: iam dictis, pudor: verecundia, dicere: narrare, v. 360 Ingenio: mentibus, concipere: cape intellige, v. 361 Nuper: noviter, nostros: nostra carmina, carpsere: ceperunt, libellos: nostra praecepta tradita a nobis, v. 362 Quorum: detractorum, censura: iudicio, musa: mens, proterva: stulta conponendi, v. 363 sic: taliter, canter: lauder vel legar, in orbe: in mundo, v. 364 inpungnet: reprehendet, unus et alter: quilibet, v. 365 Ingenium: sapiam artem conponendi, livor: invidia, detractat: repraehendat, v. 366 ex illo: modo detrahendo, nomen: famam, habes: retinebis, v. 367 sacrilogi (sic): detractoris, laniarunt: detractaverunt reprehendunt, lingwe: maledicto, v. 368 Pertulit: attulit, huc: ad romam, duce: ducente, v. 369 Summa: altissima, petit: cupit, livor: invidia, perflant: evertunt, altissima: turres arces, v. 370 Summa: altissima, petunt: tangunt, fulmina: tonitrua, missa: emissa, v. 371 tu: detractor, quem: detractorem, licencia: autoritas poetica, ledit: offendit, v. 372 Si sapis: si intelligas metra, v. 373 Fortia: fortes actus virorum bellicosorum, pede: metro, referri: narrari dici, v. 374 Deliciis: lasciviis, illic: in illis factis forcium virorum, v. 375 tragici: poete sic dicti, ira: ista passio, v. 376 habendus: serva<d>us, v. 377 Liber: velox, stringatur: scribatur (vid. adnotationem huic versui adscriptam in margine), iambus: pes sic dictus, v. 378 celer: brevis est, extremum: ultimum, trachat: prolongat, ille: iambus, v. 379 Blanda: carmen elegiacum

quod habet blandicies, cantas (sic): describit, v. 380 levis: instabilis, arbitrio: iuxta suam voluntatem, ludat (l in ras., at ex et): ludat decipiet, v. 381 numeris: metris vel versibus (v? r? i? hoc enim nomen rasura versus superioris adfectum est), v. 383 Quis feret: poeta nisi indoctus pacietur, peragengentem (sic): repraesentantem, partes: officia, v. 384 aagat (sic): describat vel repraesentet, v. 385 libera: mulier libera inpudica, v. 386 Nil michi: non describo heroica carmina, v. 387 respondet: correspondent, musa: carmina, iocose: lascive, v. 388 acta: accusata, v. 389 livor: invidia, mangnum: excellens, v. 391 modo: solumodo, plura: de pluribus meis praeceptis (hoc verbum linea transversa deletum est) carminibus, v. 394 clivi: montis, equus: meum ingenium, v. 395 elegi: carmina elegiaca, v. 396 virgilio: doctori suo, nobile: notissimum, opus: eneijdas, v. 418 usque: semper et continue, v. 437 obscena puella: mestruosa, v. 474 illa: criseida, v. 517 contemnere: flucci (= flocci) pendere sperne, v. 537 usque: semper, v. 549 venerabile: celebre, v. 551 letheus: obliviosus, v. 555 Is[1]: 1 = talis deus in illo templo, v. 567 uve: botri, v. 585 phoebi: dies sive solis, v. 602 sonam: cingulum quo intendebat se suspendere, v. 610 pene: quasi, salutis: salvacionis, v. 611 ut: postquam, v. 627 spaciantem: sursum et deorsum ambulante (sic), v. 628 neve: ut non, v. 635 ubi: postquam, v. 640: Supliciter: cum inclinacione corporis, v. 650 subito: repente, lente: gradatim successive, v. 658 egre: non libenter et successive, v. 667 tabelle: ipse libellus quo eam accusare intendebat, v. 673 conducat: coniunget, v. 681 aliene . . . puelle: altere puelle, v. 689 Neve: ut non, caveto: sis cautus, v. 692 Ut: quemadmodum, v. 693 aperi: manifesta, v. 700 ausim: attempto, tingwere: extingwere, amne: fluvio, v. 701 purpureas: pulchras, v. 706 Signa: liram et pharetram, nosco: cognosco, v. 714 ne: ut non, v. 719 quamvis: licet, invitus: non voluntarie, v. 720 rogus: locus ad conburendus (sic!), v. 740 vomit: evomit, epotas: devoratas aquas, v. 744 p(erasum) avidos: terre factos, v. 751 non indulgere theatris: non accedere ad forum, v. 752 Dum: quousque, v. 756 actor: connedos (sic) recitator comediarum histrior (sic), v. 769 rivalem: curriualem (sic), v. 773 Quid: curr (sic), v. 775 Ut: postquam, v. 784 sceptrum: baculum regium, v. 785 transire: pertransire, v. 799 Nec: ut (sic) non.

In aliis autem adnotationibus, quo verba poetae melius intellegantur aut constructio facilius perspiciatur, verba pauca adduntur.

v. 1 libelli: praesentis libelli, v. 2 parantur: ab ovidio contra me, ait: amor dixit, v. 5 Non: sum, v. 6 equis: cum equis { timorem / terrorem } (conf. Iliadis carminis O v. 119 Δεῖμόν τε Φόβον τε), v. 8 Et si: tu cupido, quaeris: respondebo, v. 9 docui: in libris de arte, posses: tu amor, v. 10 Et . . .

quod: illum, v. 11 artes: scriptas in libro de arte, v. 15 regna: sua, v. 16 pereat: talis intereat s(cilicet) in amore, v. 17 amator: vel amatrix, v. 19 aliquis: vel aliqua, v. 21 amore: amor dicitur miser, v. 22 Desinet: amare vechementer, nulli: amanti, v. 23 nec te: facere, quidquam: aliud, v. 24 animos: pueriles, v. 25 poteris: tu, supra hoc: utiles (? vertes?), bella: tua, v. 27 Vitricus: tuus, v. 28 victor: existens, v. 30 quarum: artium vicia, v. 31 rixa: o amice, v. 32 Et: effice, fores: amice, v. 33 Fac: o tu cupido, v. 34 dent: puelle, v. 36 Dicat: amator, exclusus: ab amica, v. 38 digna: sit, v. 39 Hec ego: ovidius dixi ad cupidinem, v. 40 dixit: amor, opus: de remedio amoris, v. 41 decepti: a mulieribus ab amicis, v. 43 Discite: o iuvenes, v. 44 Una: ovidii, v. 45 nocentes: herbas, v. 46 rosa: que est boni odoris, v. 47 achillisque: hasta, v. 48 Vulneris: ipsius thelephi, v. 50 damus: nos ovidius ovidius (prius nomen ovidii atro colore scriptum rubra linea deletum est alterum rubris litteris scriptum), v. 51 E quibus: praeceptis, usus: mu, liebres, v. 52 exemplo: viri, docere: mulier, v. 53 flammas: amoris- v. 55 Vixisset: diucius, v. 67 libellos: deredio (= de remedio) amoris, v. 70 eat: ad portum (p ex f, o ex u) salutis, v. 71 didicistis: in libris de amore, v. 74 quisque: vestrum, v. 76 Carminis: heroyci, v. 77 pariter: sit succurre, v. 78 subdita: subiecta s(cilicet) appollini, v. 79 tangunt: primum, v. 80 Si piget: te amare, v. 82 ire: procedere in amore, v. 84 quod fuit: in principio, facit: mora, v. 85 spaciantibus: hominibus spaciantibus sub ipsis, v. 86 posita: plantata ista arbor, tempore: eo, v. 87 Tunc poterat: ista virga, manibus: unius pueri, v. 89 Quale: cuius cond(i)ctionis scil. an vidua virgo vel legitima vel publica mlr (= mulier), v. 91 Principiis: amoris, medicina: alicuius morbi, v. 93 propera: ad abiciendum amorem, differ: velle abicere amorem, v. 97 vides: tu, frontibus: fluminis, v. 99 quantum peccare: cum patri (sic) tuo, v. 100 cortice: arboris, v. 101 vulnus: aliquod, v. 104 Dicimus: propterea, v. 105 flamme: amoris, v. 106 radices: suas, v. 108 capto: abamica, v. 111 Qua: parte, lesus fuerat: ipse philoptetes, partem: pedis, v. 112 manu: sua, v. 118 per vires: incedio amores (sic), v. 119 furor: amoris, v. 120 Difficiles: q^{o}ad remedia, v. 121 Stultus: esset, ab oliquo (sic): amni vel fluvii (sic), v. 122 in adversas: euntes fluentes contra se, v. 123 arte: mea, v. 125 Aggrediar: meis scriptis, v. 127 Quis: hominum, v. 128 monenda: ut cessat a fletu, v. 129 Cum dederit: ipsa mater, lachrimas: sufficientes, v. 131 Temporibus: aptis ad illam medicinam, data: vina, tempore: apto, v. 132 Et data: infirmo, nocent: quum tempore febris quis vellet dare vinum, v. 133 irriteque: allecis incitas s. adolescentem in (ex ‚a') amore, v. 134 Temporibus: convenientibus et aptis, v. 135 visus: amator, v. 140 faces: cupidinis,

v. 142 quam: quantum s. gaudeat, v. 144 tutus eris: ab amore, v. 150 Da: tu amans, quo: opere, v. 152 toge: tempore pacis, v. 155 nova causa: existens, v. 156 Iam videt: parthus, v. 157 Vince: tu amans, v. 160 Mandat: propterea venus, v. 163 Pugnabant: eo tempore, v. 169 animos: hominum, v. 171 Colla: sua, v. 175 Aspice: amator vide, curvatos: tempore autumni, v. 176 Ut sua: propria arbor, v. 177 rivos: aquarum, v. 178 Aspice: amator, v. 180 plena: lacte, v. 181 carmen: buccolicorum, v. 182 comites: pastorum, v. 183 alia: in alia, mugitibus: bouum et armentorum quae ibi custodiuntur, v. 185 Quid: plura dicam, v. 188 igne: cum, v. 189 rusticus: omator (= amator) conspice q̄no (= quando?), v. 190 Colligit: rusticus, nuda (sic) sub pede: caluantis (= calcantis) nudas (= uvas), v. 191 desectas: falce, colligit: rusticus, v. 192 tonsam: a capillis terre siue a graminibus, v. 193 Ipse: tu amator, potes: per te ipsum, plantam: arboris, v. 194 ipse: amator, ducere: ad tuum pratum, v. 195 Venerit: dum, fac: amator tunc, ramum: alium, ramus: unus, v. 197 animum: tuum, voluptas: plantandi arbores vel studendi vel arandi, v. 198 irritus: provocatus ad iram quia victus per laborem tunc, v. 199 tu: amator, v. 201 sagaci: odori (sic) scito, v. 204 cadat: in fenacione tua, adversa: ab, cuspide: tua, fossus: cuspide confossus, v. 205 Nocte: de (?) nocte, fatigatum: lassatum in venacione, puelle: amice tue, v. 206 membra: fatigata, v. 207 est: super est, v. 209 Vel: prodest, v. 211 his: laboribus enumeratis, v. 213 vinclis: amoris, v. 214 procul: ab amica tua, v. 215 Flebis: et qua(m)vis, occurret: tibi, amice: tue, v. 216 in media pes tibi sepe via: ut debeas reverte (= reverti) ab ea, v. 218 Per fer: cum difficultate, currere: ab amica, v. 219 Nec pluvias opta: tempestates sc(ilic)et ut habeas occasionem manendi, peregrina: aliena (sic) festivitates puta iudeorum, v. 221 tn̄sieris: recesseris ab amica, supersunt: aduc eundum illic ubi vivere velis sine amasiam, v. 224 fuge: patriam et amicam, fuga: per fugam, v. 225 aliquis: homo, mea: mea remedea, v. 228 Eger: ex(iste)ns, negata: denegata s. a medico, v. 229 corpus: tuum, ferrum: cirorgicorum, v. 230 sitiens: tu, v. 235 Aspicis ut: b(e)n(e) vides q̄lit[2] (= qualiter), v. 239 amice: tue, v. 240 culpe: quod deseruisti eam, v. 241 Cum semel: a patria tua, v. 243 discedere: a patria, v. 244 perdat: amor, v. 245 firmata: proposito amicam deserendi, reverti: ad patriam, v. 249 fallitur: decipitur s. hijs, mala pabula: pascua sive herbas s. quia ad incantandum apta, v. 250 posse iuvare: ad deponendum amorem, putat: quis, v. 251 via: incantacionis, v. 254 Non: doceo hic, v. 255 transibit: meis praeceptis, v. 256 pallidus: sol mo͡ eclip(p ex s)sabitur ex arte mea, v. 258 equis: suis, v. 259 recantatas: per artem magicam depositas, v. 260 fugiet: te, vivo: quia interim dum durat sp̣ vivit, v. 261

phasiace: que falebant ad artem tuam, v. 262 colchi: o, tua: in tua, v. 263 circe: o, v. 265 Omnia fecisti: arte magica, v. 267 Omnia fecisti: o circe s. in arte magica, v. 270 Non poteras: per incantacionem, vertere cura: a cura s. amoris, v. 271 Diceris: a (sequitur rasura 4 litterarum) poetis et oratoribus, v. 272 verbis: sequentibus, v. 273 quod: tuum discessum qñ (= quando) advenisti, v. 274 Iam precor: illud unum, v. 275 digna: quia regina, v. 276 Quot dea: cui nichil deest, v. 277 properas: abire, v. 278 per mea vota: quasi diceret nichil, v. 280 Utilior: ad navigandum, velis: tuis, v. 282 socios: tuos, ad arma: contra troyanos, vocat: per tuo (!), v. 283 amor: est, vulneror: telis amoris tui, v. 284 terra: mea, v. 285 loquebatur: hec verba, v. 286 cum velis: ipsius ulixis, verba: ipsius circes, v. 287 Ardet: circe s. in amore, v. 288 amor: ipsius circes, v. 291 domine: amice tue, v. 292 sit: similiter, v. 294 Vincula: amoris, rumpit: sua sponte, semel: tantum et non multociens, v. 295 ipse: ego, v. 298 Non potes: deserere eam, et velles: tum, posse: desistere, docendus: ab ovidio, eris: t(a)lis, v. 301 Illud: cogitando tecum, habet: amica, nec ea: puela (sic), rapina: a me obtenta, v. 302 avara: amica lupa, v. 303 iuravit: ipsa, v. 304 passa: ex (sic!), iacere: me miserum, v. 305 ipsa: puella, amari: qui tum si(bi) omnia bona tribuit (quae interpretatio potius ad primum verbum v. 306 pertinet), v. 306 noctes: cum ea, v. 307 sensus: tuos, v. 308 refer: sepe tecum, tui: erga meam, v. 310 dole: doleas s. de illis, sponte: tua, v. 313 eger: animo, v. 314 eger: animo, v. 315 Profuit: michi, v(i)ciis: in, insistere: firmare cogniciones meas advertere, amice: mee, v. 316 Idque: (i)lla memoria s. firmare cogniciones, salubre: salutifferum mihi, v. 317 dicebam: cogitabam mecum, v. 318 erat: mala, v. 319 quam non sunt: et cogitabam, v. 320 erant: formosa, v. 321 Quam: cogitabam, brevis: in statura, est: amica, nec erat: brevis, poscit: petit s. ut aliquid sibi tribuat, v. 323 Et mala: opera, bonis: operibus, v. 325 puelle: amice tue, v. 327 est: amica, fusca: fuerit, vocetur: tunc v. 329 Et potterit: amica, v. 330 si qua: aliqua as (hoc deletum) amasia-(a ex?)rum tuarum, v. 331 dotte: naturali, v. 333 quod cantet: tibi, sine voce: pulchra, v. 334 pedem: suum, v. 335 Barbara: si est non facunda [atque in margine dextro] sed balbuciens in loquela, v. 336 cordas: cithare, posce: tunc ut in eis cantet, v. 337 papille: mamille amice tue, v. 338 tegat: mamillas, v. 339 Si: puella tua, v. 341 Proderit: est utile contra amorem, ulli: fuco, v. 342 dominam: tuam puellam, v. 343 Auferimur: nos amatores decipimur, cultu: ornatu feminarum, v. 344 Omnia: vicia vel membra quae habent deformitates, pars minima: exigua sui ipsius, ipsa puella sui: cum est nuda, v. 345 inter tam multa: ornamenta quibus est induta, requiras: tu, v. 346 occulos: tuos, dives:

ex(iste)ns, v. 348 Infelix: de adventu tuo, excitet: ab amore, v. 349 praecepto: iam d(i)cto, v. 350 multos: amatores, v. 352 domine: amasie tue, v. 354 Et: invenies, sinus: amice tue, v. 355 redolent: valde olent s. propter vctorem, v. 358 amor: illicitus, v. 359 Multa: documenta, tu: lector, v. 360 Ingenio: tuo, v. 363 placeam: cō meis praeceptis, v. 364 opus: illud illius poete, v. 366 Quisquis: quicumque qui detrahis, v. 367 Et tua: o virgili, v. 368 victos: superatos a grecis, troya: de troya, v. 369 venti: ipsi, v. 370 dextra: deptatē (= dextrate?) v. 371 quicumque: es, v. 372 numeros: iuxta materie exigenciam, queque: omnia metra, v. 375 Grande: in suis metris, v. 379 amores: adoloscentulorum (sic), v. 384: Peccat: aliquis poeta in carmine, v. 385 in arte mea: in qua scribit, v. 386 nupta: honesta s. est, v. 337 materie: quae continet ludos amancium, v. 388 Vicimus: te invidum, falsi: quia non excedo modum scribendi, mea: musa mea, v. 389 Rumpere: in ilibus tuis, edax: ꝙ (= quod?) consumis tuum autorem, nomen: in carmine elegiaco, habemus: nos, v. 390 Maius: nomen meum, quo pede: elegiaco, coepit: ire, v. 391 Sed nimium: carpendo me, dolebis: tu, v. 392 carmina: elegiaca, v. 393 Nam iuvat: me scribere elegiaca, v. 394 Principio: in principio, v. 395 Tantum: tantam s. laudis, fatentur: ex obligacione, v. 396 Quantum: laudis, v. 447 ceratas: picatas ne aqua intrat per rimas, v. 456 recepta: a demophonte, v. 472 Officio: munere sive oracione qua utaris g° (= erga?) appollinem, v. 525 variant: se, v. 544 metum: de currivali, v. 545 ne quis: currivalium, v. 552 lampadas: pares habentes, v. 573 tuam: amicam helenam, v. 577 navem: aenee, v. 616 transicione: contagione cum sc. morbus transit de uno in alium, v. 627 porticus: constituta ante domum civium, v. 630 orbis: mundus sc. ultra sonam turridam, v. 663 lectica: illud instrumentum super quo portabantur mangni cive (sic) et civisse (sic), v. 665 vadaturus: tracturus eam in iudicium ut daret ei vades unde iusseres quod non valet amplius derelinquere, v. 673 in unum: mediante aliqua vetula vel ancilla servo in aliq(u)o loco, v. 680 sinu: gremio sc. in curvatura et plijcijs ordine dissipositis, v. 681 placeas: extrinsice, v. 705 lyre: ipsius phoebi, pharetie (sic): ipsius appollinis, v. 720 dic: tu amator, v. 743 parces: tunc, neptune: o s. tunc, v. 751 tanti: valoris, v. 754 brachia mota: in corea, v. 770 crede: perschwades tibi s. tuam amicam, v. 773 creten: in cretam insulam, v. 782 Invidie fructus: tangere briseidam, v. 785 relicte: amice tue derelicte.

Aliis locis formae minus usitatae explicantur: v. 13 quis: aliquis, v. 15 quis: aliquis iuvenis, v. 51 quid: aliquid, v. 66 forent: essent, v. 134 si non aggrediare: si non agrederis, v. 137 fecere: runt (conf. supra p. 26 ad v. 92), v. 139 periere: runt, v. 213 retinebre (sic): ris,

v. 231 quidquam: aliquid, v. 247 Quidquid: quantumcumque, v. 286 tulere: runt, v. 289 quisquis: quicumque, v. 295 cui: alicui, v. 333 qua: aliqua, v. 347 ades: assis, v. 361 quid(am): aliqui, v. 364 volet: vult, v. 383 et 384 thaida: thaidem, v. 492 videare: videaris, v. 501 simularat: simulaverat, v. 505 venito: venias (sic), v. 507 dic: dicere debes, v. 519 revocabere: revocaberis (i ex s), transi: abeas nichilominus, v. 520 dubita: sis in dubio, v. 573 pari: o pari, v. 574 Debueras: debuisses, v. 606 flesset: flevisset, phillida: phillidem, v. 609 quidquid: q̄cumque, v. 631 retinebere: retineberis, v. 638 quisquis: quicumque, v. 645 ulcissere: ulcisseris vel vindicas, v. 647 malim: magis velim, v. 678 deis: dis, v. 682 face: fac, e multis: ex multis, v. 689 moveare: moverais (sic) placaberis, v. 691 amantum: amancium, v. 704 ades: adsis, v. 712 Venus: o dea, v. 725 fugito: fugias, v. 733 vitaris: vitaveris, quidqd: omne quo (sic), v. 759 fugito: fugere debes, v. 769 quemquam: aliquem, v. 783 briseida: briseidem, v. 802 quidquid: omne illud.

Aliis exempla proferuntur vel interpretationes e fabulis vel historia Graecorum vel Romanorum repetitae: v. 1 amor: cupido sive deus amoris, v. 3 cupido: deus amoris, v. 5 tytides: diomedes thidei filius, mater: venus, v. 6 martis: dei belli, v. 11 blande puer: amor cupido, v. 18 Arbore (sic): a ligno alto quem admodum phillis regina tracia fecerat que prae amore demophontis filii regis thesii laqueo vitam finivit, v. 28 Et: o (sic) mars, v. 29 maternas: veneris, v. 47 hosti: thelepho inimico achillis, v. 48 pelias hasta: achillis ex pelio monte vel d(icit)ur pelias a patre, v. 55 phillis: illa regina tracie, v. 57 dido: regina carthagimis (sic), v. 58 rates: naves aenee troyani, v. 59 matrem: medeam, v. 60 virum: iasonem, v. 61 thereos: ille rex thracie, philomena: soror uxoris, v. 63 phasiphen: uxorem regis minois, v. 64 phedram: uxorem thesei, phedre: illius regine, turpis: quia amavit hyppolitum praevignum suum, v. 65 parim: filium priami regis troye, helenam: uxorem suam, menelaus: ille rex grecie, v. 66 danaum: grecorum, pergama: muri ilion urbis in provincia troye, v. 67 Impia: crudelis illa filia regis nisy, v. 68 nisi: illius regis, v. 76 phoebe: appollo, v. 97 Flumina mangna: sic (= sicut) rhenum, v. 100 mirra: regina quia mutata erat in arborem, v. 111 peancius: filius peantis s. qui fuit philop-(hoc p lineis transversis deletum est)ctetes, v. 114 bellis: apud troyam ¹estis (quae scriptura alicuius momenti est ad patriam librarii definiendam), v. 139 cupidinis: dei amoris, v. 141 populus: hec arbor dedicata herculi circa renum et padum crescens, v. 153 martis: dei belli, v. 156 cesaris: Caij iulij, v. 158 ad patrios: ad capitolium, deos: ad templum martis appollinis et aliorum, v. 159 etholia: diomedes qui fuit de etho-

lia, venus: dea ista, v. 160 amatori: marti, bella gerenda: contra diomedem, v. 161 egistus: iste adulescens, factus adulter: cum clithemestra uxore agamemnonis sumi ducis grecorum contra troyanos, v. 163 ilion: illam civitatem troye regionis, v. 164 vires: mille naves plenas viris armatis, v. 165 bellis: in grecia, v. 166 littibus: florentibus (hoc verbum linea transversa deletum est) forensibus, argus: illa civitas grecie, v. 167 fecit: egistus, v. 168 ille puer: amor, puer ille: cupido, v. 200 a phebi . . . sorore: diana dea venacionis et castitatis, venus: illa dea sive cupido, v. 224 parthus: inimicus romanorum, ab hoste: amilite romano, v. 239 lar: domus vel deus domesticus, v. 249 emonie: thesalie, v. 251 appollo: deus h(ui)us carminis c(ui)us auxilio hoc opus scribo, v. 256 phebi: solis, v. 257 tiberinus: ille fluvius tiberis, in undas: et non retrocidat sicut faciunt mulieres venefice retrocedere aquas, v. 258 Ut solet: conschwevit et non retrocedet sicut possunt mulieres venefice faciunt (sic), v. 262 colchi: sic dicta medea, v. 263 circe: regina, perseides: in vente amatre tua quia dicebatur perse, v. 264 naricias: ulixis quem tu amabas, v. 268 Longus: quia ad septem annos amabat ulixin, amor: tuus quoad ulixem, v. 265 callidus: ulixes astutus, v. 266 Ille dedit: ulixes amatus a te, v. 272 Dulichium: ulixen, v. 273 sperare: timere hic secum (? fecit ?) at sperare deos memores fandi atque nefandi, v. 276 filia solis: appollinis vel phebi propter pulchritudinem, v. 285 ulixes: ille dux, v. 302 lares: domos, v. 313 polidarius: ego ego similis medico podalirio vel polidario qui erat filius escolapij, v. 346 egide: isto clipeo sc. auro et gemmis, v. 355 phineu: o rex sic dicte amator, v. 366 zoile: illius detractoris, v. 370 iovis: sumi dei, v. 373 meonia: metro humerico, v. 375 coturnos: istos qui induunt coturnos traijcos, v. 376 Versibus: in comediis ubi sunt versi horoices, socius (sic): hoc genus calciamendi, v. 379 pharetratos: quia amor fingitur portare sagittas, v. 381 Callimahi (sic): carmine elegiacho, achilles: ille vir fortis et bellicosus, v. 382 Cidippe: ista meretrix, humere: qui scribis carmina heroica, v. 383 andromaches: istius honeste mulieris, thaida: illam meritricem notissimam, v. 384 andromachen: sub ista honesta matrone (sic), v. 385 Thais: ista inpudica, v. 453 Phasiphes: uxoris sue adultere, minos: iste rex crethensis, in prognide: tali amica sic dicta, v. 454 ab idea: crethensi, coniuge: prognide, prior: amica minois uxor phasiche (hoc nomen linea transversa deletum est) pasiphe (phe ex . . . ?), v. 455 Anthigoni: demophon, phillida: phillidem reginam tracie quae prae nimio amore erga demophontem vitam finivit, v. 456 Caliope: ista mulier, v. 457 paris: iste filius priami, oenonem: istam nipham uxorem suam, v. 458 oebalia: helena quia oebalia et pars platonice (!) regionis et regum (!) agamemnonis, v. 459 attriseo: thereo regi tracie amente at-

trisuis, v. 460 clause: philomene sc. in domo parentis vel in silva, v. 467 atrides: agamemnon sc. quod successore novo vincitur o(mn)is amor, v. 468 grecia: quia erat sumus rex grecorum et campiductor, v. 469 chriseida: chriseidem filiam crises ca(ptam?), victor: agamemnon, v. 470 At serior: ipsius chriseide quia austerus, v. 473 calcas: ille sacerdos grecorum, v. 477 Hanc: briseidam, achilles: ille dux, v. 479 factum: quod ego volo achilli accipere briseidam, achivi: greci, v. 482 thersites: ille turpissimus principum quia . . is(?)storsa, v. 489 appollo: deus poetarum, v. 546 machaonia: machaonis medici peritissimi, v. 549 collinam: a collibus dictam unde a mari romanis sal advehebatur, templum: rome, v. 550 templo: huic quia dicebatur templum veneris ericine, celsus erix: ille mons sic dictus, v. 551 amor: deus, v. 560 ille deus: sumus iupiter, v. 561 ianum: principium anni et terminum solucionis, celeresque calendas: cito venientes calendas s. in quibus creditore solvere det, v. 577 palinurus: gubernator navis, v. 589 pyladem: fidelem socium, v. 591 phillida: phillidem reginam tracie filiam licurgi, v. 593 emonio: thessalico, trieterica: sacrificia quae fiebant de triennio in triennium, baccho: deo sic dicto, v. 595 equor: mare s. videndo an amator demophon veniret, v. 605 Sithoni: phillis filia regis tracie, v. 607 Phillidis: regine sic dicte, v. 660 appias: venus quae habet templum in via appia, v. 676 penthesilea: ista regina amazonum fortissima mulier, v. 680 toga: ista longa vestis talaris, v. 699 sagittas: matrimonium ulixis cum penolope in dulichia provincia ulixis ∴ amorem legitimum, v. 705 Phoebus: ille deus, v. 707 amicleis: illius civitatis que est civitas in laconia regione ubi similiter copa (= compara!) atingitur sed non tam bene sicut in thiro ponit praeceptum saluberrimum scit . . comparacionem cum purpura tincta in tyro que longe excellit tincturum (sic) amiclearum, v. 711 Utraque: tam pallas et iuno, paridi: constituto iudici a mercurio, v. 712 utramque: palladem et iunonem, v. 721 Thestias: althea filia thesei, natum: meleabrum (sic), v. 723 ceras: sigilla cere impressas (sic), v. 724 laodomia: uxor protheselai, modo: per imaginem ceream, v. 735 Argolice: grecorum veniente (sic) de bello troyano in greciam, capharea: illud promontorium et scopulos periculosos euboyce regionis, v. 736 senex: o s. naupli, luctus: mortem filij tui palamedis, v. 739 sirtes: h° periculum maris, acroeaonia: ut ∴ sumitates montis epiri inter mare ionicum et atriaticum, v. 740 dira caribdis: illud periculum maris et est devoracio aqrum, v. 743 phedra: ista uxor thesei, parces neptune: hyppolito, v. 744 avidos: a neptuno avo hyppoliti missos, taurus: monstrum marium, auitus: mitus ab auo descendit, equos: ipsius hyppoliti, v. 745 Gnosia (sic): phasiphen, v. 747 hecaten: illam mulierem pauperrimam, hyrum: istum pauperrimum socium, v. 759 Callimachum: istum poetam

elegiacum, v. 760 coe: poeta qui est de coo insula qui d(i)ctus est philites (sic), v. 761 sapho: ista puella et poeta inventrix carminis saphici, v. 762 theia musa: anacreontis qui fuit de theia insula (!), v. 764 thynthia: amica propercij, v. 765 gallo: poeta qui truncatus capite ab augusto est, v. 767 appollo: deus poetarum, v. 771 hermionem: amicam suam in iuventute sibi desponsatam, horestes: filius agamemnonis, v. 772 viri: pirri qui fuit filius achillis, v. 773 menelae: o rex grecorum, dolis: de raptu helene uxoris tue, v. 775 paris: filius regis priami, uxore: helena, v. 777 abducta: ab agamemnone, achilles: dux grecorum, v. 778 Illam: briseidam, plisthenio: agamemnone, v. 779 fecit: quia habuit briseidam, v. 780 Quod si non faceret: agamemnon i. non habuisset rem cum ea, v. 789 Illo lotophagos: arbores prope sirtes ubi pereunt sepissime naves, sirenas: monstra marina.

Rarissime res, quae rem grammaticam vel rhetoricam spectant, adtinguntur: v. 9 parari: ubereter nunc no(st)er d(i)c(i)t, v. 17 collum: sinedoche, v. 153 saguinei (sic): ab effectu, v. 262 Cum cuperes: ex nāli (= naturali?) condicione, v. 386 thais in arte mea est: repetit propter splenorem (hoc verbum linea transversa deletum est) splendorem.

Ad sacra christianorum pertinet adnotatio ad v. 189 Temporibus certis: puta circa festum michahelis.

Nonnumquam verba Latina Germanicis redduntur, quibus demonstratur librarium natione Germanum fuisse: v. 3 sceleris: propter scelus sünd, v. 4 te duce: so du hoptman wert, v. 17 nodatos: cknüpft, v. 27 Vitricus: stüf vater, dimicat: littigat streiten, v. 60 ulta: gerochen, v. 106 altius: profundius tüfer, v. 116 Admou(?n?)eo: admoveo abwend, v. 141 platanus: hec arbor achorn, v. 142 canna palustris: arundo ror, v. 146 tempora: schlaf, v. 151 fora: ubi tractantur cause ab oratoribus et a vocatis (sic!) gericht, v. 152 urbane toge: lange claid, v. 154 delicie: amoris volust, v. 159 a cuspide: lance, v. 174 multo foenore: usura lucro wucher, v. 192 pectine: rastro rechen, v. 208 lino: cum rete ex lino facto netz, v. 260 sulphure: schwebel, v. 448 unicus hamus: piscatoris netz, v. 561 puteat [1]): locum fenoraticium vel fenoratorium w² wu°cher, v. 721 stipite: vatali theda brand, v. 799 erucas: frucht. atque etiam qua dialecto usus sit ille librarius, nescio an ei qui talium rerum peritiores sunt colligere possint e scriptura ‚sangwinolentus' ‚conschwevit' sim.; ex contrario propinquitas finium Italorum vel Gallorum proditur his formis: iestis (v. 114), traijcos (v. 375), contra les romanes (v. 252), maneries (v. 353), plijcijs (v. 680), mangna, pungnet sim. ac fortasse etiam regres (v. 80) et lla (v. 316). itaque in ipso monasterio Novacellensi scriptum esse codicem suspicor.

---

[1]) Mendum librarii.

Variae denique lectiones in adnotationibus inter versus scriptis paucae reperiuntur: v. 71 erit (linea transversa deletum): erat (m_2 add.), v. 74 sue: mee, v. 115 nascentis: vel nascentes, v. 253 videbitur: iubebitur, v. 419 vocabit: notabit, v. 463 natis: multis, v. 497 stimula: simula, v. 613 facias: $\overset{\text{fac}}{\text{facito}}$, v. 737 ripheide: niseide (m_2).

Adnotationes, quae in margine leguntur, multo longiores sunt iis, quae inter versus sunt scriptae, et in priore libelli parte frequentiores reperiuntur quam in posteriore. nullam vero similitudinem neque consensum cum adnotationibus, quas exhibent libri, quibus uti mihi licuit, investigare potui. tamen illas quoque ex alio codice in hunc manasse cum per se veri simile est tum eo probatur quod plures earum non usque ad finem enuntiati perscriptae sunt.

Toti carmini praemittitur Ovidi poetae vitae descriptio:

Publii ovidii nasonis poete vetusta equestris ordinis familia fuit patria vero urbs pelignorum sulmo troyanorum opus. pater naso ipse natus est minerve quinquatriis ad xiiii callende apprili_____ anthonio hirco et C. pansa consul (sic) qui ad mutinam bello civili ceciderunt. fratrem habuit uno anno nato maiorum (sic) [c]um quo sub eruditissimis in orbe grammaticis profecit. is adversante natura ut patri obtemperaret forum secutus est. sed cum ille nonagesimo etatis anno interiret ipse ad musas veliuti (sic) ad peculiare nature munus rediit. octavi munere eques triumvira[tum] tulit. in eius indignacionem cum cecidisset quinquagesimum dum ageret annum ab eodem in exilium mittitur. exilii causam seneca in quadam epistola cuius autoritati credimus non quidem totum opus de arte amandi sed duo dumtaxat illius operis carmina fuisse memorat quae habentur in 2° artis amandi. Dedulus (sic) ut clausit conceptum crimine matris Semibovemque virum semivirumque bovem [1]. nam augustus in iuventute viciis quibus bestialibus laborat quaret (sic!) putabat ea carmina in se esse dicta ioq3 (= ideoque) eum a se proscripsit ab urbe et anno post eius exilium nono in ponto ubi exulabat e vita migravit. sepultus in thomis ut tradit eusebius.

Haec Ovidi vitae descriptio artissime cohaeret cum ea, quae in multis editionibus veteribus legitur [2]) et titulo „Ovidii vita per Antonium Volscum“ inscripta est. eandem vitam Richard Jahnke in Museo Rhenano edidit [3]). nonnullis vero locis Antonii Volsci et libri

---

1) Cf. artis am. II 23 sq.

2) Velut in editionibus Bartholomei Merulae (Venetiis 1516), Antonii Volsci et Ubertini Crescentinatis (Parmae 1517 CVI).

3) R. Jahnke Eine neue Ovidvita (Rh. M. XLVII 460 sqq.); at non est „nova“ vita sed satis vetus.

Aenipontani vitae descriptiones inter se discrepant. in hac enim desunt illius finis, nomina „eruditissimorum grammaticorum“ et poetarum, quos „amicos habuit“ Ovidius. ex contrario in libro Aenipontano exilii causa proponitur, quae in descriptione Ant. Volsci his verbis absolvitur: „exilii causam in fastorum interpretatione exposuimus“, quem tamen locum in fastorum interpretatione non inveni.

Sed iam eas adnotationes in margine adscriptas subiciam, in quibus loci carminum ipsius Ovidi vel aliorum poetarum adferuntur.

Ad versum 219 haec adnotantur: tulius in officiis [1]) in tranquillo tempestatem optare vechementis est. ovidius in 5ta epistola ach quociens cum te vento querere (sic!) teneri riserunt comites ille secundus erat [2]).

Ad v. 220: ovidius_____si non perdiderit non cessat perdere lusor [3]).

Ad v. 223 (romam): patriam sc. ex qua profectus es quae valde dulcis est ovidius in d (sic): nescio qua natale solum dulcedine cunctus ducit et in memores non sinit esse sui. dulcis amor patrie racione valencior omni [4]).

Ad v. 225 sq.: Ovidius difficilis fateor sed pendit ad ardua (supra quae verba scriptum est „ad sublima“) virtus [5]).

Ad v. 393: ovidius laudataque virtus Crescit et immensum gloria calor habet [6]).

Ad v. 454: ida mons est et fulua (= vulva = femina?) troijanorum in qua paris dedit iudicium de pulchritudine trium dearum sc. veneris palladis et iunonis que (quod pronomen ad illam vulvam referendum est) ab humero dicitur mater et parens ferarum eodem nomine mons est alius in cretha Ovidius in vastis et cretha nobilis ida [7]) inde prognes idea dicta est.

Ad v. 490 (ore meo): tamquam per instrumentum (hactenus inter versus) quia ego loquor ex spiritu appollinis ovidius est deus in nobis sunt et conmercia celi sedibus etherijs spiritus ille venit [8]).

Ad v. 511: fastus s(s ex ‚id')uperbia ovidius in fastis fastus inest pulchris sequitur superbia forma [9]).

---

[1]) Cic. de off. I 83: in tranquillo tempestatem adversam optare dementis est.

[2]) Cf. Heroid. V 49 sq.

[3]) Cf. artis am. I 451: Sic ne perdiderit non cessat perdere lusor.

[4]) Cf. ex Ponto I 3 35 sq. (cunctos) et 29 (rursus amor).

[5]) Cf. ex Ponto II 2 111 (difficilest, tendit in).

[6]) Cf. ex Ponto IV 2 35 sq. (calcar).

[7]) Cf. fast. V 115: Nais Amalthea, Cretaea nobilis Ida.

[8]) Cf. artis am. III 549 sq.

[9]) Cf. fast. I 419 (sequiturque superbia formam).

Ad v. 688: Ovidius in de arte iupi[ter] ex alto periuria rides amantum [1]).

Ad v. 689: ovidius in 2ª epistola Credimus lachrimis an et e (!) hec quoque h(abe)nt artes quaque iubentur eum [2]) . . alibi [3]) sis licet immitis mri (= matri!) que ferocior undis ut taciam lachrimis comminuere meis.

Iam hoc loco nego ex his locis Ovidianis quicquam de origine codicis Aenipontani concludi posse; librarius enim versus ita reddidit, ut ex memoria adlati esse videantur. Ceteros vero poetas, e quorum carminibus loci in his adnotationibus proferuntur, temporis ordine respecto proponam.

Ad v. 85: Cattulus veronensis heu quam difficile est longum deponere amorem [4]).

Ad v. 21: tibullus vidi ego qui iuenem [5]).

Ad v. 31: tibullus nunc levis est tractanda venus tum frangere postes non pudet et rixas inseruisse iuvat [6]).

Ad v. 34: tibullus [7]) ianua diffi[cilis
dū te verberat imb[er
te iovis intereo fulm[ina
mîssa petant: ian[ua
quam (hoc deletum) pateas uni mî
victa querelis: ne[u
furtin verso card[ine
aperta sones: et [mala
si qua tibi dixit de[mencia
norā: ignoscas ca[piti
sint praecor illa meo.

Ad v. 83: Tibullus longa dies homini docuit parere leonis longa dies molli peredit aqua [8]).

Ad v. 237: hic lar deus dicitur domesticus et sepe pro domibus ipsis capitur: tibellus (tibillus?) [9]) Vos quoque felicis (haec duo verba

---

1) Cf. artis am. I 633 (ridet).

2) Heroid. II 51 sqq. (Credidimus, an et hae similare docentur hae, eunt).

3) Heroid. III 133 sq.

4) Cat. 76 13 (difficile est longum subito deponere amorem).

5) Tib. I 4 33 (vidi iam iuvenem).

6) Tib. I 1 73 sq.

7) Tib. I 2 7 sqq.: ianua difficilis domini, te verberet imber, te Iovis imperio fulmina missa petant. ianua, iam pateas uni mihi victa querelis neu furtim verso cardine aperta sones. et mala si qua tibi dixit dementia nostra ignoscas; capiti sint precor illa meo.

8) Cf. Tib. I 4 17 sq. (leones, saxa peredit).

9) Tib. I 1 19 (felicis quondam, custodes fertis).

sunt deleta) quoque felicis fundam nunc pauperis agri Custodes vertes.

Ad v. 253: Sicut incantatrices possunt evocare manes et umbras e se pulchris. Tibullus hec cantu findit solum manesque sepulchris Elicit et tepido devocat ossa rogo[1]).

Ad v. 258: tibullus hanc ego de celo ducentem sidera vidi fluminis hec rapidi[2]).

Ad v. 63: minos rex crethe habuit uxorem pasiphen que ex infami amore thauri minothaurum progenuit de quo virgilius in buccollicis pasiphen niphai solatur amore iuvenci[3]).

Ad v. 144: amor et si omnia vincit iuxta virgilium in buccullicis: omnia vincit amor et nos cedamus amori[4]) tamen amor cedit rebus hic secundum autorem n(ost)r(u)m.

Ad v. 155 sqq.: parti populi ultimi inimici romanorum ante nativitatem Christi fuerunt hij omnes equitare et sagitare mangna industria docet libros: pueros pugnos (sic!) admirabile ad ardere iniunt sed diu congnati (sic) non valentes in fugam convertuntur victoria ex ipsis (hoc verbum deletum) ipsa sepe reportantes vergilius in 3⁰ georgicorum fidentique fuga partum versisque sagittis[5]).

Ad v. 200: diana filia iovis ex latona eodem partu (u ex a) cum appolline nata dea castitatis et („et' corr. ex „eodem') ven(n ex v)acionis esse refertur. ⁓. in buccollicis Casta lucina fave tuus iam regnat appollo[6]).

Ad v. 625: oracius nam tua res agitur, paries cum proximus ardet[7]).

Ad v. 631: oracius in sermonibus.

Ad v. 661: iuvenalis semper habet lites alterna que iurgia lectus in quo nupta iacetet minime dormitur in illo[8]).

Ad v. 389: balbus. rumpere livor edax Gaudent livore poete: Invidia nrm̄ surgit ad astra decet (legas „decus')[9]).

Ad v. 218: ferre facile est perferre autem difficile etc.[10]) (haec sen-

---

[1]) Cf. Tib. I 2 45 sq. (finditque).

[2]) Cf. Tib. I 2 43 sq.

[3]) Cf. Verg. Buc. VI 46 (Pasiphaen nivei solatur amore iuvenci).

[4]) Cf. Verg. Buc. X 69.

[5]) Cf. Verg. Georg. III 31 (fidentem).

[6]) Cf. Verg. Buc. IV 10 (fave Lucina).

[7]) Cf. Horat. Epist. I 18 84.

[8]) Cf. Iuvenal. sat. VI 268 sq. (minimum).

[9]) Hieronymi Balbi Veneti (conf. praeter ceteros A. Zingerle Beiträge zur Geschichte der Philologie I p. LI) opera coll. Retzer I 1791 p. 186 n. 97 v. 7 sq.

[10]) Sen. Thyest. 307 (leve est miserias ferre perferre est grave).

tentia ab alia manu adscripta est antequam verba illa e Ciceronis libro I de officiis repetita [vid. supra p. 42] adderentur).

Ad v. 313 seq.: Quia medicus statim debet curare se ipsum ut cicero attestatur in ep(isto)lis familiaribus cum ait noli imitari medicos qui in alienis morbis profitentur medicine sci(enci)am ut se ipsos curare non p(ossu)nt [1]).

Ad v. 310: Quintilianus Disertus (sic) plures vidimus eloquentes vero paucos [2]).

Ad v. 634: Ut refert iustinus de dario qui sic factus erat rex per hinitum sc. equi de quo vide etiam valerium [3]).

Semel librarius verbis etiam sacrae scripturae utitur ad v. 220: Sabatum vocabulum est hebraicum latine quies dicitur quia septima die dominus quievit ab omni opere quod paterarat [4]).

Iam sequantur reliquae adnotationes in margine adscriptae:

Ad Vitam Ovidi: Quinquatres conponitur cum ater atra atrum horum quinquatrium et hec quinquatria festum quoddam sic dictum a quinque atris diebus: quinque enim dies atrus idest adversus habuerunt romani ab hanibale et gallis obsessi quibus diebus nemo fuit ausus exire sed et postea liberati ad illorum dierum memoriam hoc festum instaura (sic) — ad v. 1: In principio poeta fabulose introducit qualiter cupido siue amor veneris filius alloquitur ouidium hijs vijs (= verbis) ego video quod tu o ovidi quod tu in libro de remedeo michi bella paras et mones et vis extirpare meum regnum et dominium matris mee pertuas doctrinas et facis ut lectores siue amatores pugnantes sub vexillo meo (sic) — ad v. 3 (in margine dextro): Introducit se ipsum respondentem cupidi (sic!) ne tale scelus sibi ascribat. — (in margine sinistro ab eadem manu quae ad v. 218 Senecae versum nimis quidem mutatum adscripsit, vid. supra): [V]ates autem dicebantur sa[cerd]otes et diuini a vi men[tis?] vel (?) a video des. quia futura [vi]debant quidam dicut [v]ates dicitur a vas et theos quasi vas dei [ve]l (?) vas diuinum vn (= unde?) [sa]cerdos dicitur vates quia [con?]tinet deum per sanctimoniam. — (praeterea in margine dextro ab eadem manu): Vates tis est sacerdos q(ua)n(do)que dicitur poeta q(ua)n(do)que propheta diuinus et dicebatur vati peote (sic!) a vieo es ere quod est ligare eo

[1]) Cic. (Sulp. Ruf.) Epist. IV 5 5 (neque imitari malos medicos, profitentur tenere se medicinae scientiam ipsi se curare),

[2]) Conf. Cic. Orator. 18 (M. Antonius . . . disertos ait se vidisse multos eloquentem omnino neminem), Quintil. VIII prooem. 13 (M. Antonius . . . a se disertos visos esse multos ait, eloquentem neminem).

[3]) Iustin. I 10 8, Val. Max. VII 3 Ext. 2.

[4]) Cf. Mos. I 2 2.

quod et (?) metra ligarent pedibus et sillabas et verba nodis connecterent. — ad v. 5: Diomedes rex etholie thidei filius aquo cum apud troijam pene victus fuisset aeneas mater aenee venus se illius ictibus opposuit. ob id a diomede pro tunc vulne (hoc lineis transversis deletum) in dextro brachio vulnerata. — ad v. 13: hic incipit recommenda[re] licitum et legitimum amorem quem non reprehendit sed damnosum et — ad v. 23: alloquitur cupidinem. — ad v. 27: Vitricus dicitur quasi vi[m] patris tenens venus enim uxor (r e x) vulcani et mater cupidini[s] erat que cum marte i[n] adulterio depraehen[sa] a vulcano viro eius subtilissimis cathe[nis] invisibilibus sc. (!) se[n]sibilibus cum mart[e] colligata est bos (legas ‚ambos') deos sil' (= simul) in venies iunctis dis cunctis ondit (= ostendit) hic mars vitricus cupidi[nis] dicitur. — ad v. 38: rogi dicuntur loca et collectiones lignorum in quibus cadavera conburebantur .· ig (!) — ad v. 41: prologo finito quo naso erga cupidinem se excusavit iam opus ipsum agreditur. — ad v. 45: herbas .·. malas sicut cicuta cuius herbe succus hominem extingwit et enim phenenum quo socrates philosophus ext(i)nctus est. — ad v. 47: thelenus (sic) ab achille in sinistro femore vulneratur et cum wulneris dolore grauaretur nec adhibita proficeret remedia appollinem consuluit qui respondit non aliter illum mederi posse quam quod it(eru)m ab achille wulnerandus accederet qui sic quoque ab illo secundo wulneratus incolumis effectus est. — ad v. 51: (usus) muliebres nam viri usus est exercere pro reme[dio] amoris renn (legas ‚rem') [mili]tarem rem palestrem [et?] naualem et agri cu[ltum] ista autem non sunt m[ulie]rum officia sed [mulierem?] pro remedio uti de(ce)t negociis mulieri[s] ut puta laniuicio. — ad v. 52: hic ouidius probat intencionem seuam de pravo ex^{lo} [= exemplo] adducit 3^{s} [= tres] vel quatuor fabulas etc. — ad v. 55: phillis regina tracie ph (h linea derecta deletum) filia regis licurgij virgo pulcherrima amauit demophontem filium regis athenarum redeuntem ad se ex bello troijano et cum eum in maritum (sic) duxisset et ille ex patria sua statutum diem non venisset phillis amoris furentis inpaciens laqueo se suspendit et in siccum amigdolum conversa fuit que arbor que cum demophontis reditum (!) ab illo amplexaretur folia emisit. — ad v. 59: iason aesonis filius cum ope medee oetis regis colchorum filie aureum vellus rapuisset medeam ipsam sibi matrimonio iungens duos ex ea filios suscepit sed cum post ad creuntem corrintheorum regem se dis (hoc lineis transversis deletum) diuertens creusam eius filiam superduxisset medea furore succensa proprios filios ex iasone susceptos interfecit etc. — (in margine superiore folii 2) ad v. 57 et 64: latini poete nauibus constructis eneam naufragum ad didonem d (deletum) tradiderunt delatum susсeptumque hospicium (sic) et

talamo demum mercurij iussu in italiam navig (g ex s)asse quapropter dido se gladio interfecit. theseus rex atheniensium habuit filium hyppolitum castissimum et super in duxit phedram que interpellavit hyppolitum de stupro et cum nollet consentire ab ea infami crimine accusatus est ideo ab equis proprijis a monstro terrefactis discerptus est sed auxilio esculapij suscitatus virbius exinde dictus est. — (deinde extremo in margine): esculap[ius] medic[us]. — ad v. 61: thereos rex tracie philomenam sororem uxoris sue corrupit et ne scelus illa reuelaret ei lingwam abscindit philomena autem h^c [= hoc] imtepula [= in tegula?] sangwine conscribens ip(sa)m misit sorori ob id progne thereo itim proprium filium dedit manducandum post autem miseracione deorum progne in hirundinem philomena in eius numinis (sic) aviculam itis in phasianem thereus in uppupam conversus est. — ad v. 65: paris priamis (s deletum) regis troije filius helenam menelaij regis grecorum rapuit h° quod tota grecia inito foedere decemnali certamine apud ilion civitatem troije bella gessit et tandem ip(s)am funditus evertit etc. — ad v. 67: Scilla nisij regis magarencium filia que ut minoii regi crethencium patris hosti iungeretur turpi amore crinem aureum et fatalem patri abscidit et ad hostem minoem detulit repudeata vero ab hoste poetico furore in avem conversam esse fingitur. — ad v. 70 (nauis eat): et est metaphora a nautis qui cum — ad v. 74: Vindicta dicebatur virga praetoria q̄ (= qua) assertor utebatur q(ua)n(do) manu misit seruus (sic) dicens liber esto. — ad v. 75: Invocat divinum numen sc. ip(su)m appollinem nam appollo inventor est carminis et medicine ovidius dictum medicina meum (sic). — ad v. 79: primum remedium (atro colore scriptum et postea idem eodem loco scriptum est rubris maioribusque litteris). — ad v. 82: methaphora ab equo currente in curru et palestra. — ad v. 100: mirra fuit cinare ciprorum regis filia que procreante nutrice in loco tenebroso cognita et grauida facta est a patre qui persch(ch deletum)uasus erat eam esse unam aliam sibi non coniunctam et cum h^c [= haec] res innotuit mirra iram patris fugens (sic) in sabeam decessit ubi deorum miseracionē in arborem sui nominis transformata est (cf. Metam. X 498). — ad v. 105: sepere (sic) est occulte ire sicut serpen[tes]. — ad v. 107: hoc est si in principio non poteras abicere amorem. — ad v. 111: philocthetes peantis filius herculis comes erat quem hercules peciit ne alicui corporis sui reliquias indicaret pro qua re eum iurare conpulit eique que (sic) pro munere sagittas dedit hidre velle intinctas ille cum acriter ad indicandum cogeretur ne verbis pegerare (sic) pede locum percussit qui postea unius sagite casu vulneratus est in illo pede quo herculis cumulum indicaverat.) — ad v. 113: alii autem dicunt quod obiit illo vulnere et veneno

sc. facto ab illis sagitis. — ad v. 119: facit conparacionem. — ad v. 121: alia conparacio ad aquam vechementer currentem. — ad v. 125: est methaphora sumpta a vulnerato qui non sanatur nisi vulnera sua tangi permittat. — ad v. 127: ostendit propositum suum per similitudines. — ad v. 129: egritudo est animi et corp(or)is. — ad v. 131: ovidius ponit doctrinam dicens non solum illi debent esse medici unde etiam astrologi qui debent noscere naturas hominum et qu(r) medicine valent et qu(r) nocent. — ad v. 135: ovidius dat medelam dicens quod ocia debent tolli quia ocia dant omnia mala (hoc a ex ū) ut circa illud morale Ocia dant vicia fugiamus g°̤ (= ergo) procul illa et dicit quod tres sunt temptaciones sc. mundus diabolus et caro et illa est pessima quia consurgit ex ocijs. — ad v. 137: subiungit racionem. — ad v. 141 (in margine sinistro): probat hoc quod dixit per conp(ar)acionem. — (in margine dextro ad nomen populi): hec arbor dedicata herculi circa renum et padum crescens. — ad v. 143: adaptat illam conp(ar)acionem. — ad v. 147: eripere vi capere. — ad v. 151 (in margine sinistro): forus masculini generis est exercendarum liteum locus a phando dictus vel a phoroneo rege qui primo grecis litteris legem dedit et constat causa lege et iudicie sed forum in neutro genere secundum hostiensem dicitur locus ad emendum vel vendendum deputatis dicit tamen hostiensis et naso quod forum etiam pro tribunali acci² (= dicitur?) secundum quandam similitudinem quia sicut in foro venali multi conveniunt ementes et vendentes et res emendas inferendes (sic) sic etiam in foro iudiciali conveniunt multi litigantes et lites in ferentes et inde diffiniciones deportantes. — (in margine dextro): respondet antiphora. — ad v. 152 (toge): s. tempore pacis s. oratorum in foro iudiciario ubi exercetur milicia legum et artis: toga toge vestis oratorum et advocatorum erat sine manicis longa usque ad talus protensa qua utebantur omnes romane (sic) tempore pascis (sic!). — ad v. 158: sc. unam victoriam a parthis aliam ab amore. — ad v. 161 (in margine sinistro): attreus et thiestes fratres erant de quibus multa narrantur a poetis qui ostendunt eos fuisse inter se seuos adeo ut thiestes cum uxore fratres concumberet quod dolens attreus liberos ei eppulandus apposuit cuius facinoris cum thiestes exquireret ulcionem a dijs R(espo)ndit illi appollo ut concumberet cum filia sua pelopeia quo facto natus est egistus qui attreum et agomemnonem similiter a bello troyano redeuntem interemit: cum camisiam sine orificio a clithemnestra propria uxore traditam induere temtasset in cuius ulcionem orestes filius eius matrem ⟨cum⟩ egistho occidit. — ad v. 163 (ad nomen ‚ilion'): illam civitatem troye regionis quia decem annis stabant bella apud ilion sed obsidium tocius terre durabat per quadraginta (hoc a ex os) unum annos viginti

unum (sic) reges ex grecia venerunt illuc. — ad v. 166: hic argus neutri generis est nomen civitatis sed in plurali feminini generis. — ad v. 172: vomer dicitur instrumentum ferreum quo proscinditur terra et dicitur a vomendo quia evomit terram. — ad v. 173: Ceres dea frumentorum dicta quasi geres a gerendis frugibus ceruisia. — ad v. 176 (quod): ut frequenter usurpatur relativum convenire cum ꝓcato͡ (= praedicato?) pn̄tis (= praesentis) sed in conveniencia cum sequenti. — ad v. 179: Capella parua capra dicitur virgilius in buccollicis ite domum satiri venit hesperus ite capelle [1]) etiam dicitur parva eclesia Cappella quae nec habet baptissmum nec cimitherium etiam a capra quia olim tabernaculum de pellibus caprarum erat tectum coopertum inde cappellanus tam pro sacerdote illius eclesie quam parrochiano Capella dicitur etiam quasi capiens laos ∴ pl'm (= populum) vel laidem et.ᶜ. accipitur pro quacumque eclesia. — ad v. 184: queritur est v(erbu)m deponē(ns) tali in loco et scribitur sine diphtongo sed cum venit a quero tunc semper cum diptho (sic) scribi(t)ur. — ad v. 186: fauus dicitur cera cum mella (sic). — ad v. 187 (in margine sinistro): ostendit poeta quid unoquoque tempore anni agendum sit ut amorem fugeamus. — (in margine dextro): formosus in parte pulcher in toto. — ad v. 190 musta sut (sic) duplicia aliqua naturalia et durant modico tempore hoc vocabulum sed post dicuntur vina aliqua autem musta fiunt arte que toto anno musta sunt. — ad v. 195: insicio est tempus inserendi ramos stipitibus vel plantandi arbores et est methaphoroa (sic) a iure capto. — ad v. 201 (extremo in margine dextro): sagax c[atulus] no(ste)r ain s[ch . . . . .] hund od [er . . . . .] hund. — ad v. 204: Apper secundum varronem ab aperiendo dicitur quia dente suo aperit quodcumque sibi adversum et ipsum sepe venatorem. — ad v. 211: discere sine m(a)gna diligencia addiscere vechementer d(i)scunt dediscere ∴ obliuiscere. — ad v. 213: aliud praeceptum (atque infra hoc maioribus litteris rubri coloris idem) aliud praeceptum. — ad v. 221: Unum q(uot) est no(men) pluralis mobile per tria genera et unum (sic) terminacionem ut hij et hec et hec q(uot). — ad v. 229: facit pulchram conparacionem per locum a minori. — ad v. 235: adducit simile (et infra hoc rubris litteris) aliud simile. — ad v. 236: cingulus est ho(minu)m cingula cingit equum. — ad v. 244 (cinis): fomentum (hoc nomen inter versus) s. amoris et est methapora et est ab igne abstincta sicut enim cinis est vomentum ignis ita etiam — ad v. 245: Qui interiectio vel ad verbium (viû͡) interrogantis est. — ad v. 249: enomia quondam sed nunc thessalia dicta est regio grecie sub atica comprehensa a thesallo ibi quondam regnan-

---

[1]) Verg. Ecl. X 77 (saturae).

Ad illustrandas Simonis sententias conf. L. Born et H. Möller Handbuch der Pferdekunde[6] 1910 p. 323: „Bei edlen Pferden zeigt sich das Deckhaar zarter und kürzer als bei den schweren Schlägen. Im allgemeinen nimmt die Stärke des Deckhaares mit der Kältewirkung zu, welche die klimatischen Verhältnisse mit sich bringen“. De crinibus bis in anno mutandis hi scriptores nihil adferunt sed pergunt p. 323 sq.: „Die glänzende Beschaffenheit nimmt mit der Feinheit des Haares gewöhnlich zu und ist bei edlen Rassen und bei sorgsamer Hautpflege deutlicher . . . . Glänzendes, glatt anliegendes Deckhaar spricht für ungestörte Gesundheit; bei Krankheiten, namentlich abzehrenden, bekommt das Haar eine trockene, rauhe Beschaffenheit, weil hierbei auch die Absonderung der Talgdrüsen nachläßt. Während eines Fieberanfalles sträubt sich das Haar. Das Deckhaar gilt daher mit Recht als ziemlich untrüglicher Spiegel der Gesundheit und ist insofern für die Beurteilung des Pferdes beachtenswert . . . . Ein altes Sprichwort sagt: Der Kenner kauft ein tüchtiges Pferd, auch wenn es grün wäre. Es soll hiermit die Bedeutungslosigkeit der Haarfarbe für den Wert des Pferdes gekennzeichnet werden; allein nicht immer ist dies der Fall. Auch die Haarfarbe des Pferdes ist der Mode unterworfen und nicht selten Gegenstand der Spekulation“. p. 325: „Neuerdings ist eine gewisse Gleichgültigkeit gegen die Haarfarbe eingetreten. Jedes gute Pferd hat eine gute Farbe, heißt es und ganz mit Recht“.

4 μακρόν: hic et infra post ἔμπροσθεν codices falso praebent μικρόν, quod retinuit Daremberg: sed fieri non potest, quin cum Blassio mutemus formas traditas, quod particulis μὲν et δὲ indicantur res contrariae.

Pro nomine μερῶν, quod in utroque legitur codice, praeter Darembergium omnes scripserunt σκελῶν, quae vox in huius fragmenti tribus aliis quoque locis invenitur; attamen hic locus una sola littera mutata facile emendari potest: si enim legimus μηρῶν, sana sine dubio efficitur sententia. accedit quod notiones illorum verborum prope eaedem sunt; conf. Xen. περὶ ἱππ. I 7, 14 (VII 5, 6, XII 13).

Hoffmann Exterieur p. 190: „Es fehlt keineswegs an Angaben, daß langer Rücken bei sonst vortrefflicher Bildung wenig auf sich habe, so daß ein langer, starker Rücken wegen der ergiebigen Bewegung langer Muskeln sogar für Schnelligkeit gerühmt wird“. quae sententia aperte pugnat cum eis quae Simo protulit; sed conf. Wrangel Das

Buch vom Pferde II[3] 1895 p. 26: „Ein langer, gesenkter Rücken kleidet kein Pferd . . . . ein kurzer Rücken im allgemeinen als ein Plus an Stärke zu betrachten . . . .“ ac multo clarius Purlein ait: „Simons Forderung ἀπὸ μὲν τῆς ἀκρωμίας ἐπὶ τὰ ἰσχία βραχὺ . . . . ἀπὸ δὲ τῶν ὀπισθίων μηρῶν ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν μακρὸν ὡς πλεῖστον entspricht ganz unseren heutigen Anschauungen: Der Rücken des Reitpferdes soll so kurz sein, daß gerade nur der Sattel Platz hat. Ein langer Rücken kann verziehen werden, wenn er kräftig ist und gut gespannt, aber die ideale Forderung ist: kurzer Rücken. Ebenso richtig ist die Ansicht Simons über den Abstand zwischen Vorder- und Hinterschenkeln, die anscheinend mit den modernen Anschauungen im Widerspruch steht, sich aber zwanglos erklärt, wenn man sich vergegenwärtigt, daß wir beim Reitpferde einen kurzen Rücken, aber eine lange und möglichst schiefe Schulter verlangen, so daß dann der Abstand zwischen Vorder- und Hinterbeinen naturgemäß groß sein muß. Der Passus wäre demnach für uns mehr mundgerecht in der Form: Kurzer Rücken, aber die Schulter so lange und schief als möglich“. quae vero Hoffmann p. 209 docet: „Die Länge des Bauches ist abhängig von der Länge des Brustbeines und von der Entfernung des Beckens von der letzten Rippe; Kürze ist daher erwünscht“, his Purlein haec addit: „Bis zum Brustbeinende erstreckt sich die Brust; diese soll lang sein, damit eine große Lunge Platz hat“.

Ad verba εἶτα εὔποδα εἶναι Oder adnotavit: „puto contractam esse sententiam, certe δεῖ vel χρὴ supplendum“, ac recte quidem, si, id quod fecerunt Blaß et Oder, ante εἶτα punctum ponitur; sin cum Darembergio et Dindorfio comma quod dicitur ponimus, illud δεῖ ante τὸν ἵππον satis pertinet usque ad hunc infinitivum.

5 ἀγαθῷ post ἵππῳ praeter Darembergium omnes deleverunt, quod mihi iure fecisse non videntur; quaeri enim potuit qualis equo bono esset ungula bona vel ut aliis verbis utamur quibus virtutibus boni equi ungula esset insignis.

Hoffmann p. 241: „Der Huf. — Xenophon sagt: ‚Der Fußtritt des Edelrosses tönt wie eine Zimbel‘. Die Römer bezeichneten einen festen, guten Huf als Klanghuf und die Morgenländer sagen, die Hufe ihrer Rosse seien wie Felsen geachtet; (auch die Namen Sturmhuf und Flughuf kommen vor)“. Inter vitia equi adfert praeter cetera (p. 245): „den schmalen Esels- oder Zwanghuf; dieser ist hoch an den Fersen, besitzt aber eingezogene Wände und hat kleinen mageren Strahl; den Platthuf; dieser hat eine flache oder ebene, meist auch zu dünne Sohle, schwache, weit auseinandergehende Wände, niedere Trachten und große Ballen und großen Strahl; Hufe mit schlechten, dünnen Wänden; den Vollhuf; der hat entweder die ganze oder nur

die halbe Sohle, statt ausgehöhlt, nicht nur eben, wie der Platthuf, sondern herausgebogen, gewölbt, die Wände sind weit, niedrig, dünn, der Strahl groß".

Inepte vero addita sunt in codice C verba τὸ τοῦ ἵππου σκέλλη; sed quae habet codex L ἀγαθὸν καὶ τὰ τοῦ ἵππου δὲ σκέλη ἐλαφρὰ καὶ εὔφορα καὶ μήτε πλατέα μήτε ὑψηλὰ, sana sententia non omnino carent, quia adiectiva omnia referuntur ad subiectum τὰ σκέλη. at tamen verba τὰ τοῦ ἵππου σκέλη pro additamento habenda esse censeo et reliqua verba codicis C potius quam L tenenda, primum quidem, quia forma ἀγαθὸν codicis L hoc loco intellegi non potest neque omnino enuntiatum commode construitur nisi adiectiva ἐλαφρὰ εὔφορος cetera ad ὁπλή referuntur, deinde quia πλατέα non facile pertinere potest ad σκέλη, denique quod enuntiatum sequens incipit a verbis: ἔστι δὲ αὐτῇ (= τῇ ὁπλῇ) τεκμήριον καὶ ὁ ψόφος τῆς ὁπλῆς τῆς ἀγαθῆς, e quibus apparet hoc quoque loco de ungula sermonem esse neque facile sententia omnino diversa de femoribus inculcari poterat. itaque post Blassium omnes spuria esse illa verba censuerunt, neque Oder codicem L secutus est.

Post ἐλαφρὰ Daremberg lacunam indicavit neque vero quicquam adnotavit; ceteris, qui ediderunt fragmentum, in hoc loco nihil miri inesse visum est.

ὀλίγον δὲ τὸν ὄνυχα παχὺν ἔχει: Blaß ante ὀλίγον addidit ⟨ἔτι δὲ ἡ σαρκὸς μὲν⟩ et δὲ τὸν mutavit in τὸν δὲ eumque Dindorf et Oder secuti sunt. sed non est cur a lectione tradita recedamus, conf. Hippiatr. p. 54: ἐχέτω ... παχὺν τὸν ὄνυχα, Poll. I 191: ψόγος δ᾽ ἵππου ὄνυχες λεπτοί, ὁπλαὶ πλήρεις, σαρκώδεις, λεῖαι, ὁμαλαί· Ξενοφῶν δ᾽ αὐτὰς χαμηλὰς καλεῖ, Xen. περὶ ἱππ. I 3: καὶ τῷ ψόφῳ δὲ ἔφη Σίμων δήλους εἶναι τοὺς εὔποδας καλῶς λέγων· ὥσπερ γὰρ κύμβαλον ψοφεῖ πρὸς τῷ δαπέδῳ ἡ κοίλη ὁπλή, unde excerpsit Pollux I 188: ἔπαινος ἵππου ἀπὸ σώματος ὁπλαὶ κοῖλαι, ὡς εἶναι ἐν βάθει τὴν χελιδόνα καὶ μηδὲν αὐτὴν τῶν ἐκ τοῦ ἐδάφους λυπεῖν· ἡ γὰρ τοιαύτη ὁπλὴ ὥσπερ κύμβαλόν φησιν ὁ Ξενοφῶν πρὸς τὸ δάπεδον ψοφεῖ. εἴποις δ᾽ ἂν καὶ κροτεῖ καὶ ἠχεῖ καὶ κτυπεῖ. quibuscum si compares verba Simonis illa, apertum est teneri posse scripturam codicis C. ungulae planae (germanice: Flachhuf) nunc quoque vitia equi existimantur. Purlein: „Ein zu dünner Hornschuh gibt einen ungenügenden Schutz für die inliegenden Weichteile ab; andrerseits ist ein dicker, plumper Hornschuh das Kennzeichen einer gemeinen Rasse. — Es ist richtig, daß der gesunde, normale Huf (κοίλη, weil die Sohle nach oben gewölbt ist, also zwischen Boden und Hornsohle beim Auftreten eine Höhlung bleibt) einen anderen Klang bei der Bewegung des Pferdes erzeugt als der „Flachhuf", „Vollhuf" und „Rehhuf", den der Autor mit πλήρης und σαρκώδης im Auge haben dürfte. Ein

Pferd mit Rehhufen zeigt einen ähnlichen Gang wie tabetische Menschen, klappt zuerst mit den Trachten auf und dann erst mit der Zehe und erzeugt dadurch einen mehr oder weniger deutlichen Zweiklang, während das Auffallen des normalen Hufes einen ungeteilten, hohen und präzisen Ton gibt".

ἔστι δὲ αὐτῇ τεκμήριον καὶ ὁ ψόφος τῆς ὁπλῆς τῆς ἀγαθῆς C; Oder verba τῆς ὁπλῆς τῆς ἀγαθῆς, quoniam iuxta αὐτῇ stare non possent, uncis inclusit. quod cum negavit, nimiam elegantiam scriptori tribuit.

De talo conf. Apsyrt. in Hippiatr. p. 54: τὰ μεσοκύνια μὴ λίαν ὑψηλὰ μηδὲ ταπεινὰ μηδὲ κυνοβάτης ἔστω. deinde conf. Ἀψύρτου περὶ ἐπιγνώσεως εὐπόδων καὶ μαλακοπόδων. κεφ. ρε′ (Hippiatr. p. 252 sq.): ἐὰν δὲ ᾖ κοίλη κάτωθεν (ἡ ὁπλή), χελιδόνα δὲ μικρὰν ἔχοντες, εὔποδες καὶ ἀγαθοί . . . οἱ τετράγωνον ἔχοντες ὁπλὴν καὶ μὴ ὑψηλὴν [δὲ] μέλαιναν δὲ καὶ χελιδόνα μικράν, εὔποδες. καὶ οἱ περιφερῆ καὶ κάτωθεν κοίλην καὶ μέλαιναν, ἀγαθοὶ καὶ εὔποδες. οἱ κιρρώδεις καὶ μακροὶ καὶ μὴ πλατεῖς, ἀλλὰ προμήκεις, ἀγαθοί . . . οἱ κάτωθεν κοίλην ἔχοντες καὶ τὸν ὄνυχα παχὺν καὶ ἐν τῷ περιπάτῳ ψόφον ποιοῦντες ἄδρομοί τε καὶ ἄκεντροι ἐν τῇ ἱππασίᾳ. εἰσὶ δὲ καὶ εὐήθεις ἀπὸ τῆς γενέσεως μέχρι τοῦ καταρτισμοῦ, τὸν λοιπὸν δὲ χρόνον πονηροὶ καὶ δῆκται.

κυνοβάτης autem vel κυνοβάμων est equus, cuius tali tam propinqui humo sunt, ut in iis quasi nisus ingrediatur. quod genus talorum, si est coniunctum cum ungulis arduis, germanice appellatur bärentatzig.

δασέα δὲ καὶ παρὰ τὰς κνήμας ἐχέτω τὰ περὶ τὴν περόνην ἰσχία καὶ τὴν κνήμην: Blaß, Dindorf, Oder pro καὶ (post δὲ) substituerunt articulum τὰ et coniunctionem καὶ posuerunt ante τὰ περὶ; quae coniecturae necessariae non sunt, immo sententia loci simplex eis corrumpitur. nomen ἰσχία vero a librario quodam rudi ad supplendum articulum τὰ opinor additum esse, sed locum non habet in hoc enuntiato, quo agitur solum de inferioribus pedum partibus; qua re omnes praeter Darembergium deleverunt idque optimo iure. quod vero Oder pro ἰσχία scripsit ἰσχνά, quod inseruit post κνήμην, inutile fecit, nam eadem fere notio paulo post revertitur in adiectivo ἄσαρκος. Purlein: „Der Satz will wohl besagen, daß der Autor gerne einen starken Kötenzopf sieht. περόνη wäre dann das am unteren Ende des Schienbeines angelagerte Knochenpaar, das zur Bildung des Fesselgelenkes beiträgt und „Sesam- oder Gleichbeine" genannt wird. Edle Pferde haben keinen buschigen Kötenzopf".

νευρώδη καὶ ἄσαρκα ὡς μάλιστα ἄχρι τοῦ γονάτου. „Unter dem Knie sehnig und trocken, ober dem Knie möglichst muskulös wollen wir auch heute noch den Vorderfuß des Pferdes haben" Purlein. conf. Apsyrt. in Hippiatr. p. 54: τὰ ὑπ' αὐτὰ (τὰ γόνατα) σκέλη καὶ κνήμας μὴ μεγάλα, ὀστώδη, ἄσαρκα καὶ νευρώδη μᾶλλον, ibidem ἐπάνω δὲ τῶν γονάτων παχέα

καὶ σαρκώδη καὶ ἰσχυρὰ καὶ ὡς μάλιστα διάστασιν ἔχοντα. nostris quoque temporibus eorum, quibus res equestris studio est, permagni interest partes inter talos et genua sitas quam firmissimas esse itaque amplissimas apparere sive a fronte sive a latere eas adspicis; conf. Born-Möller p. 271: „Die Vorderröhre soll eine gerade Richtung haben und einigermaßen senkrecht stehen. Da dieselbe als Stütze für den Körper ihren größten Durchmesser in der Richtung von außen nach innen hat, so ist die Stärke dieses Knochens durch Betrachtung von vorn zu prüfen. Von hier aus gesehen soll das Röhrenbein möglichst breit erscheinen, um auch der Fesselbeinbeugesehne einen günstigen Anheftungspunkt zu bieten. Ist das Röhrenbein seitlich zusammengedrückt, so nennt man das Pferd spindelbeinig . . . Von der Seite gesehen soll die Partie ebenfalls breit erscheinen, was hauptsächlich von der Lage der Beugesehnen abhängt: je weiter sie vom Röhrenbein entfernt liegen, um so besser. Diese Frage bildet den Schwerpunkt für die Beurteilung der Vorderröhre"; conf. Xen. π. ἱππ. I 5 τῶν γε μὴν κνημῶν τὰ ὀστᾶ παχέα χρὴ εἶναι.

Formam γονάτου retinere ausus sum, quia in sermone volgari facile ex plurali γόνατα forma singularis γόνατον orta esse possit; conf. ἅρματον ἀλλάγματον διλήμματον ἀρώματον et Radermacher Philol. 1904 LXIII 4.

6 τὴν δὲ διάστασιν τοῖν σκελοῖν ἐχέτω ὡς μεγίστην: ex pronuntiatione orta est scriptura codicis C σκελῆν. similia de pedibus posterioribus poposcit Xen. περὶ ἱππ. I 14: μηρούς γε μὴν τοὺς ὑπὸ τῇ οὐρᾷ ἢν ἅμα πλατείᾳ τῇ γραμμῇ διωρισμένους ἔχῃ, οὕτω καὶ τὰ ὄπισθεν σκέλη διὰ πολλοῦ ὑποθήσει; conf. supra quae ex Hippiatr. 54 repetivi.

Supra μεγίστην scriptum legimus: οἱ δὲ εὐρεῖαν, πλατεῖαν. quae verba num ad lectiones aliorum codicum pertineant nescio.

Post μεγίστην Blaß repetitum e Polluce I 193 hoc enuntiatum addidit: ὑπάρξει γὰρ αὐτῷ διὰ πλείστου τὰ σκέλη ῥίπτειν, ubi Dindorf maluit scribere τὼ σκέλη, quia Simo scripsisse videtur τοῖν σκελοῖν, τὼ μυκτῆρε, τὼ ὀφθαλμώ. ac re vera legimus apud Pollucem καλὸν δέ, εἰ τὴν διάστασιν ἔχει τῶν σκελῶν ὡς μεγίστην· ὑπάρξει γὰρ αὐτῷ διὰ πλείστου τὰ σκέλη ῥίπτειν [Σίμων λέγει] (conf. Xen. περὶ ἱππ. I 7: διὰ πολλοῦ τὰ σκέλη φέρειν), καὶ τοῦτο δὲ Σίμωνος, εὔδρομος δὲ ἵππος ὁ ὀλίγον αἴρων ἀπὸ τῆς γῆς ἐν τῷ τρέχειν τὰ σκέλη. itaque Oder alterius quoque enuntiati (εὔδρομος κτλ.) mentionem fecit in adnotatione, sed dubitavit num item hic inserendum esset idque mea opinione merito. ex ea ipsa enim causa, quod enuntiatum illud invenitur apud Pollucem, deest vero in hoc fragmento, quod Simonis nomine fertur, ego quidem concludere malim excerptum hoc esse e Simonis de re equestri libello, e cuius integra forma Pollux illa repetiverit. quae cum ita sint, nullum illorum enuntiatorum, quae supra commemoravimus, in fragmento inserendum est. conf. Poll. I 204: ἐλαυνέτω δὲ τοῦτον (τὸν ἵππον) κατ' ἀρχὰς ὁ ἐπιβάτης

εἰς τὰ ἄπεδα καὶ λεῖα τὰς δὲ προσβάσεις καὶ τὰς ἐκεῖθεν καθόδους μὴ αὐτίκα [ποιείσθω], ἀλλὰ τὸν ἵππον πλαγιαζέτω — οὕτω γὰρ Σίμων ὠνόμασεν, quibus verbis Blaß haud inepte haec adiunxit: „Ex his in primis, quae de curatione et exercitationibus equorum Pollux compilavit, satis est veri simile permulta Simoni deberi atque fere omnia, quae apud Xenophontem non exstant, sed non semper ipsa verba scriptor ille descripsit".

Purlein: „Auch wir verlangen einen großen Abstand zwischen den Vorderschenkeln, weil er zu einer entsprechenden Breite der Brust dazugehört. Eine zu breite Brust (Löwenbrust) haben auch wir nicht gerne, weil sie mit der bodenengen Stellung verbunden ist".

Conf. Hoffmann p. 204: „Die Vorderbrust, auch Brust im engeren Sinne, ist seitlich begrenzt von den Schultergelenken, oben von der Kehle und unten vom Brustbein. Diese vordere Brustfläche wird noch eingeteilt in eine obere und untere Brust. Die obere Brusthälfte erstreckt sich von einer horizontalen Linie durch die Schultergelenke nach oben bis zur Kehle, die untere Hälfte von dieser Linie nach abwärts .... Die große Breite der Vorderbrust bedingt wohl Raum in der Brusthöhle, es ist jedoch mit ihr meist mangelnde Tiefe zugegen und für große Schnelligkeit sind Pferde mit sehr breiter Brust nicht geeignet. Auf der anderen Seite ist zu schmale Brust ebenfalls zu tadeln".

πλατέα ἄγαν: quod praebent codex C πλατεία, codex L πλατεῖα, de scribendi ratione ει pro ε egit Meisterhans-Schwyzer pp. 45,19 et 150,12. studium quoddam sermonis variandi ex eo intellegitur, quod priore loco λίαν, altero ἄγαν positum est. post ἄγαν Blaß, Dindorf post πλατυτάτην, Oder post μικρὰν praedicatum addiderunt velut ἄριστος ἂν εἴη, Oder praeterea inter τὸν et αὐχένα addidit δὲ; sed omnis difficultas tollitur, si verbis τὸν αὐχένα ... ἐχέτω enuntiatum primarium contineri statuas, ad quod participium ἔχων referendum sit.

Purlein: „Mit μασχάλην μικρὰν ist wohl die Ellbogengrube gemeint; die Forderung deckt sich mit unserer heutigen, daß das Pferd hinter den Schultern nicht eingezogen sein soll, was natürlich eine tiefe Ellbogengrube zur Folge hätte. Daß der Autor die Ellbogengrube μασχάλη nennt, läßt auf unkorrekte anatomische Vorstellungen schließen; er weiß offenbar nicht, daß der Vorarm des Pferdes nicht dem Oberarme, sondern dem Unterarme des Menschen entspricht. Eine Achselgrube gibt es beim Pferde nicht, da das Schultergelenk ganz anders gebildet ist als beim Menschen".

ὀρθὸν locum habere non potest post τὸν αὐχένα καὶ τὴν προτομήν, ubi codex L rectius habet ὀρθά; itaque Oder altero Musei Rhenani loco, ubi scripsit de hoc fragmento, p. 68 primum quidem post αὐχένα

addidit ὑψηλόν, deinde mutavit ὀρθὸν in ὀρθήν; altero autem loco p. 313 tenere maluit lectionem codicis L ὀρθά: sed mea quidem opinione verba codice C tradita facillime sic sanari possunt, si ὀρθὸν cum ἐχέτω ponimus post αὐχένα, cetera autem verba non attingimus praeter τῆς ἐκφύς, neque cum Odero δὲ inter εἰς et τὴν ἀκρωμίαν addimus. nam hoc modo ut ὀρθὸν accusativus praedicativus est ad αὐχένα referendus et mente ὀρθὴν ad προτομὴν addendum, ita alter accusativus praedicativus (μὴ) ἀνάσιμον (εἰς τὴν ἀκρωμίαν) cum ἔκφυσιν coniungendus est; nam pro τῆς ἐκφύς, in cuius loco Oder posuit ἐπὶ τῆς ἐκφύσεως, praestat scripturam codicis L substituere τὴν ἔκφυσιν. quo nomine infima colli pars significari videtur ex qua collum quasi ἐκφύεται (hodie: Aufsatz), quam partem quodam sinu qui ‚Axthieb‘ vocatur separari ab ἀκρωμία volunt homines rei equinae periti; atque eo pertinere puto quod legimus μὴ τὴν ἔκφυσιν ἀνάσιμον (ἐχέτω) εἰς τὴν ἀκρωμίαν (conf. Apsyrt. Hippiatr. p. 262: πάντων δὲ κρείττονες οἱ τὴν ἔκφυσιν ἔχοντες τῆς συνωμίας ὑψηλοτέραν· οὐ μόνον γὰρ τοῖς ἀναβάταις εἰσὶν ἀσφαλεῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὤμοις ἰσχυρότατοι τῶν ἄλλων). neque quae secuntur adiectiva ὡς παχυτάτην καὶ πλατυτάτην ad ἀκρωμίαν referri possunt, quamquam altam et tenuem eam esse oportere Wrangel II³ 20 negat; itaque praeposita littera χ (χὠς = καὶ ὡς) illa adiectiva adiectivo μὴ ἀνάσιμον facillime adiungi posse putavi.

Purlein: „Was den Hals anbelangt, beschreibt der Autor in der Folge, daß und wie er ihn gekrümmt haben will; die hier verlangte Geradheit könnte sich also nur darauf beziehen, daß er keine (übrigens selten vorkommende) Abweichungen von der Medianebene will, also keinen schiefen Hals. Was er mit einem geraden Gesichte meint, ist ebenfalls unklar. Vielleicht will er eine gerade Profillinie, also keinen Ramskopf, keinen Hechtkopf (übereinstimmend mit unseren heutigen Anschauungen); vielleicht denkt er an Mißbildungen oder vorausgegangene pathologische Prozesse, die ein schiefes Gesicht zur Folge haben. Am wahrscheinlichsten ist es aber, daß er einfach sagen will: das Pferd soll Hals und Kopf aufrecht tragen. Mit ἔκφυσις bezeichnet er wohl das, was wir heute Aufsatz nennen, also die Art, wie der Hals mit dem Rumpfe verbunden ist: nicht ansteigend gegen den Widerrist. Wir verlangen von einem schönen Pferde zwischen dem Widerriste und dem Kammrande (oberer Rand des Halses) eine scharfe, deutliche Abgrenzung, einen förmlichen Einschnitt, den sogenannten Axthieb, wie er am schönsten beim arabischen Vollblute ausgeprägt ist. Ob Simon mit dem obigen Passus Ähnliches sagen will, läßt sich nicht entscheiden. Unwahrscheinlich ist, daß ὡς παχυτάτην καὶ πλατυτάτην sich auf ἀκρωμίαν beziehe. Wir verlangen einen langen, hohen und scharf ausgeprägten Widerrist; damit Platz vorhanden ist für die

Muskulatur, muß er natürlich auch genügend breit sein, aber keinesfalls flach“.

Supra σιαγόνα in codice C scriptum legimus τὸ κάτω μάγουλον; de quo conferas Alfons Meyer Indog. Forschungen III 68: „Ein gemeingriechisches Wort ist μάγουλον Wange, in den Mundarten, die intervokalisches γ schwinden lassen, μάουλον“. Vox non invenitur apud antiquiores scriptores, sed ut exemplum adferam, apud Ptochoprodromon Τὰ κατὰ Ῥοδάνθην καὶ Δοσικλέα I 324, deinde apud Melampum περὶ ἐλαίων τοῦ σώματος μαντικὴ πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα (ed. Fridericus Francius anno 1780 p. 503): Ἐὰν (ἡ ἔλαια) εἰς τὸ μάγουλον τοῦ ἀνδρὸς, πλούσιος γενήσεται, et in adnotatione: „Μάγουλον Petreius interpretatur gena. Et sic Meurs. glossar. l. l. p. 319, qui hunc locum laudat, dixit esse gena, bucca“. verbo autem κατωμάγουλον, quo significatur genae pars inferior, utitur Constantinus Porphyrogennetos de caerimoniis aulae Byzantinae 648,8. originem vero duxit haec vox a latina ‚magulum‘, quam servavit interpres Juvenalis ad satir. II 16, ubi: „Peribomius, ait, nomen archigalli cinaedi, quem magulum conspurcatum dicimus, qui publice impudicitiam professus est.“ ex disputationibus Meyeri quas supra commemoravi discimus illo verbo significari os, quod attinet ad irrumationem. conf. Du Cange glossar. med. et inf. lat. V 147 sub voce magulum: „gena, bucca. — Graecobarbaris μάγουλον genam, buccam significat. Gloss. gr. M. S. ex biblioth. Regia cod. 2062: παρειαί αἱ · αἱ γνάθοι, τὰ μάγουλα“ et Μέγα λεξικόν III 74: μάγουλον τό, ὡς καὶ νῦν. A. Meyer loco supra allato: „Dieses magulum ist ein gut lateinisches Wort, das sich zu mala „Kinnlade“, „Wange“ verhält wie re-pāgulum zu pālus, palum“. De vocis origine conferas Osthoff Forschungen auf dem Gebiete der indogermanischen nominalen Stammbildung I 194 et Walde Etym. Wörterbuch ²456 et Thes. ling. lat. II 2225 sub voce: bucca; sed Goetz in corpore glossariorum latinorum hanc vocem non adfert.

Purlein: „Simon beschreibt hier sehr treffend das, was wir heute „freien Ansatz“ nennen, das heißt: der Kopf soll mit dem Halse derart verbunden sein, daß er leicht und frei bewegt werden kann, eine für das Reitpferd sehr wichtige Forderung“.

εἰς τὰ πρόσθεν: pro hac codicum scriptura Oder sine necessitate substituit εἰς τὸ πρόσθεν. verbis ἐκ τοῦ λεπτοτάτου εἰς τὰ πρόσθεν κατακαμπτέσθω nescio an idem significetur ac paulo post τὴν δὲ κορυφὴν ὑψηλὴν ἐχέτω.

7 προαγέτω δὲ in codicibus; Dindorf particulam δὲ delevit, Blaß et Oder pro ea δὴ substituerunt, Daremberg nihil mutavit; sed tamen coniunctio δὲ quarto loco post integrum enuntiatum posita tolerari vix potest, qua de causa ego quoque δὴ scribi malim.

βραχύς ἐστιν post μὴ et imperativum προαγέτω teneri non potest; desideramus βραχὺς ἔστω.

ἐπισημοτάτη: Oder in altera illarum commentationum p. 68 scripsit ἐπισιμοτάτη, in altera p. 312 ἐπισημοτάτη, quod interpretatus est ‚sehr scharf ausgeprägt'. sed non solum huic adiectivo praedicativo certa manifestaque vis deest, sed praeterea desideratur coniunctio καὶ quam Oder de suo addidit, ut hoc adiectivum coniungeret cum eo quod sequitur ἐλαφρά; sed nonne ipsa ista re luce clarius demonstratur alterum utrum adiectivum pro glossa quam vocamus habendum esse? conf. Poll. I 191 (inter vitia equi) κεφαλὴ μεγάλη σαρκώδης ὦτα μεγάλα.

Cum verbum in codd. antecedens ἐχέτω sit transitivum neque hoc enuntiatum habeat copulam, Blaß, Dindorf, Oder ἔστω addiderunt, quod a scriptore omitti vix potuit. sed omnia optime decurrunt si enuntiatum ἡ δὲ κεφαλὴ [ἐπισημοτάτη] ἐλαφρά ponitur continuo post αὐχήν ita ut hic sit ordo sententiarum καὶ τὴν κεφαλὴν προαγέτω δὴ καὶ μὴ βραχὺς ἔστω ὁ αὐχήν, ἡ δὲ κεφαλὴ ἐλαφρά· τὴν δὲ κορυφὴν ὑψηλὴν ἐχέτω, τὼ δὲ μυκτῆρε ὡς μεγίστω, τὼ δὲ γνάθω μὴ παχείας eqs. hoc modo si legimus, non solum verbum ἔστω ad enuntiatum ἡ δὲ κεφαλὴ ἐλαφρά pertinere apparet, sed etiam enuntiatum τὼ δὲ μυκτῆρε ὡς μεγίστω lucratur verbum ex enuntiato quod iam antecedit τὴν δὲ κορυφὴν ὑψηλὴν ἐχέτω neque igitur opus est cum Blassio et Odero addere δεῖ εἶναι vel simile quid. accedit quod sententiae tum multo aptius disponuntur, quia primum de capite universo cum collo deinde de partibus capitis sermo est, quae sunt vertex, nares, genae, oculi, aures.

Formas dualis numeri, ubicumque earum vestigia vel in utroque codice vel in codice C latebant, restituendas esse censui, quamquam Blaß et Oder pluralem numerum praetulerunt, neque obstare mihi videbantur quaedam formae pluralis interpositae (μὴ παχείας καὶ ὁμαλὰς πρὸς ἀλλήλας, τὰ δὲ ὦτα μικρὰ) quas optime iuxta dualem ferri posse nemo ignorat. cum attributo ὁμαλὰς πρὸς ἀλλήλας conferenda sunt quae p. 28 e Xenophonte repetam.

Post ἔξω δὲ ὡς μάλιστα participium velut κειμένω (Blaß et Oder κειμένους) necessario addendum esse non existimo.

Post καὶ τοὺς ὀδόντας Oder adverbium ut ὡσαύτως vel adiectivum aliquod excidisse opinatus est; qua re lacunam significavit.

8 Post ὡς μεγίστην Blaß et Oder addiderunt ἐχέτω, quod invenimus in codicibus uno versu infra, qua de causa necessario hic addendum esse mihi non videtur.

Item post ῥάχιν adiectivum Oder inserendum esse censuit velut διπλῆν (conf. Xen. περὶ ἱππ. I 11 ῥάχις γε μὴν ἡ διπλῆ τῆς ἁπλῆς καὶ ἐγκαθῆσθαι μαλακωτέρα καὶ ἰδεῖν ἡδίων). omnino cum verbis fragmenti τὰς δὲ πλευρὰς πλατυτάτας καὶ καθειμένας κάτω congruit Xen. περὶ ἱππ.

I 12: καὶ πλευρὰ δὲ ἡ βαθυτέρα καὶ πρὸς τὴν γαστέρα ὀγκωδεστέρα ἅμα εὐεδρότερόν τε καὶ ἰσχυρότερον καὶ εὐχιλότερον ὡς ἐπὶ πολὺ τὸν ἵππον παρέχεται, quibus verbis facere non possum quin opponam quae hodie de hac re existimari solent, vid. Born et Möller p. 254 sq.: „Die Flanken oder Weichen. Damit wird die zwischen den letzten Rippen, der Hüfte und den Lendenwirbeln gelegene Abteilung des Bauches bezeichnet. Sie verdient eine selbständige Betrachtung, weil gerade diese Partie für die Beurteilung des Pferdes noch eine besondere Bedeutung hat, indem ihre Formation über den Wert einer Reihe anderer Körperteile Aufschluß gibt. Ist nämlich die Flanke kurz, d. h. der Abstand der letzten Rippe von der Hüfte nur gering, etwa handbreit, und geht die Wölbung der hinteren Rippe ohne deutliche Einsenkung in die Kruppe über, so nennt man das Pferd ‚gut geschlossen'. Diese Form muß als vorteilhaft bezeichnet werden, weil sie eine größere Anzahl günstiger Bildungsverhältnisse bei dem Pferde voraussetzen läßt, nämlich: gute Brust- und Bauchbildung, vorteilhafte Wölbung der Rippen, namentlich aber breite und kurze Lenden und damit auch eine feste Verbindung der Hinterhand mit der Vorhand. Bürgt also diese Bildung für Leistungsfähigkeit des Pferdes, so kommt noch hinzu, daß solche Pferde sich leicht füttern". Purlein: „Offenbar soll hier die Forderung nach einem geräumigen Brustkorbe ausgedrückt sein; πλευραί bezeichnet die Seitenbrust, die Partien vor der letzten Rippe."

Quam accurate vero observatum sit quod Simo dicit τὴν δὲ ὀσφὺν ἐχέτω ὑγράν, apparet ex eis quae Hoffmann p. 193 exposuit: „Starrheit der Lenden ist ein Mangel, der sich erst durch die Tätigkeit erkennen läßt. Die Lenden sind unbeweglich, hart. Besonders der Reiter fühlt die unelastischen, stoßenden Bewegungen sehr deutlich". conf. Xen. περὶ ἱππ. XI 2: ὃς ἂν τὴν ὀσφὺν ὑγράν τε καὶ βραχεῖαν καὶ ἰσχυρὰν ἔχῃ . . ., οὗτος δυνήσεται πόρρω ὑποτιθέναι τὰ ὀπίσθια σκέλη ὑπὸ τὰ ἐμπρόσθια. Purlein: „Die Lende soll das Pferd in der Tat beweglich haben; in der Parenthese erklärt er, was er sich unter einer beweglichen Lende vorstellt: das Pferd soll leicht und gerne die Körperlast von einem Hinterfuß auf den anderen übertragen".

τοῖν ὄπισθεν σκελοῖν Blaß et Dindorf glossema esse existimaverunt; sed ego quidem cum Odero consentio, qui ea verba retinuit.

πλατύ cod. L, πλατύν cod. C; tamen praeter Darembergium omnes, qui ediderunt fragmentum, pro illa forma substituerunt πλατύτατον propter superlativum antecedentem μέγιστον; qua ego quidem ratione non commoveor ut mutem verba tradita. conf. Poll. I 190: ἔπαινος δ' ἵππου . . . ἰσχία πλατέα καὶ εὔσαρκα. Purlein: „Mit ἰσχίον bezeichnet er die hinter der Lende gelegene Partie, das, was wir Kruppe nennen.

Der Autor will also eine mächtige Kruppe, eine Forderung, die sich ganz mit unseren heutigen Begriffen deckt".

Conf. Apsyrt. Hippiatr. p. 262: καὶ οἱ τὰς λαγόνας δὲ ἔχοντες μεγάλας εἰσὶν ἀσθενέστεροι τῇ δυνάμει καὶ δυσειδεῖς· ἐν τούτοις δὲ ὁ ἀναβάτης ἀηδῶς ἔχει.

Verba quae in codice C secuntur αἱ πλευραὶ .... ἡ σιαγόνα sine dubio sunt interpolata; ut omittamus formam nominativi ἡ σιαγόνα iuxta adiectivi quod ad σιαγόνα pertineat praedicativi formam μικρότατον, his verbis repetuntur tantum modo eae res, quae iam expositae sunt; qua re codex L recte illa praetermisit; ac plane consentio cum Blassio, Dindorfio, Odero, qui ea delenda esse censuerunt.

9 τὰς δὲ μυρίας δεῖ μὴ σαρκώδης εἶναι legimus in codice C, τὰ δὲ μηρία ... σαρκώδη in codice L; disceptandum igitur est, utrum haec codicis L scriptura accipienda sit an scribendum μηριαίας ... σαρκώδεις, quod praetulerunt Blaß, Dindorf, Oder; mea quidem opinione potius scribendum est μηριαίας, quod nomen revertitur paucis verbis post in codice C (μηριαίων) et facile abire potuit in formam notiorem μηρίων quae legitur in codice L; conf. Xen. περὶ ἱππ. XI 4.

τοὺς δὲ ὄρχεις ἐχέτω μικρούς: quia non solebant castrare Graeci equos.

Purlein: „Was der Autor mit μηριαῖαι bezeichnet, ist nicht ganz klar; dem Zusammenhange und Sinne nach die Leistenpartie; τὸ μεταξὺ τῶν μηριαίων wäre dann das, was wir heute Mittelfleisch nennen, und wahrscheinlich auch die Schamgegend".

τὸ δὲ μεταξὺ τῶν μηριαίων μὴ μετέωρον ἐχέτω μηδὲ πλῆρες: dubium est, num particula δὲ, quam invenimus in codice C post verbum ἐχέτω, suo loco posita sit; malim cum ceteris eam ponere ante praepositionem μεταξὺ, ubi in utroque codice coniunctio desideratur.

ὀλίγων ἐγκολλώτερον C, ὀλίγον εὐκολλώτερον L; Blaß dubitavit, utrum scribendum esset ὀλίγῳ an ὀλίγον; Oder vero optimo iure formam ὀλίγον repetivit ex codice L. deinde Daremberg scripserat εὐκολπώτερον, quod Oder in priore illa disputatione p. 69 accepit, cum p. 313 dubitaret an teneri posset lectio codicum εὐκολλότερον vel ἐγκολλότερον ‚wohl geleimt' ‚angeleimt' ut idem significaretur ac participiis συμπεπιεσμένος vel συνεσταλμένος (= subsidens vel substrictus). ego vero mihi persuasi hanc virtutem, quae adiectivo ἔγκολλος indicatur, opponi μετεώροις μηριαίαις.

ὡς πορρωτάτω <τοῦ> ἰδεῖν: constructio adverbii πορρωτάτω cum infinitivo solo plane est inaudita; qua de causa Blaß, Dindorf, Oder articulum τοῦ interposuerunt. conf. Plat. Phaed. 96 E: Πόῤῥω που ... ἐμὲ εἶναι τοῦ οἴεσθαι et Kühner-Gerth I 340 c et 402 4.

Difficillima autem est quaestio quid significetur nomine ἕδρας; si enim est sedes equitis, id quod et Pollux I 190 disertis verbis indi-

cavit (τὸ δ' αὐτὸ καὶ ῥάχις καὶ ἕδρα, μάλιστα δὲ τὸ μέσον τῆς ῥάχεως [ἤτοι τῆς ἕδρας], ᾧ ἐγκάθηται ὁ ἐπιβάτης) nec minus clare Xenophon (περὶ ἱππ. V 5 τῶν δ' ἐν τῇ ῥάχει τριχῶν ἄλλῳ μὲν ὀργάνῳ οὐδενὶ δεῖ ἅπτεσθαι, ταῖς δὲ χερσὶ τρίβειν καὶ ἀπαλύνειν ᾗπερ φύσει κέκλινται· ἥκιστα γὰρ ἂν βλάπτοι τὴν ἕδραν τοῦ ἵππου et XII 9 χρὴ δὲ καὶ τὸ ἔποχον τοιοῦτον ἐρράφθαι ὡς ἀσφαλέστερόν τε τὸν ἱππέα καθῆσθαι καὶ τὴν ἕδραν τοῦ ἵππου μὴ σίνεσθαι), neque intellegitur cur eius mentio fiat inter τὸ μεταξὺ τῶν μηριαίων et caudam neque cur enuntietur τὴν ἕδραν ὡς μικροτάτην καὶ ὡς πορρωτάτω τοῦ ἰδεῖν. itaque nihil restat nisi ut statuamus Simonem hoc nomen adhibuisse ad nates equi. Purlein: „Mit ἕδρα meint er wohl den After. Das Gesäß kann nicht gemeint sein, weil dieses beim Pferde eben den Hauptbestandteil der Kruppe bildet, die er τὰ ἰσχία nennt, und natürlich groß und muskelreich verlangt“.

δασεῖαν: conf. Poll. I 190 (ἔπαινος ἵππου) οὐρὰ προμήκης, Σίμων δ' αὐτὴν καὶ κέρκον καλεῖ, ὀνομάζοιτο δ' ἂν καὶ ἵππουρις, γνησιώτατον γὰρ ἐπὶ ἵππου οὐρᾶς τοὔνομα.

10 δεύτερος δὲ ὃς τὰ τούτων ἔχει πλείστας καὶ ὅσας μεγίστας ὠφελείας παρέχεται legimus in codice C; codex L habet δεύτερος δὲ ὃς τὰ τούτων ἔχει πλεῖστα, ὅσα γὰρ κέκτηται πλεῖστα, τοσαῦτα μεγίστας ὠφελείας παρέχεται. Oder in posteriore illarum in Museo Rhenano disputationum mutavit ὅσα et τοσαῦτα codicis L in ὅσῳ et τοσούτῳ et hoc modo transtulit: „secundus est, qui plurima eorum habet, nam quo plura possidet, eo maiorem praebet utilitatem“; mea quoque opinione veri simile est hoc loco codicem L genuina praebere et codicem C plane omisisse verba γὰρ κέκτηται πλεῖστα τοσαῦτα quae fortasse unum codicis versum expleverant. neque vero eodem modo atque Oder codicis L lectionem interpretor, sed ὅσα et τοσαῦτα quoque retinens τοσαῦτα subiectum esse existimo verbi παρέχεται.

11 Conf. Ἀψύρτου περὶ ἀσκήσεως ἵππου στρατιωτικοῦ καὶ περὶ πωλοδαμνίας. κεφ. ρις' = Hippiatr. p. 263: διέτη γεγονότα τὸν πῶλον ἐκ τῆς ἀγέλης ἕλκουσι καὶ δαμάζουσιν. Purlein: „Die alten Griechen scheinen demnach die Fohlen schon zweijährig in Arbeit genommen zu haben, was heute natürlich nur bei Rennpferden geschieht. Übereinstimmend mit unseren Erfahrungen sind die Angaben des Autors über die Reife des Pferdes (6jährig bei den warmblütigen Rassen). Nur muß es mit der Vollendung an Schnelligkeit und Tatenlust wohl traurig ausgesehen haben, wenn so ein armes Tier schon 2jährig geritten wurde“.

Blaß, Dindorf, Oder post περὶ particulam δὲ inseruerunt; sed opus non est eam addere, quia pronomine demonstrativo περὶ τοῦτον τὸν χρόνον quod ad adiectivum continuo antecedens διέτης referendum est satis arte coniunguntur enuntiata. conf. Apsyrt. in Hippiatr. p. 226: βούλομαί σε εἰδέναι... τὰς τῶν ὀδόντων ἐκφύσεις καὶ τῶν ἐτῶν προσθέσεις...

τριακονταμηνιαῖος ὢν ὁ πῶλος πρωτοβολεῖ τοὺς μέσους τομεῖς καλουμένους. quae res accuratissime observatae sunt ab his scriptoribus; conf. Born et Möller p. 334: „Die Zangen wechseln mit $2^1/_2$ Jahren, die Milchzähne mit $3^1/_2$ Jahren, die Eckzähne mit $4^1/_2$ Jahren".

ἀκμαῖος: hic quoque qui ediderunt fragmentum (praeter Darembergium) primum comparationis gradum in tertium mutaverunt sine ulla necessitate; nam ἀκμαῖος ἑαυτοῦ idem est atque ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἀκμῇ et ἑαυτοῦ iuxta ἀκμαῖος quodam modo genetivus partitivus est.

Post ἀκμαῖος Blaß, Dindorf, Oder δὲ addiderunt, quod re vera deesse non potest et facillime Δ ante Α verbi sequentis αὐτὸς excidere potuit.

ποδώκειαν an ποδωκίαν scribendum sit dubito, conf. Kühner-Blaß II 276 1.

Omnia ista si animis complectimur, facere non possumus quin consentiamus cum Joanne Purlein qui haec adfirmat: „Im Großen und Ganzen entspricht die Schilderung, wie sich der alte Athener ein schönes Pferd vorstellt, unseren modernen Begriffen von der Schönheit des Reitpferdes; dieses hat er wohl im Auge gehabt, wenn auch einzelne Punkte (namentlich die starke Behaarung der Köte) mehr für ein schweres Zugpferd passen würden". minus recte Hoffmann p. 34: „Über die Gestalt, ait, des altgriechischen Pferdes sagt Schaafhausen, daß, nach den Formen, welche durch die griechischen Skulpturen auf uns gekommen sind, zu urteilen, das damals lebende Pferd von der jetzigen Rasse abweicht und in seiner Gestalt weder dem jetzigen Renner noch Karrenpferde ähnlich sei".

Similes aliorum loci.

Cum Simonis verbis si comparantur Apsyrti in Hippiatr. p. 54 et p. 226 verba, perspicua est quaedam similitudo quamquam plura discrepant. scripsit autem Apsyrtus, mulomedicus ille clarissimus, Constantini Magni aetate (conf. Oder Mus. Rhen. LI 58 et Wellmann Pauly-Wissowa Realencyclopädie II 286). haec igitur sunt illius verba (Hippiatr. p. 54, κεφ. ιδ΄ περὶ ὀχείας): Εὔχρηστον εἰδέναι τοῖς ποιουμένοις τὴν σύστασιν ἐκ τοῦ ἱππικοῦ καὶ ὀνικοῦ ζῴου, ὅτι δεῖ ὑπάρχειν τὸν ἀναβάτην ὄνον μέγαν τῇ ἕξει καὶ πολλῇ τῇ περιοχῇ τοῦ σώματος, τὴν κεφαλὴν μεγάλην ἔχοντα, καὶ μὴ ἱππώδη, πρόσωπον ὡσαύτως, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ γνάθους καὶ χείλη μεγάλα, ὀφθαλμοὺς μὴ μικροὺς μηδὲ κοίλους, μυκτῆρας μεγάλους, ὦτα μὴ μικρὰ μηδὲ κλαμβά, αὐχένα πλατύν, μὴ βραχύν, στῆθος ὡσαύτως πλατὺ καὶ σαρκῶδες μεμυωμένον, στεῤῥὸν πρὸς τὸ ὑπομένειν τὰ ὑπὸ τῆς ὀργῆς λακτίσματα, ὠμοπλάτας μεγάλας, καὶ τὰ ὑποκάτω τούτων, ἐπάνω δὲ τῶν γονάτων παχέα καὶ σαρκώδη καὶ ἰσχυρά, καὶ ὡς μάλιστα διάστασιν

ἔχοντα. . . . ἐχέτω . . . μικρὰς λαγόνας. πλευρὰς πλατείας, ἰσχία μεγάλα καὶ ἴσα . . . οὐραὶ δὲ καλλίονες αἱ μείουροι, μηροὺς μὴ μεγάλους, σαρκώδεις μᾶλλον, μηδὲ ἔξω ἀπεστραμμένους διαβεβηκότας δέ· ἑδραιότερος γὰρ ὑπάρχει ἐν τῇ ἐπιβάσει· εἰσὶ δὲ καὶ ἰσχυρότεροι οὗτοι τῶν συμμήρων. τοὺς δὲ ὄρχεις ἴσους καὶ μεγάλους, γόνατα μεγάλα καὶ στρογγύλα καὶ τὰ ὑπ᾽ αὐτὰ σκέλη καὶ κνήμας μὴ μεγάλα, ὀστώδη, ἄσαρκα καὶ νευρώδη μᾶλλον, μὴ βλαισά, μηδὲ ταινίας ἔχοντα ἑτεροχρώμους. τὰ μεσοκύνια μὴ λίαν ὑψηλὰ μηδὲ ταπεινὰ μηδὲ κυνοβάτης ἔστω. ἐχέτω δὲ . . . παχὺν τὸν ὄνυχα καὶ κάτωθεν κοίλην τὴν ὁπλὴν καὶ χελιδόνα μικρὰν ἔχουσαν. ἔστω δὲ καὶ τῇ φωνῇ μὴ μογγός, ἀλλὰ λαμπρός. — (Hippiatr. p. 226 sq. Ἀφύρτου περὶ ὀδόντων ἐκφύσεως. κεφ. ϙϛʹ) Ἄψυρτος Μενεκράτει Κλαζομενίῳ χαίρειν. βούλομαί σε εἰδέναι ἐν τοῖς ἵπποις καὶ ἄλλοις, ὅσα μώνυχας ὁπλὰς ἔχει, τὰς τῶν ὀδόντων ἐκφύσεις, καὶ τῶν ἐτῶν προσθέσεις. ἐπέγνωμεν γὰρ οὕτως· τριακονταμηνιαῖος ὢν ὁ πῶλος πρωτοβολεῖ τοὺς μέσους τομεῖς καλουμένους, ἄνωθεν βʹ καὶ κάτωθεν βʹ, οἵτινές εἰσι κυριώτεροι καὶ μείζονες. τοὺς δὲ δευτέρους ἀποβάλλει ἀρχομένου τοῦ τετάρτου ἔτους ἐν ἑξαμήνῳ. ὕστερον δὲ ἄνωθεν ἕνα καὶ κάτωθεν ἕνα ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. φύειν δὲ δοκεῖ καὶ τοὺς κυνόδοντας τότε. ἑτέροις δὲ μησὶ δυοκαίδεκα τὸν καταρτισμὸν φύει. τελειώσας δὲ τὰ πέντε καὶ ἓξ ἔτη καὶ τοῦ ἑβδόμου ἐπιλαβόμενος καὶ πληρώσας τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν ἕξει ἴσα τὰ ἀνισώματα, καὶ οὐκ ἔστι ῥᾴδιον ἐπιγινώσκεσθαι τῶν ἐτῶν τὸν λοιπὸν χρόνον. . . . ὀδοντοβολοῦσι δέ τινες ἀπὸ τῶν πρώτων τοὺς δευτέρους μῆνας ὀκτὼ διαλείποντες καὶ τοὺς ἐσχάτους βαλόντες τὸν ἴσον χρόνον διαλείπουσι. τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ὑπεραίρει οὐδεὶς τῶν πρωτοβολούντων οὐδὲ λείπεται. ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς οὐκ ἔστι τὰ αὐτὰ παρὰ πᾶσιν οὐδὲ τηροῦσι τὸν ἴσον χρόνον, ἀλλὰ καταλαμβάνουσιν οἱ δεύτεροι τοὺς πρώτους καὶ οἱ ἔσχατοι τοὺς δευτέρους. εὕρομεν δὲ ὅτι οἱ πρωτοβολοῦντες ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ βάλλουσι τοὺς γομφίους τοὺς ἐμπροσθίους ἄνωθεν ἕνα καὶ κάτωθεν ἕνα ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοὺς πρώτους, καὶ τὰς προσφυὰς τὰς πρὸς αὐτοὺς ἀλλάσσουσιν. ὅταν δὲ γένωνται ἀπὸ τοῦ καταρτισμοῦ ἐν ἄλλοις ἔτεσι τρισί, ῥήγνυται ὁ ὀδοὺς καὶ περιφερὴς γίνεται καὶ τρυγωνίζεται, καὶ τότε μάλιστα ῥεῦμα ἐμπίπτει εἰς τὸ στόμα τῶν ἵππων. ἔχει δὲ ὀδόντας τοὺς ἐμπροσθίους ἄνωθεν ὀκτὼ καὶ κάτωθεν ὀκτὼ σὺν τοῖς κυνόδουσι καὶ γομφίους ἐν τῇ μιᾷ σιαγόνι ἄνωθεν ἓξ καὶ κάτωθεν ἓξ καὶ ἐν τῇ ἑτέρᾳ ὡσαύτως. τοὺς πάντας δὲ ἔχει τεσσαράκοντα ἐκτὸς τῶν προσφυῶν. ὄνος δὲ καὶ ἡμίονος τριάκοντα ἓξ καὶ τὰς προσφυάς.

Ipsius vero Simonis faciunt mentionem Arrianus de ven. I 4: ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος (Ξενοφῶν), ἃ Σίμωνι περὶ ἱππικῆς ἐνδεῶς λελεγμένα ἦν, φήθη δεῖν ἀναγράψαι οὐχὶ ἔριδι τῇ πρὸς τὸν Σίμωνα, ἀλλ᾽ ὅτι ὠφέλιμ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώποις ἐγίγνωσκεν, Pollux I 198, ubi agit de vitiis equi: μίσιππος, μισάνθρωπος, δάκνων . . , ἐφυβρίζων, ὃς πολλάκις ἐξεκύλισε τὸν ἱππέα, οὐδὲ προσιέμενος τὸν χαλινόν, ὑπέρφοβος, ἐνδεέστερος, ἀποδεέστερος· Σίμωνος τὸ ὄνομα, idem II 69: διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεὸς ἰχθύσι μὲν οὐδὲ βλεφάρων

μετέδωκεν, ὄρνισι δὲ βλεφάρων μέν, οὐ μέντοι καὶ βλεφαρίδων, ἵπποις δὲ βλεφαρίδων μέν, ἀλλ᾽ οὐχ ἑκατέρωθεν· τὰ γὰρ κάτω βλέφαρα ψιλὰ αὐτοῖς τριχῶν. ὅθεν καὶ Σίμων τοῦτο ὄνειδος τῆς ἀμαθίας Μίκωνι προήνεγκεν, ὅτι καὶ τὰς κάτω βλεφαρίδας προσέγραψεν ἵππου γραφῇ, ad quam sententiam quia non amplius revertar hic iam locum adferre iuvat libri Hoffmanni qui inscribitur Das Exterieur des Pferdes p. 158: „Die Augenlider sind das obere und das untere. Am oberen stehen am Rande die Wimperhaare, das untere Augenlid hat keine Wimperhaare“, Apsyrtus in Hippiatr. p. 261: περὶ ἵππου εἴδους πολλοῖς γέγραπται καλῶς, ἄριστα δὲ πάντων Σίμωνι καὶ Ξενοφῶντι Ἀθηναίοις ἀνδράσι, πωλοδαμνίας δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους μόνῳ Ξενοφῶντι, Hierocles in Hippiatr. p. 3: τά τε Σίμωνος ἀκούεις τοῦ παλαιοῦ τῆς ἱππασίας αὐτοῦ τρόπους ἐν τῷ παρ᾽ Ἀθηναίοις Ἐλευσινίῳ χαράξαντος καὶ σημήναντος ἐν τοῖς σχήμασι, idem p. 173: καίτοι πολλοῖς τὰ τοιαῦτα ἠγνοήθη ὥσπερ Μήκωνι (sic) τῷ παλαιῷ, ὃς ᾤετο ἵππου καὶ τὸ κάτω βλέφαρον ἔχειν τρίχας, ἃς καλοῦσιν Ἕλληνες βλεφαρίδας· καθάπτεται γοῦν αὐτοῦ Σίμων τὴν ἄγνοιαν ταύτην αἰτιώμενος, denique Suidas sub verbo τρίλλη: γέγραπται ἐν τῷ τοῦ Ἀθηναίου Σίμωνος ἱπποϊατρικῷ περὶ γνωρισμάτων φλεβῶν, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς τρίλλης εἰσὶ φλέβες δύο, idem sub verbo Ἄψυρτος: Προυσαεὺς ἢ Νικομηδεύς, στρατιώτης στρατευσάμενος ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐν Σκυθίᾳ παρὰ τὸν Ἴστρον. ἱππιατρικὸν βιβλίον οὗτος ἔγραψε καὶ φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων καὶ ἕτερα. ἔγραψε καὶ Κίμων (an Σίμων? vid. τρίλλη) Ἀθηναῖος ἱπποσκοπικὸν βιβλίον θαυμάσιον.

Longe vero dignissimus qui cum fragmento Simonis conferatur est libellus Xenophontis περὶ ἱππικῆς. in quo ineunte Simonem quem secutus sit auctorem commemorat, deinde agit de pedibus I 1—8, singillatim de ungulis (3), talis (4), crure (5), genu (6), femine (7), tum de collo (8), genis et oculis (9), naribus (10), cervice, auribus, dorso (11), de lateribus (12), coxa (13), clunibus (14), denique de testibus inferioribusque partibus pedum posteriorum (16); postremo nonnulla de futura equi magnitudine adfert atque indicat, quo modo plurimi adolescere soleant. in quo capite plurima comparari possunt cum illo fragmento. ceteris libelli Xenophontis de re equestri capitibus exponuntur ratio tractandi pulli equini indomiti (II), emptio arsque colendi equi iam domiti (III—VIII); cap. IX—XII de ratione tractandorum equorum agitur, cap. XII de armatura equitis. in capitibus igitur II—XII non inveniuntur nisi singuli loci, qui conferri possint cum fragmento Simoniano, quod agitur iis de ratione colendi equi colendarumque singularum eius partium corporis. sed multo pauciora, quae comparentur, in hipparchico libro invenimus.

Sed iam singulos Xenophontis et Simonis locos inter se componamus. Σίμωνος Ἀθηναίου περὶ εἴδους καὶ ἐπιλογῆς ἵππων: titulus plane

convenit cum iis, quae memoriae tradita sunt, neque plus verbis traditis continetur quam indicatur illo. sed tamen plura Simonem de his rebus conscripsisse vel inde concludere possumus, quod legimus apud Xenophontem περὶ ἱππ. I 1: συνέγραψε μὲν οὖν καὶ Σίμων περὶ ἱππικῆς; verbo enim (τέχνη) ἱππική non significantur solum ea, quae in fragmento Simoniano memoriae prodita sunt, sed universa res equestris, de qua omni Xenophon in libellis suis disputavit. et similiter atque Xenophon Plinius N. h. XXXIV 15, 76 haec dixit: „(Demetrius fecit . . . Simonem) qui primus de equitatu scripsit“. praeterea iam vidimus alios quoque scriptores atque in primis Pollucem Simone auctore usos esse in rebus, quae non continentur fragmento, atque ipse Xenophon nomen Simonis adfert, ubi de arte exercendorum curandorumque equorum loquitur (περὶ ἱππ. XI 6: ἃ μὲν γὰρ ὁ ἵππος ἀναγκαζόμενος ποιεῖ, ὥσπερ καὶ Σίμων λέγει, οὔτ' ἐπίσταται οὔτε καλά ἐστιν).

Quod autem Xenophon, postquam paucis verbis exposuit, cur se de hac re disputare deceret, et Simonem auctorem nominavit, I 1 pergit: πρῶτον δὲ γράψομεν, ὡς ἄν τις ἥκιστα ἐξαπατῷτο ἐν ἱππωνίᾳ. τοῦ μὲν τοίνυν ἔτι ἀδαμάστου πώλου δῆλον ὅτι τὸ σῶμα δεῖ δοκιμάζειν, nihil addit, cuius aetatis pullum equi esse oporteat, cum Simo hoc doceat quamvis extremo in fragmento (ἕλκεται δὲ πῶλος ἐκ τῶν πωλίων διέτης).

Simo 1: δοκεῖ μοι περὶ ἰδέας ἱππικῆς πρῶτον, <εἴ τις> ἐπιθυμεῖ εἰδέναι καλῶς τοῦτο τὸ μάθημα, τὴν πατρίδα γιγνώσκειν, ὡς ἔστι κατά γε τὴν Ἑλλάδα χώραν κρατίστη ἡ Θετταλία. hanc sententiam non invenimus apud Xenophontem; atque obiter tantum discimus ex hipparch. VII 3 Boeotos quoque haud inexercitatis equitibus usos esse; idem fere de Persis et Odrysis π. ἱππ. VIII 6: ἃ δὲ φοβοῦνταί τινες μὴ ἀπορρηγνύωνται τοὺς ὤμους κατὰ τὰ πρανῆ ἐλαυνόμενοι, θαρρούντων μαθόντες, ὅτι Πέρσαι καὶ Ὀδρύσαι ἅπαντες τὰ κατάντη ἁμιλλώμενοι οὐδὲν ἧττον τῶν Ἑλλήνων ὑγιεῖς τοὺς ἵππους ἔχουσι.

Symmetriam corporis Simo maxime laudavit: κράτιστον δὲ ἐν παντὶ ζῴῳ ἡ συμμετρία. Xenophon sine ulla laude eius mentionem fecit: I 16 προϊόντος γὰρ τοῦ χρόνου πάντων τῶν τετραπόδων αἱ μὲν κνῆμαι εἰς μέγεθος οὐ μάλα αὔξονται, πρὸς δὲ ταύτας, ὡς ἂν συμμέτρως ἔχῃ, συναύξεται καὶ τὸ ἄλλο σῶμα.

De crinibus equorum eorumque colore, quem aequabilem et minime crinium asinorum similem esse Simo existimabat praestare, nihil discimus a Xenophonte; nihil enim legimus περὶ ἱππ. V 5 nisi haec: ἀνιστάντα δεῖ τὴν τρίχα σοβεῖν τὴν κόνιν κατὰ φύσιν τῆς τριχός· τῶν δ' ἐν τῇ ῥάχει τριχῶν ἄλλῳ μὲν ὀργάνῳ οὐδενὶ δεῖ ἅπτεσθαι, ταῖς δὲ χερσὶ τρίβειν καὶ ἁπαλύνειν ᾗπερ φύσει κέκλινται et V 7: καὶ οὐρὰν δὲ καὶ χαίτην πλύνειν χρή, ἐπείπερ αὔξειν δεῖ τὰς τρίχας.

Simo 4: δεῖ τὸν ἵππον ἄνω μὲν εἶναι βραχύν, κάτωθεν δὲ μακρόν, οἷον ἀπὸ μὲν τῆς ἀκρωμίας ἐπὶ τὰ ἰσχία βραχὺ τὸ χωρίον ἔχειν, ἀπὸ δὲ τῶν ὀπισθίων μηρῶν ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν μακρὸν ὡς πλεῖστον; conf. περὶ ἱππ. I 12: ὀσφῦς γε μὴν ὅσῳ ἂν πλατυτέρα τε καὶ βραχυτέρα ᾖ, τοσούτῳ ῥᾷον μὲν ὁ ἵππος τὰ πρόσθεν αἴρεται, ῥᾷον δὲ τὰ ὄπισθεν προσάγεται· καὶ ὁ κενεὼν δὲ οὕτω μικρότατος φαίνεται et XI 2: οὐ μέντοι, ὅ γε οἴονταί τινες τὸν τὰ σκέλη ὑγρὰ ἔχοντα καὶ τὸ σῶμα αἴρειν δυνήσεσθαι, οὕτως ἔχει· ἀλλὰ μᾶλλον ὃς ἂν τὴν ὀσφῦν ὑγράν τε καὶ βραχεῖαν καὶ ἰσχυρὰν ἔχῃ (καὶ οὐ τὴν κατ' οὐρὰν λέγομεν, ἀλλ' ᾗ πέφυκε μεταξὺ τῶν τε πλευρῶν καὶ τῶν ἰσχίων κατὰ τὸν κενεῶνα), οὗτος δυνήσεται πόρρω ὑποτιθέναι τὰ ὀπίσθια σκέλη ὑπὸ τὰ ἐμπρόσθια.

Ipso initio libelli de re equestri I 2 Xenophon praedicat quanti sint pedes boni: τοῦ γε μὴν σώματος πρῶτόν φαμεν χρῆναι τοὺς πόδας σκοπεῖν (conf. Sim. 4 εἶτα εὔποδα εἶναι); et postquam accuratissime omnes virtutes descripsit, paucis, quae maximi momenti sint, complectitur III 12: ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, ὅστις εὔπους μὲν εἴη, πρᾷος δέ, ἀρκούντως δὲ ποδώκης, ... οὗτος ἂν εἰκότως ἀλυπότατός τ' εἴη καὶ σωτηριώτατος τῷ ἀναβάτῃ ἐν τοῖς πολεμικοῖς. similiter in hipp. I 4 equum hac sola condicione utilem existimat, ut pedibus utatur talibus, ut in quovis solo currere possit: δεῖ δὲ καὶ τῶν ποδῶν ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως δύνωνται καὶ ἐν τραχείᾳ χώρᾳ ἱππεύειν, εἰδότα ὅτι, ὅπου ἂν ἀλγῶσιν ἐλαυνόμενοι, ἐνταῦθα οὐ χρήσιμοί εἰσι. conf. hipp. VIII 3: οἱ δέ γε δεδιδαγμένοι τε καὶ εἰθισμένοι τάφρους διαπηδᾶν παὶ τειχία ὑπεραίρειν καὶ ἐπ' ὄχθους ἀνάλλεσθαι καὶ ἀφ' ὑψηλῶν ἀσφαλῶς κατιέναι καὶ τὰ κατάντη ταχὺ ἐλαύνεσθαι, οὗτοι δ' αὖ τοσοῦτον διαφέροιεν ἂν τῶν ἀμελετήτων ταῦτα ὅσονπερ πτηνοὶ πεζῶν· οἱ δέ γ' αὖ τοὺς πόδας ἐκπεπονημένοι τῶν ἀτριβάστων πρὸς τραχέα ὅσονπερ ὑγιεῖς χωλῶν.

De ungulis auctores omnino consentiunt. Xenophon praeterea nonnulla praecipit de optima ungularum curandarum ratione, et quale stabulum esse oporteat, ne insanum equis neve ungulis eorum detrimento sit, demonstrat περὶ ἱππ. I 3 πόδας δ' ἄν τις δοκιμάζοι πρῶτον μὲν τοὺς ὄνυχας σκοπῶν· οἱ γὰρ παχεῖς πολὺ τῶν λεπτῶν διαφέρουσιν εἰς εὐποδίαν· ἔπειτα οὐδὲ τοῦτο δεῖ λανθάνειν, πότερον αἱ ὁπλαί εἰσιν ὑψηλαὶ ἢ ταπειναὶ καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν ἢ χαμηλαί. αἱ μὲν γὰρ ὑψηλαὶ πόρρω ἀπὸ τοῦ δαπέδου ἔχουσι τὴν χελιδόνα καλουμένην, αἱ δὲ ταπειναὶ ὁμοίως βαίνουσι τῷ τε ἰσχυροτάτῳ καὶ τῷ μαλακωτάτῳ τοῦ ποδός, ὥσπερ οἱ βλαισοὶ τῶν ἀνθρώπων· καὶ τῷ ψόφῳ δὲ ἔφη Σίμων δήλους εἶναι τοὺς εὔποδας, καλῶς λέγων· ὥσπερ γὰρ κύμβαλον ψοφεῖ πρὸς τῷ δαπέδῳ ἡ κοίλη ὁπλή, IV 3: ὥσπερ δὲ τοῦ ἵππου σίτου τε καὶ γυμνασίων ἐπιμελητέον, ὅπως ἂν τὸ σῶμα ἰσχύῃ, οὕτω καὶ τοὺς πόδας ἀσκητέον· τὰ μὲν τοίνυν ὑγρά τε καὶ λεῖα τῶν σταθμῶν λυμαίνεται καὶ ταῖς εὐφυέσιν ὁπλαῖς· τὰ δέ, ὡς μὲν μὴ ὑγρὰ εἶναι, ἀπόρρυτα, ὡς δὲ μὴ λεῖα, λίθους ἔχοντα κατορωρυγμένους

προσαλλήλους, παραπλησίους ὁπλαῖς τὸ μέγεθος. τὰ γὰρ τοιαῦτα σταθμὰ καὶ ἐφεστηκότων ἅμα στερεοῖ τοὺς πόδας, hipparch. I 16: ἐγώ φημι χρῆναι πεῖραν ἔχων χύδην καταβαλόντα λίθους τῶν ἐκ τῆς ὁδοῦ ὅσον μναιαίους καὶ πλεῖον καὶ μεῖον ἐν τούτοις τὸν ἵππον καὶ ψήχειν καὶ ἐνιστάναι, ὅταν ἀπὸ τῆς φάτνης ἀποβῇ· βαδίζων γὰρ ἐν τοῖς λίθοις οὔποτε ὁ ἵππος παύσεται οὔθ᾽ ὅταν ψήχηται οὔθ᾽ ὅταν μυωπίζηται[1]), περὶ ἱππ. V 9: τήν γε μὴν τῶν σκελῶν κατάπλυσιν ἀφαιροῦμεν· ὠφελεῖ μὲν γὰρ οὐδέν, βλάπτει δὲ τὰς ὁπλὰς ἡ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν βρέξις. infimam quoque ungulae partem emundari non minimi momenti esse discimus ex περὶ ἱππ. VI 2: ἢν δὲ ἀντία τῷ ἵππῳ ὁρῶν καὶ ἔξω τοῦ σκέλους, ὅταν καθαίρῃ, κατὰ τὴν ὠμοπλάτην καθίζων ἀποτρίβῃ, οὕτω πάθοι μὲν ἂν οὐδέν, δύναιτο δ᾽ ἂν καὶ τὴν χελιδόνα τοῦ ἵππου θεραπεύειν ἀναπτύσσων τὴν ὁπλήν.

Inde pariter in enarrando surgunt ad superiores partes corporis. περὶ ἱππ. I 4: ἐπεὶ δὲ ἠρξάμεθα ἐντεῦθεν, ταύτῃ καὶ ἀναβησόμεθα πρὸς τὸ ἄλλο σῶμα. δεῖ τοίνυν καὶ τὰ ἀνωτέρω μὲν τῶν ὁπλῶν κατωτέρω δὲ τῶν κυνηπόδων ὀστᾶ μήτε ἄγαν ὀρθὰ εἶναι ὥσπερ αἰγός[2]) · ἀντιτυπώτερα γὰρ ὄντα κόπτει τε τὸν ἀναβάτην καὶ παραπίμπραται μᾶλλον τὰ τοιαῦτα σκέλη· οὐδὲ μὴν ἄγαν ταπεινὰ τὰ ὀστᾶ δεῖ εἶναι· ψιλοῖντο γὰρ ἂν καὶ ἑλκοῖντο οἱ κυνήποδες εἴτ᾽ ἐν βώλοις εἴτ᾽ ἐν λίθοις ἐλαύνοιτο ὁ ἵππος.

De eis quoque quae ad superiores pedum partes pertinent in universum auctores congruunt, ita tamen ut Simo res ipsas tantum adferat, Xenophon sententias suas argumentis confirmet. Simo 5: δασέα δὲ καὶ παρὰ τὰς κνήμας ἐχέτω τὰ περὶ τὴν περόνην καὶ τὴν κνήμην καὶ νευρώδη καὶ ἄσαρκα ὡς μάλιστα ἄχρι τοῦ γονάτου; περὶ ἱππ. I 5: τῶν γε μὴν κνημῶν τὰ ὀστᾶ παχέα χρὴ εἶναι· ταῦτα γάρ ἐστι στήριγγες τοῦ σώματος· οὐ μέντοι φλεψί γε οὐδὲ σαρξὶ παχέα· εἰ δὲ μή, ὅταν ἐν σκληροῖς ἐλαύνηται, ἀνάγκη αἵματος ταῦτα πληροῦσθαι καὶ κρισσοὺς γίγνεσθαι, καὶ παχύνεσθαι μὲν τὰ σκέλη, ἀφίστασθαι δὲ τὸ δέρμα. χαλῶντος δὲ τούτου πολλάκις καὶ ἡ περόνη ἀποστᾶσα χωλὸν ἀπέδειξε τὸν ἵππον. — Simo 5: τὰ δὲ ἄνωθεν τούτου καὶ σαρκωδέστερα καὶ ἰσχυρότερα; περὶ ἱππ. I 7: μηροί γε μέντοι οἱ ὑπὸ ταῖς ὠμοπλάταις ἢν παχεῖς ὦσιν, ἰσχυρότεροί τε καὶ εὐπρεπέστεροι ὥσπερ ἀνδρὸς φαίνονται.

De pectore quae adiungitur sententia plane eadem est Simonis ac Xenophontis. Simo 6: τὴν δὲ διάστασιν τοῖν σκελοῖν ἐχέτω ὡς μεγίστην. τὰ δὲ στήθη μὴ στενὰ ἔχων λίαν μηδὲ πλατέα ἄγαν. περὶ ἱππ. I 7: καὶ

---

[1]) Exstat in codice Flor. hoc scholium: μυωπίζηται ἤγουν τύπτηται; conf. Poll. I 200: ἐνεθιζέτω δὲ τὸν πῶλον ὁδῷ λιθώδει μὴ πάντῃ τραχείᾳ· εἰ δὲ καὶ ἐν τῷ σταθμῷ καταβάλλοι λίθους μναιαίους ἀμφιδόχμους, περιχειλώσας σιδήρῳ, ὡς Ξενοφῶν ἔφη, τούτῳ τῷ ἔθει τῷ πρὸς αὐτοὺς στερεοῖ καὶ κρατύνει τοῦ ἵππου τοὺς πόδας.

[2]) Hoc loco Xenophon quod Simo 5 nominavit μετακόνιον explicavit verbis illis: τὰ ἀνωτέρω . . . ὀστᾶ; I 15 autem usus est nomine ἀστράγαλοι. conf. Apsyrtum in Hippiatricis p. 54: τὰ μεσοκόνια μὴ λίαν ὑψηλὰ μηδὲ ταπεινὰ μηδὲ κυνοβάτης ἔστω.

μὴν στέρνα πλατύτερα[1]) ὄντα καὶ πρὸς κάλλος καὶ πρὸς ἰσχὺν καὶ πρὸς τὸ μὴ ἐπαλλὰξ ἀλλὰ διὰ πολλοῦ τὰ σκέλη φέρειν εὐφυέστερα. conf. Poll. II 162: τὸ δὲ ὑπὸ τὰς κλεῖδας στῆθος . . . . τὸ δὲ ὑποκαταβαῖνον στέρνον.

Non inveniuntur apud Xenophontem, quae Simo 6 de umero et ala equi protulit; nam de ala omnino nihil Xenophon commemorat; umerum autem certe adtigit περὶ ἱππ. I 11: ἡ δ' αὖ ὑψηλὴ ἀκρωμία τῷ τε ἀναβάτῃ ἀσφαλεστέραν τὴν ἕδραν καὶ τοῖς ὤμοις καὶ τῷ σώματι ἰσχυροτέραν τὴν πρόσφυσιν παρέχεται.

In illis, quae dicuntur de forma et habitu colli, Xenophon praeter res ipsas comparationem quoque adfert π. ἱππ. I 8: ἀπό γε μὴν τοῦ στέρνου ὁ μὲν αὐχὴν αὐτοῦ μὴ ὥσπερ κάπρου προπετὴς πεφύκοι, ἀλλ' ὥσπερ ἀλεκτρυόνος ὀρθὸς πρὸς τὴν κορυφὴν ἥκοι, λαγαρὸς δὲ εἴη τὰ κατὰ τὴν συγκαμπήν . . . οὕτως ὁ μὲν τράχηλος πρὸ τοῦ ἀναβάτου ἂν εἴη, τὸ δὲ ὄμμα πρὸ τῶν ποδῶν ὁρῴη. καὶ βιάζεσθαι δὲ ἥκιστ' ἂν δύναιτο ὁ τοιοῦτον σχῆμα ἔχων καὶ εἰ πάνυ θυμοειδὴς εἴη· οὐ γὰρ ἐγκάμπτοντες ἀλλ' ἐκτείνοντες τὸν τράχηλον καὶ τὴν κεφαλὴν βιάζεσθαι οἱ ἵπποι ἐπιχειροῦσι.

De capite Xenophon disseruit περὶ ἱππ. I 8: ἡ δὲ κεφαλὴ ὀστώδης οὖσα μικρὰν σιαγόνα ἔχοι et I 11: καὶ μὴν κορυφὴ μὲν μείζων, ὦτα δὲ μικρότερα ἱππωδεστέραν τὴν κεφαλὴν ἀποφαίνει. conf. V 6: ὕδατι δὲ καταπλύνειν τὴν κεφαλὴν χρή. ὀστώδης γὰρ οὖσα εἰ σιδήρῳ ἢ ξύλῳ καθαίροιτο, λυποῖ ἂν τὸν ἵππον.

Fusius quam Simo de naribus Xenophon egit περὶ ἱππ. I 10: καὶ μυκτῆρές γε οἱ ἀναπεπταμένοι τῶν συμπεπτωκότων εὐπνοώτεροί τε ἅμα εἰσὶ καὶ γοργότερον τὸν ἵππον ἀποδεικνύουσι. καὶ γὰρ ὅταν ὀργίζηται ἵππος ἵππῳ ἢ ἐν ἱππασίᾳ θυμῶται, εὐρύνει μᾶλλον τοὺς μυκτῆρας.

De partibus capitis illis, quae maxillae buccae genae appellantur, Simo 7 haec docet: τὼ δὲ γνάθω μὴ παχείας καὶ ὁμαλὰς πρὸς ἀλλήλας et τὴν δὲ σιαγόνα ὡς μικροτάτην. Xenophon περὶ ἱππ. I 8: ἡ δὲ κεφαλὴ ὀστώδης οὖσα μικρὰν σιαγόνα ἔχοι et I 9: σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ εἰ ἀμφότεραι μαλακαὶ αἱ γνάθοι ἢ σκληραί, ἢ ἡ ἑτέρα. ἑτερόγναθοι γὰρ ὡς τὰ πολλὰ οἱ μὴ ὁμοίας τὰς γνάθους ἔχοντες γίγνονται. deinde conf. περὶ ἱππ. III 5: τούς γε μὴν ἑτερογνάθους (scholium in codice Flor.: ἑτερογνάθους λέγει τοὺς λεγομένους σκληροχαλίνους) μηνύει μὲν καὶ ἡ πέδη καλουμένη ἱππασία, πολὺ δὲ μᾶλλον καὶ τὸ μεταβάλλεσθαι τὴν ἱππασίαν et VII 13: ἱππασίαν δὲ ἐπαινοῦμεν τὴν πέδην καλουμένην· ἐπ' ἀμφοτέρας γὰρ τὰς γνάθους στρέφεσθαι ἐθίζει. καὶ τὸ μεταβάλλεσθαι δὲ τὴν ἱππασίαν ἀγαθόν, ἵνα ἀμφότεραι αἱ γνάθοι καθ' ἑκάτερον τῆς ἱππασίας ἰσάζωνται. his verbis duas Xenophon equitandi rationes indicat, quibus equi genis non aeque

[1]) Mirum quod pro eis quae Simo praecepit μὴ στενὰ λίαν μηδὲ πλατέα ἄγαν Xenophon utitur gradu comparationis altero: πλατύτερα, de quo conf. Beiträge zur hist. Syntax der griech. Sprache XI (Otto Schwab Hist. Syntax der griech. Komparation) p. 100 sqq.

exercitatis utiles fiant. quoniam vero notiones verborum πέδη et μεταβάλλεσθαι τὴν ἱππασίαν ab iis, qui ediderant Xenophontis libros, male intellectae esse videbantur, Godofredus Hermann fusius de hac re egit in commentatione de verbis, quibus Graeci incessum equorum indicarent (= opuscula I 63—80). etenim e Polluce (I 214: πέδη δὲ ἱππασία ἡ κυκλοτερής, ἑτερομήκης πέδη ἡ μῆκος τῷ κύκλῳ προστιθεῖσα) discimus rationem equitandi, quae πέδη vocatur, esse posse aut „gyrum simplicem, aut gyrum oblongum, qui in summa tantum atque in ima parte gyri speciem habeat, in utroque autem latere linea recta procedatur", ut Hermanni verbis utar. quam igitur rationem Xenophon praetulerit, intellegitur e περὶ ἱππ. VII 14: ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὴν ἑτερομήκη πέδην μᾶλλον τῆς κυκλοτεροῦς· ἥδιον μὲν γὰρ οὕτως ἂν ἀναστρέφοιτο ὁ ἵππος ἤδη πλήρης ὢν τοῦ εὐθέος καὶ τό τε ὀρθοδρομεῖν καὶ τὸ ἀποκάμπτειν ἅμα μελετῴη ἄν. Hermann re penitus cognita statuit Xenophontem verbo πέδη indicasse, quod nos dicimus Volte, verbis μεταβάλλεσθαι τὴν ἱππασίαν id, quod nos appellamus Volte renversée. praeterea Xenophon περὶ ἱππ. IV 5 indicat, quo modo genae equi tenerae servari possint: ὡς δὲ περὶ τῶν ὁπλῶν ὅπως στερεαὶ ἔσονται ἐπιμελητέον, οὕτω καὶ τὰ περὶ τὸ στόμα αὖ ὅπως μαλακὰ ἔσται ἐπιμελεῖσθαι δεῖ. τὰ δ' αὐτὰ ἀνθρώπου τε σάρκα καὶ ἵππου στόμα ἀπαλύνει. quod quid sit, non a Xenophonte sed a Polluce I 201 discimus: ἀπαλύνει δὲ τὰ χείλη χειρῶν τριβὴ καὶ ὕδατος χλιαροῦ προσβολὴ καὶ ἐλαίου ποτὲ ἀλοιφή. denique conf. περὶ ἱππ. VI 8: κἂν μὲν δέχηται (τὸ στόμιον), δῆλον ὅτι περιτιθέναι δεῖ τὸν κεκρύφαλον· ἐὰν δὲ μὴ ὑποχάσκῃ, ἔχοντα δεῖ πρὸς τοῖς ὀδοῦσι τὸν χαλινὸν τὸν μέγαν δάκτυλον τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς εἴσω τῆς γνάθου τῷ ἵππῳ ποιῆσαι. οἱ γὰρ πολλοὶ τούτου γιγνομένου χαλῶσι τὸ στόμα. ἢν δὲ μηδ' οὕτω δέχηται, πιεσάτω τὸ χεῖλος περὶ τῷ κυνόδοντι et VI 9: δεδιδάχθω δὲ καὶ τάδε ὁ ἱπποκόμος, πρῶτον μὲν μήποτε ἄγειν τῆς ἡνίας τὸν ἵππον· τοῦτο γὰρ ἑτερογνάθους ποιεῖ. ἔπειτα δὲ ὅσον δεῖ ἀπέχειν τὸν χαλινὸν τῶν γνάθων; similiter X 1: τοῦ μὲν ἕλκειν τε τὸ στόμα τῷ χαλινῷ . . . ἀπέχεσθαι δεῖ. consentaneum est omnia haec praecepta in brevi Simonis isto compendio locum non habuisse.

Xenophon ordinem mutavit, cum primum de genis, deinde de oculis, denique de naribus disputavit; Simo vero primum nares, deinde genas, denique oculos descripserat; sine dubio igitur Xenophon meliore ordine enarrandi usus est. et de oculis quidem περὶ ἱππ. I 9 haec proponit: καὶ μὴν τὸ ἐξόφθαλμον εἶναι ἐγρηγορὸς μᾶλλον φαίνεται τοῦ κοιλοφθάλμου, καὶ ἐπὶ πλεῖον δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ὁρῴη (conf. fragm. Simon.: τὼ δὲ ὀφθαλμὼ μεγάλω, ἔξω δὲ ὡς μάλιστα καὶ ἰδεῖν λαμπρώ); de auribus autem περὶ ἱππ. I 11 haec: ὦτα δὲ μικρότερα ἱππωδεστέραν τὴν κεφαλὴν ἀποφαίνει (conf. frgm. Simon.: τὰ δὲ ὦτα μικρὰ καὶ τοὺς ὀδόντας); de dentibus autem nihil Xenophon commemoravit, Simo et hoc loco et in fragmento exeunte.

De dorso lateribusque fragmentum Simonianum 8 haec habet: τὴν δὲ ἀκρωμίαν ὡς μεγίστην καὶ τὴν ῥάχιν; Xen. περὶ ἱππ. I 11: ἡ δ' αὖ ὑψηλὴ ἀκρωμία τῷ τε ἀναβάτῃ ἀσφαλεστέραν τὴν ἕδραν καὶ τοῖς ὤμοις καὶ τῷ σώματι ἰσχυροτέραν τὴν πρόσφυσιν παρέχεται. <ῥάχις γε μὴν> ἡ διπλῆ τῆς ἁπλῆς καὶ ἐγκαθῆσθαι μαλακωτέρα καὶ ἰδεῖν ἡδίων. neque vero quicquam Xenophon dixit de magnitudine dorsi, sed novi aliquid attulit, dorsum duplex; dicit autem nisi fallor toros in dorso equorum duos quorum unus est ἡ ἀκρωμία et inter quos media est depressa spina.

Cum loco autem fragmenti qui est τὰς δὲ πλευρὰς πλατυτάτας καὶ καθειμένας κάτω conferenda sunt verba Xenophontis περὶ ἱππ. I 12 quae supra p. 19 exscripsi. et quae continuo secuntur ὀσφῦς γε μὴν ὅσῳ ἂν πλατυτέρα τε καὶ βραχυτέρα ᾖ τοσούτῳ ῥᾷον μὲν ὁ ἵππος τὰ πρόσθεν αἴρεται, ῥᾷον δὲ τὰ ὄπισθεν προσάγεται· καὶ ὁ κενεὼν δὲ οὕτω μικρότατος φαίνεται, ὅσπερ μέγας ὢν μέρος μέν τι καὶ αἰσχύνει, μέρος δέ τι καὶ ἀσθενέστερον καὶ δυσφορώτερον αὐτὸν τὸν ἵππον παρέχεται plane concinunt cum eis quae legimus in fragmento: τὴν ὀσφὺν ἐχέτω ὑγράν, γνοίη δ' ἄν τις τὴν ὑγράν, εἰ μὴ ἐν ἀμφοῖν τοῖν σκελοῖν σταίη, ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ εἰς τὸ ἕτερον μεταβαίνοι τοῖν ὄπισθεν σκελοῖν et τὴν δὲ λαγόνα ὡς μικροτάτην.

Pergit autem Xen. I 13: τά γε μὴν ἰσχία πλατέα εἶναι μὲν χρὴ καὶ εὔσαρκα (conf. fragm.: τὸ δὲ ἰσχίον μέγιστον καὶ πλατύ), ἵνα ἀκόλουθα ᾖ ταῖς πλευραῖς καὶ τοῖς στέρνοις· ἣν δὲ πάντα στερεὰ ᾖ, κουφότερα ἂν τὰ πρὸς τὸν δρόμον εἴη καὶ ὀξύτερον μᾶλλον αὐτὸν τὸν ἵππον παρέχοιτο. neque vero usquam in Xenophontis libris invenire potui hanc Simonis sententiam: τὰς δὲ μηριαίας δεῖ μὴ σαρκώδεις εἶναι.

Ex contrario de inferioribus pedum posteriorum partibus Simo nihil disputavit; Xenophon vero περὶ ἱππ. I 15 haec certe addit: περί γε μὴν τῶν κάτωθεν ἀστραγάλων ἢ κνημῶν καὶ κυνηπόδων καὶ ὁπλῶν τὰ αὐτὰ λέγομεν ἅπερ περὶ τῶν ἔμπροσθεν.

Omnino vero concinunt quae de testibus proferunt Simo (τοὺς δὲ ὄρχεις ἐχέτω μικρούς) et Xen. περὶ ἱππ. I 15 (τούς γε μὴν ὄρχεις δεῖ μὴ μεγάλους τὸν ἵππον ἔχειν). et ad verba fragmenti quae secuntur τὸ δὲ μεταξὺ τῶν μηριαίων μὴ μετέωρον ἐχέτω μηδὲ πλῆρες ἀλλ' ὀλίγον ἐγκολλότερον quodam modo referri potest Xen. περὶ ἱππ. I 14: μηρούς γε μὴν τοὺς ὑπὸ τῇ οὐρᾷ ἣν ἅμα πλατείᾳ τῇ γραμμῇ διωρισμένους ἔχῃ, οὕτω καὶ τὰ ὄπισθεν σκέλη διὰ πολλοῦ ὑποθήσει.

Iam supra p. 21 attuli Xenophontis locos, ubi de illa corporis parte, quae ἕδρα appellatur, locutus est. sed quae Simo docet (καὶ τὴν ἕδραν ὡς μικροτάτην καὶ ὡς πορρωτάτω <τοῦ> ἰδεῖν) neque cum Xenophonte congruunt, neque idem utrumque nomine ἕδρα significare videri eodem loco demonstrare conatus sum. neque quae leguntur in frgm. Simoniano τὴν δὲ κέρκον μετέωρον ἐχέτω καὶ ἐκ τῶν ἰσχίων δασεῖαν καὶ μακράν ullam habent similitudinem cum eis quae Xen. περὶ ἱππ. V 7

de cauda protulit: καὶ οὐρὰν δὲ καὶ χαίτην πλύνειν χρὴ ἐπείπερ αὔξειν δεῖ τὰς τρίχας, τὰς μὲν ἐν τῇ οὐρᾷ, ὅπως ἐπὶ πλεῖστον ἐξικνούμενος ἀποσοβῆται ὁ ἵππος τὰ λυποῦντα. . . .

Similiter vero ac Simo Xenophon, quae dixit, περὶ ἱππ. I 17 complectitur: εἶδος μὲν δὴ πώλου οὕτω δοκιμάζοντες μάλιστ' ἂν ἡμῖν δοκοῦσι τυγχάνειν εὔποδος καὶ ἰσχυροῦ καὶ εὐσάρκου καὶ εὐσχήμονος καὶ εὐμεγέθους. εἰ δέ τινες αὐξανόμενοι μεταβάλλουσιν, ὅμως οὕτω θαρροῦντες δοκιμάζοιμεν. πολὺ γὰρ πλείονες εὐχρόαστοι ἐξ αἰσχρῶν ἢ ἐκ τοιούτων αἰσχροὶ γίγνονται. et de aetate equi, qui excipitur ex pullis aut emitur, et de signis aetatis similia addit περὶ ἱππ. III 1: πρῶτον μὲν τοίνυν μὴ λαθέτω αὐτὸν (= τὸν μέλλοντα μὴ ἐξαπατᾶσθαι ἐν ἱππωνίᾳ) τίς ἡ ἡλικία. ὁ γὰρ μηκέτι ἔχων γνώμονας οὔτ' ἐλπίσιν εὐφραίνει οὔθ' ὁμοίως εὐαπάλλακτος γίγνεται. etenim nomine γνώμονες significantur ei dentes, in quibus conspiciuntur maculae, quas nos Kunden dicimus; de quibus Born-Möller 335: „da die Kunden“, inquit, „in den Schneidezähnen des Unterkiefers gegen 6 mm tief sind, so muß die Kunde drei Jahre nach Beginn der Reibung des Zahnes verschwinden; an den Zangen also mit sechs Jahren, an den Mittelzähnen mit sieben und an den Eckzähnen mit acht Jahren.“ itaque optime cum Simone, qui statuit in equis sex annorum summam laborandi facultatem inesse, conspirat Xenophon, cum equum μηκέτι ἔχοντα γνώμονας ad emendum aptum esse negat. de aetate quidem, qua plurimum laboris equi perferre possent, Xenophon nihil certi commemoravit. conf. Hoffmann p. 249: „Die Lebensdauer ist nach Hering (Vorlesungen für Pferdeliebhaber 1834) im Allgemeinen 6—7 mal so lang als die Entwicklungszeit, also beim Pferde 30—35 Jahre . . . . Durch den Gebrauch erreichen die Pferde gewöhnlich weit nicht ein so hohes Alter und die durchschnittliche Lebensdauer wird kaum über 12—15 Jahre gehen . . . . Die Blütezeit ist nur sehr kurz bemessen, kaum daß ein Pferd vollständig entwickelt ist, tritt schon wieder Mißtrauen wegen seines Alters ein. Manches Pferd braucht bis zum siebenten Jahre, bis es fertig ist, und mit dem neunten will man beim Kaufe schon wieder wegen des Alters mit dem Preise zurückhalten“.

Itaque si omnia paucis complectimur, dicendum est primum auctores plane congruere in iis, quae de pectore, de oculis, de auribus, de coxis, de testibus, de aetate equi, qui ex pullis promitur, de signis aetatis dicunt; deinde eos congruere, sed fusius quidem Xenophontem disputare de aequitate et forma corporis, de pedibus optimis, de ungulis, de parte pedis inter crus et ungulam sita, de crure, de collo, de capite, de genis; tum diversa eos adferre de magnitudine, de dorso, de hypochondriis, de cauda; deinde accuratius agere Simonem de umero alaque; denique Xenophontem omnino nihil dixisse de aetate summae facultatis, nihil fere de clarissimorum equorum patria, nihil de capil-

lorum colore, nihil de clunibus; postremo dubium esse, utrum Xenophon Simonis sententia nisus sit in iis, quae de spatio dixit, quod interest inter clunes. quibus, nisi ipse se Xenophon Simone auctore usurum esse dixisset, non cogeremur concludere eum id fecisse; nunc vero, quoniam hoc professus est, in multis sententiis congruere Xenophontem cum Simone vel potius fragmento illo Simoniano confirmare possumus, atque etiam nonnullae fragmenti sententiae ad verbum paene in capite primo Xenophontis libello περὶ ἱππικῆς expressae sunt.

De Simone eiusque libro.

Quae cum ita sint, dubitari vix potest quin fragmentum de quo disputavimus ex ipso libro Simonis illius quo Xenophon usus est sit depromptum, praesertim cum plures eius locos cum eis congruere viderimus quae Pollux ad Simonem rettulit. si quis enim id consecutus esset ut falso suum libellum Simoni attribueret, non solum quam maxime cavisset ne ea neglegeret quae Pollux esse Simonis testatus est, sed etiam ne nimis a Xenophonte recederet quippe qui ipse Simonis se vestigia premere confiteatur. quid quod restant loci Pollucis aliorumque qui quamvis diserte ad Simonem referantur desint in fragmento, velut Poll. I 198, 204, II 69, praeterea Xen. περὶ ἱππ. XI 6, Hierocl. Hippiatr. 173, Suid. τρίλλη. hos locos quis quaeso omisisset qui animum induxisset librum Simonianum ipse componere? accedit quod Xenophon quoque sine dubio multo plures sententias, quam nos hodie demonstrare possumus, et in libro περὶ ἱππικῆς et in hipparchico e Simone repetivit, sicut nonnullae reliquiae libelli Simonis, quae aliis locis memoriae traditae sunt (velut Poll. I 194), plane cum verbis Xenophonteis congruunt. quamquam eo usque, quo Lenormant Mémoires de l'institut impérial de France, académie des inscriptions et belles lettres XXI 1857 (Sur la manière de lire Pausanias, appendix II: Simon d'Athènes et Demetrius d'Alopèce), procedere non audeo qui negavit Xenophontem aliud quicquam fecisse in libro περὶ ἱππικῆς nisi ut verba auctoris sui perpoliret; nam ita locutus non esset, ait Lenormant, nisi exemplum, quod ei praesto erat, ad verbum sequi voluisset. itaque doctus ille postquam locos Simonis et Xenophontis de ungulis comparavit, ita pergit: „Après avoir établi avec certitude ce point de comparaison, si l'on met en parallèle les principes d'hipposcopique développés dans le prémier chapitre du traité de Xenophon avec tout le fragment de Simon découvert à Cambridge, on retrouve, dans l'un comme dans l'autre texte, des préceptes et des observations identiques, et l'on reconnaît, comme je l'ai déjà dit, que l'écrivain le plus recent et le plus

habile s'est attaché principalement à présenter sous une forme élégante des idées exprimées par l'auteur primitif dans un style sententieux abrupte, où dominent les expressions techniques, et où la syntaxe offre l'embarras et l'irregularité qui caractérisent les plus anciens prosateurs de l'Attique." ego quidem istud exile genus dicendi non tam ipsi Simoni crimini dare malim quam ei qui ex eius libro fragmentum quod nobis ante oculos versatur deprompsit. atque in primis ex enuntiatis ἀσυνδέτοις et ex inopia coniunctionum, quarum scriptor paene nullis usus est nisi καὶ et δὲ, cum illis temporibus, qui litteris se dederant, non minime studerent eleganter compositeque proferre et coniungere sententias, iam oritur suspicio, qua dubitemus, utrum integra scriptoris verba memoriae prodita an ut mutilata ita contracta sint. accedit quod Suidas Simonis libellum appellat ἱπποϊατρικὸν βιβλίον (sub v. τρίλλη) vel ἱπποσκοπικὸν βιβλίον θαυμάσιον (sub v. Ἄψυρτος), quae nomina male quadrant ad verba tam pauca, quae in fragmento memoriae tradita sunt. deinde ex Plinii verbis „Demetrius fecit ... Simonem, qui primus de equitatu scripsit" (n. h. XXXIV 15 76) cognosci potest Simonem de universa re equestri scripsisse; nam nisi ita res se haberet, Plinius non esset usus voce equitatus.

Quodsi Lenormant consilium dedit, ut diligenter comparato hoc fragmento cum Xenophonteis libris ex his lacunae explerentur, ego quidem nescio an potius Pollucis onomasticum ad hoc aptius sit.

Blassii autem iam supra p. 15 attuli sententiam, qua exposuit veri simile esse Pollucem in primis in iis, quae de curandis et exercendis equis compilavisset, omnia fere, quae apud Xenophontem non exstarent, Simoni debere, sed non semper ipsa scriptorum verba illum descripsisse. in hac quoque re Lenormant longius in incertum mihi videtur processisse nisus Hierocle qui in initio Hippiatricorum (p. 3) haec dixit: ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ἕτερος ἦν ὁ κινήσας ἐπὶ ταῦτα, πολλὰς ἠναγκάσθην ἂν ἴσως συγγράψαι βίβλους περί τε φύσεως ἵππων διεξιὼν μίξεώς τε καὶ κυήσεως αὐτῶν, ἔτι δὲ ἀνατροφῆς καὶ χωρίων καὶ θέσεως, ἃ καλλίστην καὶ ὑγεινοτάτην αὐτοῖς παρέχειν εἴωθε νομὴν καὶ δίαιταν, καὶ πρό γε τούτων, ὅπως ἄν τις γνωματεύσειε τὸν ἄριστον ἵππον καὶ παρασκευάσειε μὴ δυσάγωγον εἶναι μηδὲ δύστομον καὶ δυσγάργαλον, ἀλλὰ ψάλλιον ἑτοίμως δέξασθαι καὶ τὸν ἀναβάτην μὴ χαλεπῶς ἐνεγκεῖν καὶ ταῖς τῶν ἐποχουμένων ὁρμαῖς ὑπακούειν πρὸς ἅπαν, ὃ βούλονται· ταῦτα πάντα διεξῄειν ἄν, εἰ πρὸς ἄλλον ἦν. ἐπεὶ δὲ καὶ λόγων οὐκ ἀμελέτητος εἶ καὶ τὰ περὶ τὴν ἱπποτροφίαν ἐκ προγόνων παρειληφὼς σπουδάσματα τυγχάνεις, τά τε Σίμωνος ἀκούεις τοῦ παλαιοῦ τῆς ἱππασίας αὐτοῦ τρόπους ἐν τῷ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλευσινίῳ χαράξαντος καὶ σημήναντος ἐν τοῖς σχήμασι τόν τε περὶ τῆς ἱππικῆς Ξενοφῶντι τῷ Γρύλλου συγγεγραμμένον διανέγνωκας λόγον· τούτου χάριν ἀπόχρη σημῆναι τὰ περὶ τῆς τῶν ἵππων θεραπείας καιριώτατα. in quibus inesse censuit

Lenormant brevem dispositionem disputationis alicuius de re equestri; cum autem illis Xenophontis libris nihil contineatur περὶ μίξεως καὶ κυήσεως, solum ad Simonem Hieroclis verba pertinere posse; itaque ex iis hoc modo universum Simonis opus disposuit: 1. ἱπποσκοπικόν, 2. ἱπποϊατρικόν, 3. dissertatio de rebus, quae nostris temporibus le manège appellari solent quibusque nomen ἱππηλατικὸν dare non dubitat; quae si vera essent, necesse totum librum terminatum esse disputatione des évolutions de la cavalerie. ego vero ex argumentis tam incertis restituere librum non audeo. immo malim existimare ἱπποσκοπικὸν et ἱπποϊατρικὸν βιβλίον unum atque eundem librum fuisse, cuius pars parva servata est. certo id solum dici potest Simonem ante Xenophontem de universa re equestri librum conscripsisse; sed quo usque in singulis partibus processerit, accurate statuere iam non possumus.

Postremo, quae de Simone ipso eiusque aetate dici possint, breviter componam.

Simonem Atheniensem fuisse tribus argumentis satis possumus confirmare ac primum quidem Apsyrti verbis (Hippiatr. p. 261 ed. Grynaei): περὶ ἵππου εἴδους πολλοῖς γέγραπται καλῶς, ἄριστα δὲ πάντων Σίμωνι καὶ Ξενοφῶντι Ἀθηναίοις ἀνδράσι, πωλοδαμνίας δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους μόνῳ Ξενοφῶντι, deinde Suidae (sub voce τρίλλη): γέγραπται ἐν τῷ τοῦ Ἀθηναίου Σίμωνος ἱππιατρικῷ περὶ γνωρισμάτων φλεβῶν, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς τρίλλης εἰσὶ φλέβες δύο, denique titulo ipso fragmenti quamvis inferiore aetate additus esse videatur (conf. supra p. 7).

Quodsi Suidas sub nomine Apsyrti Cimoni, Miltiadis filio, librum ἱπποσκοπικὸν attribuit, id sane errore factum est nato similitudine nominum Σίμων et Κίμων. neque igitur inde cum Lenormant concludere licet libellum Simonis Cimoni fuisse dedicatum.

Fortunis insignem fuisse Simonem inde intellegi potest, quod Xenophon περὶ ἱππ. I 1 testatur eum equum aeneum ante Eleusinium Athenis collocasse: συνέγραψε μὲν οὖν καὶ Σίμων περὶ ἱππικῆς, ὃς καὶ τὸν κατὰ τὸ Ἐλευσίνιον Ἀθήνησιν ἵππον χαλκοῦν ἀνέθηκε καὶ ἐν τῷ βάθρῳ τὰ ἑαυτοῦ ἔργα ἐξετύπωσεν. quae verba aliter interpretari non possum nisi ita ut basis equi imaginibus ectypis rerum gestarum Simonis ornata fuerit[1]). quae res quales fuissent facilius intellegeretur si Simo anno 424 munere ἱππάρχου functus re vera esset, id quod ex Aristoph. Equ. 242 sq. ἄνδρες ἱππῆς, παραγένεσθε· νῦν ὁ καιρός. ὦ Σίμων, ὦ Παναίτι', οὐκ ἐλᾶτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας; non solum antiqui interpretes collegerunt (conf. schol. ἵππαρχοι δὲ ὁ Σίμων καὶ ὁ Παναίτιος) sed etiam C. Robert Pauly-Wiss. IV 2850 (at vid. Kirchner Prosopogr. att. II 12.687 et 12.689);

[1]) Non enim repperi locum ubi ἔργον pro opere litterato ut ita dicam usurparetur.

sed conferas commentarium Blaydis, qui haec adnotat ad verba ὦ Σίμων ὦ Παναίτι': „Hos tamquam hipparchos compellat, quos duos Athenis fuisse co stat. V. Pollux VIII 94, Phot. p. 109, 24 (Dind.). Erant autem re vera choreutae, ut monuit Kock, qui confert Vesp. 400 seq., Lys. 254, 266, 303, 321, 356, 365, 370, Eccl. 293, Ach. 220". male vero ut mihi quidem videtur intellexit Xenophontis verba Plinius n. h. XXXIV 15 76: „fecit . . . . Demetrius Lysimachen, quae sacerdos Minervae fuit LXIV annis, idem et Minervam, ..., idem equitem Simonem, qui primus de equitatu scripsit" sive quem is secutus est, quia vix iste aeneus eques Simo, ut Helbig Archäol. Zeitung XIX 180 sq. voluit, ab equo Simonis aeneo discernendus est. neque satis pie respexit illa Hierocles in Hippiatr. p. 3: τά τε Σίμωνος ἀκούεις τοῦ παλαιοῦ τῆς ἱππασίας αὐτοῦ τρόπους ἐν τῷ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλευσινίῳ χαράξαντος καὶ σημήναντος ἐν τοῖς σχήμασι, qui pro Xenophontis nomine ἔργα substituit τῆς ἱππασίας τρόπους. praeterea omnibus Simonem notum fuisse eo demonstrari mihi videtur, quod Xenophon simpliciter loquitur de Simone neque signum nomini addidit. facillime autem notus esse potuit Simo si inter ditissimos nobilissimosque Athenienses erat et vel ea de causa studium in re equestri collocare potuit.

Ad aetatem denique Simonis definiendam magni momenti est testimonium Pollucis II 69: Σίμων τοῦτο ὄνειδος τῆς ἀμαθίας Μίκωνι προήνεγκεν ὅτι καὶ τὰς κάτω βλεφαρίδας προσέγραψεν ἵππου γραφῇ. Mico autem pictor, quem aequalem Simonis fuisse iam Lenormant ex hoc loco concluserat, cum Polygnoto medio fere V saeculo floruit.

COMMENTATIONES AENIPONTANAE

QVAS EDIT

E. KALINKA

VII

DE ENUNTIATIS GRAECORUM FINALIBUS

SCRIPSIT

I. KNUENZ

AD AENI PONTEM
IN AEDIBUS WAGNERIANIS
MDCCCCXIII

Iam dudum homines docti enuntiatorum finalium in sermone Graeco usum indagaverunt atque diversam scriptorum hac in re consuetudinem studuerunt definire; nam maxima reperta est in enuntiatorum finalium usu cum particularum tum modorum apud scriptores Graecos varietas. qua in re postquam Ph. Weber illo egregio, quem de enuntiatis finalibus Graecis conscripsit, commentario [1]) persecutus est scriptorum Graecorum loquendi rationem eorum, qui ad Aristotelis usque aetatem floruerunt, plures his quinque lustris disputationes editae sunt, quibus, qua ratione et superioris et inferioris aetatis scriptores in enuntiatis finalibus instruendis usi sint, exponitur. quae ut componerem atque, qui fuisset enuntiatorum finalium inde a primis temporibus usque ad Atticistarum, qui vocantur, aetatem in sermone Graeco usus, ostenderem, mihi propositum est.

Ac primum quidem meum erit eos enumerare scriptores Graecos, quorum enuntiata finalia docti examinaverunt. de iis igitur scriptoribus Graecis, qui aetate Alexandri Magni antiquiores erant, Weber quaestionem instituit; ad quem librum alii accesserunt, qui ad eosdem scriptores Graecos pertinent; inter quos egerunt

de Homero: C. Hentze, Zur Entwicklungsgeschichte der Finalsätze, Philol. XIX (1906) p. 161—192;

de Bacchylide: ad ea, quae Weber I 76 adfert, exempla ipse pauca illa, quae in papyris anno 1896 repertis insunt, addidi;

de Sophocle: J. Kobylański, De enuntiatorum finalium apud Sophoclem usu ac ratione progr. Suczava 1890;

---

[1]) Ph. Weber, Entwickelungsgeschichte der Absichtssätze, Würzburg I 1884, II 1885 = M. Schanz, Beiträge zur histor. Syntax der griech. Sprache, Heft 4/5 (= II 1/2).

de Euripide: F. Johnson, De coniunctivi et optativi usu Euripideo in enuntiatis finalibus et condicionalibus 1893;

de Herodoto: P. Bahr, De ὅκως coniunctionis apud Herodotum usu progr. Magdeburg 1887; R. Heiligenstädt, De enuntiatorum finalium usu Herodoteo cum Homerico ex parte comparato, p. I diss. Halle 1883; p. II progr. Rossleben 1892;

de Thucydide: S. P. Widmann, De finalium enuntiatorum usu Thucydideo 1875; J. M. Stahl, Quaestiones grammaticae ad Thucydidem pertinentes² 1886;

de Xenophonte: E. v. Oven, Die Finalsätze bei Xenophon 1882;

de Lysia: Kl. Matzura, Die Konsekutiv- und Finalsätze bei Lysias, progr. Horn 1903;

de Isaeo: H. Knop, De enuntiatis apud Isaeum condicionalibus et finalibus 1892;

de oratoribus Atticis: P. Dessoulavy, Grammatisch-stilistische Beobachtungen . . . über die Absichtssätze bei den attischen Rednern 1881.

Ad scripta Hippocratica, quae dicuntur, Ph. Weber non adgressus pauca tantum de loquendi usu istorum scriptorum e commentariolo, quem J. Kaute confecit [1], repetiit; quam ob rem ipse omnes libros, qui sub Hippocratis nomine traduntur, perquisivi atque eos ita quidem, ut singulos libros, quippe quos diversis temporibus a diversis medicis sophistisque scriptos esse notum sit, probe discreverim. in perquirendis vero libris Hippocraticis editione Teubneriana eorum 12 librorum, qui adhuc a Kuehlewein editi sunt [2], atque ceterorum librorum editione, quam Fr. Z. Ermerins Batavus curavit [3], usus sum. notas autem, quibus singulos libros corporis Hippocratici indicavi, post finem huius commentarii in appendice I. addidi.

De illorum autem, qui posteriore aetate florebant, scriptorum enuntiatis finalibus his libellis agitur:

de Aristotele: Ph. Weber, Die Absichtssätze bei Aristoteles, progr. Speyer 1885;

de Polybio: R. Amelung, De Polybii enuntiatis finalibus 1901;

---

[1]) Observationes grammaticae de modorum usu in Hippocratis scriptis genuinis 1876.

[2]) Hippocratis opera quae feruntur omnia: vol. I recensuit H. Kuehlewein, Lipsiae 1894; vol. II ex codicibus Italicis edidit H. Kuehlewein 1902 (= K).

[3]) Hippocratis et aliorum medicorum veterum reliquiae. mandatu academiae regiae disciplinarum, quae Amstelodami est, edidit Fr. Z. Ermerins, vol. I—III 1859—64 (= E).

de Diodoro: H. Diel, De enuntiatis finalibus apud Graecorum rerum scriptores posterioris aetatis 1894 [1]);

de Dionysio Hal.: H. Diel ibidem;

de Philone Alexandrino: J. Unna, Über den Gebrauch der Absichtssätze bei Philo von Alexandrien 1895;

de Iosepho Flavio: H. Diel, vid. supra;

de Dione: H. Geyr, Die Absichtssätze bei Dio Chrysostomus, progr. Wesel 1897;

de Plutarcho: H. Diel, vid. supra;

de Arriano: H. Diel, vid. supra;

de Appiano: H. Diel, vid. supra;

de Luciano: H. Heller, Absichtssätze bei Lucian I: ἵνα, ὡς, ὅπως (Symbolae Joachimicae p. 283—329) 1880;

de Maximo Tyrio: K. Dürr, Sprachliche Untersuchungen zu den Dialexeis des Maximus von Tyrus, Phil. Suppl. VIII (1900) p. 1—156;

de Aeliano: W. Schmid, Atticismus III (1889) p. 86|7;

de Philostrato II: W. Schmid, Atticismus IV (1893) p. 87—9;

de Cassio Dione: K. Niemeyer, Zu Cassius Dio, Neue Jahrb. f. Philol. CXIII (1876) p. 583 sqq.;

de Herodiano rerum scriptore: H. Diel, vid. supra;

de novi testamenti libris: J. Viteau, Étude sur le Grec du N. Testament 1893; E. de Witt-Burton, Syntax of the moods and tenses in new testament Greek 1900; Fr. Blass, Grammatik des neutestamentlichen Griechisch² 1902;

de titulis inscriptis [2]): R. Amelung, De Polybii enuntiatis finalibus 1901 [3]);

---

[1]) Hi rerum gestarum libri ab H. Diel examinati sunt: Polybii ἱστορίαι, Diodori βιβλιοθήκη, Dionysii Ῥωμαϊκὴ ἀρχαιολογία, Flavii Iosephi περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου, Ἰουδαϊκὴ ἀρχαιολογία, κατ' Ἀπίωνος, Ἰωσήπου βίος, Maccab. IV (qui liber ab Iosepho scriptus non est, cf. Christ-Schmid, Gesch. d. griech. Litt. II 1⁵ p. 433), Plutarchi βίοι παράλληλοι, Arriani ἀνάβασις Ἀλεξάνδρου, Appiani Ῥωμαϊκά, Herodiani τῆς μετὰ Μᾶρκον βασιλείας ἱστορίαι.

[2]) Doleo, quod librum Eduardi Hermann, qui inscribitur Griechische Forschungen I et amplam praebet materiam, iam non in usum meum convertere potui.

[3]) Tituli, quos Amelung perscrutatus est, sunt saeculorum a. Chr. n. IVi usque ad Ium atque in his libris collecti: IG II, VII, IX 1, XII 1—3, Dittenberger, Sylloge I¹ inde a pag. 259, II¹, Dittenberger-Purgold, Die Inschriften von Olympia (= Die Altertümer von Olympia V), M. Fränkel, Die Inschriften von Pergamon (= Altertümer von Pergamon VIII).

de papyris: R. Amelung ibidem[1]) et W. Schmid, Atticismus III (1889) p. 87 adn. 62[2]).

Inter hos, quos attuli, scriptores Graecos de enuntiatis finalibus Maximi Tyrii, Aeliani, Philostrati, Cassii Dionis pauca tantum investigata sunt, ita ut constructio enuntiatorum finalium, quae fuerit apud illos scriptores, plene cognosci nondum possit.

Atque eos quoque libros easque iam adferam commentationes, quibus in hoc commentariolo conscribendo ad naturam enuntiatorum finalium cognoscendam potissimum usus sum. sunt autem praeter libros grammaticos, quos composuerunt Car. Brugmann³, R. Kühner-B. Gerth, A. N. Jannaris (An historical greek grammar 1897), K. Meisterhans-E. Schwyzer, J. M. Stahl (Kritisch-historische Syntax des griech. Verbums 1907), W. W. Goodwin (A greek grammar 1907), hae commentationes:

A. F. Aken, Die Grundzüge der Lehre von Tempus und Modus im Griechischen 1861;

A. Bergaigne, De coniunctivi et optativi in indoeuropaeis linguis informatione et vi nativa 1877;

C. Chitil, Zur Konstruktion der Finalsätze im Griechischen, progr. Waidhofen ad Th. 1899;

B. Delbrück, Der Gebrauch des Konjunktivs und Optativs im Sanskrit und im Griechischen (Syntakt. Forschungen I) 1871;

B. Delbrück, Die Grundlagen der griech. Syntax 1879;

M. E. Earle, The subjunctive of purpose in relative clause in Greek, Class. Review VI (1892) 93 sqq.;

Franke, De particularum finalium apud Graecos constructione, Zeitschr. f. d. Altertum VI (1839) 1236 sqq.;

B. L. Gildersleeve, The final sentences in Greek, Amer. Journ. of Phil. IV 416 sqq., VI 53 sqq.;

K. Kunst, Über die Aktionsarten im Griechischen, Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1909 p. 683—704, 865—883;

H. Lattmann, Die Bedeutung der Modi im Griechischen und Lateinischen, Neue Jahrb. f. d. klass. Alt. VI (1903) p. 410 sqq.;

C. Mutzbauer, Die Grundlagen der griechischen Tempuslehre 1893;

---

[1]) Amelung hos papyros inspexit: Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque impériale et autres bibliothèques XVIII 1865, The Flinders Petrie papyri II 1893, Greek papyri in the British Museum ed. by F. G. Kenyon I 1893, II 1898.

[2]) Pauca tantum de numero particularum finalium in papyris Parisiensibus et Berolinensibus profert neque de constructione enuntiatorum finalium agit; qua re eorum tantum papyrorum, quos Amelung perscrutatus est, usum respexi.

C. Mutzbauer, Die Grundbedeutung des Konjunktivs und Optativs und ihre Entwicklung im Griechischen 1908;
L. Radermacher, Besonderheiten der Koine-Syntax, Wiener Studien XXXI (1910) p. 1 sqq.;
A. Thumb, Die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus 1901.

Rationem autem et divisionem, quam Ph. Weber in commentario suo instituit, hac me commentatione secuturum esse candide profiteor, cum et ipse aptissimam hanc viam esse iudicem et plures, qui de simili re grammatica disputaverunt, eadem vestigia presserint. itaque distinguam enuntiata finalia perfecta (vollständige Absichtssätze) et imperfecta (unvollständige Absichtssätze). etenim enuntiatum finale perfectum illud est, quod pendet a sententia qua actio certa ac definita quae per se omnino absoluta est continetur, cuius finis enuntiato finali indicatur, velut: deambulo ut vires reficiam; ita ut quodam modo duae integrae sententiae quarum utraque per se perfecta est consocientur. enuntiatum autem finale imperfectum illud est, quod pendet a verbis operam dandi, curandi, laborandi, similibus, quae supplementi cuiusdam indigent, quod enuntiato finali continetur, velut: cura ut valeas. in qua divisione eandem vim inesse apparet atque in ea, quae fieri solet in enuntiata finalia adverbialia vel absoluta (adverbiale Finalsätze) et enuntiata finalia obiectiva (substantivische Finalsätze, Substantivsätze der Wirkung) [1]).

Huic utrique generi enuntiatorum finalium pauca de particula ὅπως in enuntiatis ex alio non aptis adiciam atque postremo de structura finali post verba imperandi similiaque et de enuntiatis timendi agendum erit.

Sed antequam ea, quae de enuntiatorum finalium ratione atque usu ex illis libris collegi atque quae ipse indagavi, proponamus, praemonendum est multos eorum quorum libellis nisus sum non ea qua par erat diligentia ac fide munere suo functos esse; qua re factum esse doleo ut ne ea quidem quae ipse subiciam, quamvis multa pro viribus meis emendare definire supplere studuerim, omni ex parte rata atque absoluta essent. at tamen lineamenta certe huius de finalibus Graecorum enuntiatis quaestionis firma me duxisse confido.

Caput I. De usu finali simplicis particulae μή.

Apud poetas Graecos superioris aetatis saepe enuntiata finalia perfecta sola particula μή cum sententia primaria coniunguntur, ita

---

[1]) Kühner-Gerth II § 552; Amelung 20[a] alterum genus appellare mavult uneigentliche Finalsätze, quae enuntiata finalia ex enuntiatis interrogativis originem iudicat ducere.

ut particula finalis qua hypotaxis indicetur non addatur; haec enim inter usum particulae μή et usum particularum finalium ἵνα, ὅπως [ἄν], ὡς [ἄν], ὄφρα [κε] μή ratio apud illos poetas in enuntiatis finalibus perfectis intercedit:

Homerus:	μή 108,	particula fin. cum μή 39;
Hesiodus:	„ 9,	„ „ „ „ 4;
hymni Hom.[1]):	„ 3,	„ „ „ „ 2;
Pindarus[2]):	„ 4,	„ „ „ „ 2;
ceteri poetae lyrici:	„ 7,	„ „ „ „ 2[3]);
Aeschylus:	„ 7,	„ „ „ „ 10;
Sophocles:	„ 20,	„ „ „ „ 9;
Euripides:	„ 50,	„ „ „ „ 40;
Aristophanes:	„ 8,	„ „ „ „ 55.

itaque inter poetas solus Aristophanes multo saepius hypotaxi quam parataxi usus est; qua in re ad eos, qui soluto sermone usi sunt sive Attico sive Ionio, scriptores prope accessit, in quorum libris usum paratacticum particulae μή rarum fuisse ex hac tabula intellegas:

Herodotus:	μή 8,	hypotaxis 53;
Hipp. cap. vuln.[4]):	„ 1,	„ 1;
„ loc. in h.:	„ 1[5]),	„ 10[6]);
Thucydides[7]):	„ 4;	
10 oratores Attici:	„ 5;	
Aristoteles:	„ 4[8]),	hypotaxis 104.

ad quos e posterioribus scriptoribus accedunt

Polybius:	μή 5;
Diodorus:	„ 3;
Dio[9]):	„ 3.

in titulis denique et papyris talis usus μή particulae vix invenitur[10]). paulo vero saepius Plato et Xenophon ista parataxi usi sunt atque

---

[1]) μή I 106, IV 83, VII 23; ἵνα μή V 373, ὄφρα μή IV 46.

[2]) μή O IX 60, P IV 155, V 120, VIII 32; ὄφρα μή P V 62, ὡς μή N VIII 36.

[3]) ὄφρα μή Theogn. 546, ἵνα μή Sim. 103_3.

[4]) K II 20; 22.

[5]) E II 240.

[6]) In ceteris scriptis Hippocraticis sola hypotaxis, cuius omnino 138 numeravi exempla, reperitur.

[7]) IV 22, 105, VIII 75, 100.

[8]) Hist. anim. α′ 37, [Probl.] λγ′ 11, [Oec.] β′ 2; accedit Anaxim. rhet. 1.

[9]) XI 20, XIV 22, XLV 9; sed VI 38 διερευνᾶσθαι . . . μή τις ἔχοι σίδηρον enuntiatum non est finale sed interrogativum.

[10]) Duo exempla, in quibus μή tale legitur, adfert P. Viereck, Sermo Graecus p. 67; quae exempla insunt in senatus consulto anni a. Chr. n. 78 (IG XIV 951_{15}, $_{22}$) et explicari possunt imitatione constructionis Latinae.

apud plures scriptores inferioris aetatis hanc consuetudinem augeri videmus.

Plato:	μή 24;	Plutarchus:	μή 10[1]);
Xenophon:	„ 12;	Arrianus:	„ 5;
Dionysius:	„ 19;	Appianus:	„ 27;
Philo:	„ 11;	Herodianus:	„ 6[2]).
Iosephus:	„ 70;		

in libris vero novi testamenti μή tale non reperitur nisi post verba timendi aut post verba βλέπειν σκοπεῖν εὐλαβεῖσθαι, quae ad enuntiata finalia imperfecta pertinent. quae cum ita sint, constructio paratactica, quae a poetis epicis et lyricis et tragicis maxime frequentata erat, in plurimorum, qui soluto sermone utebantur, antiquiorum scriptorum libris paulatim fere deserebatur; ad quos Polybius quoque et Diodorus et Dio accesserunt; postea demum usus parataxis revixit.

De modis vero, quibus post μή paratacticum scriptores usi sint, si quaeras, eadem atque post particulas finales ratione ducti scriptores post tempus primarium coniunctivum, post tempus praeteritum coniunctivum aut optativum adhibuerunt[3]). rarissime vero aut optativus post tempus primarium[4]), qui attractione explicandus est, legitur (singulis locis apud Pindarum P V 120, Xenophontem Cyr. I 4, 25, Philonem vit. Moys. III 17) aut indicativus futuri[5]), quem legimus bis in Homericis carminibus (Υ 301, ω 544) et apud Aristoph. (Eccl. 488, 495), semel apud Theognim 1307 et Dionysium VI 62.

Eadem fere in enuntiatis finalibus imperfectis apud poetas Graecos est ratio parataxis atque in enuntiatis finalibus perfectis; ceteri vero scriptores atque etiam ii, qui μή paratacticum in enuntiatis finalibus perfectis paene deseruerunt, simplici μή particulae in enuntiatis finalibus imperfectis plerique magis indulserunt; id quod ex his nu-

---

[1]) Plutarchus bis in enuntiatis finalibus perfectis atque sexies in imperfectis ὅπως (ὡς) οὐ posuit (Ἀλκιβ. καὶ Κοριολ. σύγκρισις 1 ὅπως οὐ δόξουσι, Ἀγησ. καὶ Πομπ. σύγκρισις 2 ὅπως οὐ βλάψωσι — Lyc. 27 φυλάττειν ὡς . . . οὐκ ἀναπλησθήσεται, Fab. 10 σκοπεῖν ὅπως . . . οὐ φανεῖται, Alcib. 7 σκοπεῖν ὅπως οὐκ ἀποδώσει, Marc. 19 δεδιότων καὶ σκοπούντων ὅπως . . . οὐ προήσονται, Lys. 17 ὅπως οὐ πάρεισιν . . . τὸν φόβον ἐπέστησαν φύλακα, Timol. 9 φροντίζειν ὅπως οὐκ ἐπιβήσοιτο; at Nic. 16 γελοῖός ἐστιν ὅπως οὐ μαχεῖται potius enuntiatis interrogativis adscribendum esse videatur, conf. Kühner-Gerth II 370[2]). neque negativa particula οὐ omnibus his locis eo explicari potest, quod cum una sola enuntiati voce proxime coniungatur; cf. Diel p. 11.

[2]) De usu hoc paratactico in libris Luciani H. Heller nihil protulit neque de enuntiatis timendi.

[3]) Videas pag. 15 sqq.

[4]) Videas pag. 20 sq.

[5]) Videas pag. 23 sqq.

meris cognosces, dum modo enuntiatorum finalium imperfectorum numerum multo minorem esse quam perfectorum memineris:

Homerus: μή 4 (O 164, Φ 517, X 358, ρ 595);
hymni Hom. II 147[b]: μή 1;
Herodotus: μή 7;
Hipp. m. II E II 203: μή 1;
„ loc. i. h. E II 408: μή 1;
„ m. mul. II E II 698: μή 1;
„ artic. K II 188_{13}: μή 1;
„ vis. E III 281: μή 1;
„ vict. IV E III 488: μή 1 [1]);
„ aff. int. E II 328: „ 1;
Thucydides: μή 4 (III 105, IV 11, 124, VI 18; ind. fut. 1);
10 oratores Attici: μή 8;
Plato: „ 48;
Xenophon: „ 35 (ind. fut. 4);
Aristoteles: „ 11;
Diodorus: „ 2;
Dionysius: „ 11;
Philo (II 654 Mangey): μή 1;
Iosephus: μή 9;
Dio: μή 0 (hypot. 13);
Plutarchus: „ 7 (ind. fut. 1);
Arrianus: „ 1;
Appianus: „ 3;
Maximus: „ 1 (XXXVIII 5);
Herodianus: „ 1 (I 6, 3);
in libris novi test.: „ saepe;

sed non reperitur haec consuetudo in titulis neque in papyris.

Maior iste parataxis in enuntiatis finalibus imperfectis usus eo mihi videtur explicandus esse, quod haec enuntiata finalia saepe a verbis

---

[1]) In istis sex exemplis enuntiatum secundarium a voce φυλάσσεσθαι pendet, cuius vis proxime ad verba timendi accedit; quam ob rem ista consuetudo ponendae particulae μή post verbum φυλάσσεσθαι ab ea, quae in enuntiatis timendi subest, distingui fere non potest. septimum, quod restat, exemplum hoc est: int. aff. (E II 328): καὶ περιπάτοισι χρέεσθαι πρὸς τὰ σιτία τεκμαιρόμενος φυλασσόμενος μὴ ῥιγᾷ. quo loco Ermerins de suo intulit participium φυλασσόμενος et coniunctivi formam ῥιγᾷ pro optativo ῥιγῴη, quem codices atque ceteri, qui ediderunt, praebent. sed neutrum mihi probatur; nam participium φυλασσόμενος necessarium non est, quoniam enuntiatum secundarium a verbo τεκμαίρεσθαι pendere potest; ab hoc enim verbo saepe enuntiatum finale imperfectum pendet, velut Hipp. fract. (K II 97_8), m. mul. II (E II 546), aff. (E II 310). forma vero ῥιγᾷ reicienda est, cum nusquam haec forma ῥιγᾷ aut verbum ῥιγάω inveniatur, sed verbum sit ῥιγόω usitatum cum apud alios scriptores Graecos tum in libris corporis Hippocratici, velut in eodem hoc libro (E II 330) ὡς μὴ ῥιγώσῃ, (E II 385) ὅκως ἂν μὴ ῥιγώσῃ; cuius verbi vocales non in ου aut οι, sed in ω aut ῳ contrahi notum est. itaque aut forma ῥιγῴη retineatur oportet aut in coniunctivum aoristi ῥιγώσῃ immutetur, id quod maxime mihi arridet, primum quod similibus eiusdem libri locis (E II 330, 385) in enuntiato finali ῥιγώσῃ legitur, deinde quod optativus post tempus primarium rarissime in his scriptis reperitur, denique facillime vocalis ι adscripta et littera σ inter se potuerunt confundi.

φυλάττεσθαι, εὐλαβεῖσθαι, similibus pendent, quorum vis prope accedit ad eam, quae inest in verbis timendi.

Modos vero scriptores omnes fere semper coniunctivum aut optativum posuerunt aeque atque in enuntiatis finalibus perfectis, rarissime indicativum futuri, quem apud plerosque Atticos et plures posteriores scriptores modum enuntiatorum finalium imperfectorum maxime proprium fuisse demonstrabimus [1]. sed mirum est quod nonnunquam in enuntiatis finalibus imperfectis post particulam μή indicativus temporis praesentis vel praeteriti apparet.

Sophocles: 3 (El. 580, 584, Phil. 30);
Euripides: 3 (Hel. 119, Or. 208, Ion 1523);
Andocides I 103: 1;
Plato: 7;
Aristoteles: 3 (Pol. B 6, Θ 5, Eth. Eud. H 12).

apud posteriores scriptores nihil huius modi inventum est [2]. quem indicativi usum Weber I 90 sic explicat: „Nehmen wir . . . einen Satz wie ὅρα μὴ οἴεταί τι λέγειν, so fehlt, da kein Konjunktiv steht, der Gedanke der Abwehr, parataktisch: sieh zu, er glaubt etwas zu sagen. Hier wird die Richtigkeit einer Aussage geprüft; wir sagen im Deutschen dann: ob nicht. Das μή blieb stehen auch beim Indikativ, weil der Typus ὁρᾶν μή einmal da war."

Caput II. De particularum usu in enuntiatis finalibus perfectis.

Quinque sunt particulae, quibus Graeci enuntiata finalia cum sententia primaria copulabant: ἵνα, ὡς (ἄν, κεν), ὅπως (ἄν, κεν), ὄφρα (ἄν, κεν), ἕως [3]. quae quinque particulae omnes in solis Homericis carminibus leguntur; ἕως enim in sola Odyssia exstat; atque ὄφρα aut fere praevalet aut longe frequentissima est

---

[1]) Videas infra p. 30.

[2]) Unus locus Maximi (XXXVIII 5 ὅρα δὴ μή σοι θεὸς . . . ἀρετὴν νέμειν καὶ δύναιτο καὶ ἐθέλει) est omnino singularis si modo genuinus est indicativus.

[3]) Nova particula finali linguam Graecam Fl. Iosephus locupletare instituit duobus locis, quibus εἰς ὅ legitur (Ant. XVII 196, XVIII 61); sed duobus aliis, in quibus ἐφ' ᾧ et sententia et constructione finali instrui statuit Diel 17, (b. Iud. II 278, V 405) eadem potius vis inest in ἐφ' ᾧ quae semper: ea condicione ut. praeterea καθότι cum ind. fut. paucis locis titulorum Atticorum saec. V. et IV. legitur ubi desideres coniunctionem finalem, cf. Meisterhans-Schwyzer, Gramm. per att. Inschr. 255.

apud Homerum:	ὄφρα (ἄν, κεν) 253,	ἵνα 148,	ὡς (ἄν, κεν) 140,	ὅπως 9,	ἕως 5;
in hymnis Hom.:	„ 9,	„ 5,	„ 2 (V 273, VIII 11);		
apud Hesiodum:	„ 10,	„ 11,	„ 6;		
„ Pindarum:	„ 11,	„ —,	„ 4,	ὅπως 1 (N III 62);	
„ ceteros lyricos:	„ 7,	„ 5,	„ 6,	„ 2 (Hippon. 85_3, Anacr. 63_2);	

postea vero particula ὄφρα enuntiata finalia omnino defecit.

Iam apud tragicos poetas Atticos particula praecipua ὡς est, quam hic illic cum ἄν coniungunt.

Aeschylus:	ὡς 34 (11 cum ἄν),	ὅπως 17 (6 ἄν),	ἵνα 2 (VII 215, Pr. 61);
Sophocles:	„ 54 (5 „),	„ 33 (2 „),	„ 14;
Euripides:	„ 209 (27 „),	„ 26 (7 „),	„ 71.

deinde in compluribus corporis Hippocratici scriptis ὡς est particula praecipua.

vict. i. ac.:	ὡς 3 (K I 115_{11}, 119_{19}, 125_7);
epid. VI:	„ 3 (E I 577, 585, 590);
vect.:	„ 3 (K II 250_{23}, 251_1, 262_{15});
m. IV:	„ 2 (E II 455, 468);
cap. vuln.:	„ 1 (K II 22_{22});
epid. II:	„ 1 (E I 503);
gland.:	„ 2 (E III 188 bis);
off. med.:	„ 9, ὡς ἄν 1 (K II 44);
hum.:	„ 1 (E I 621), ὡς ἄν 1 (E I 623);
loc. in h.:	„ 20, ὡς ἄν 2 (E II 407, 410), ὄκως 4;
artic.	„ 23, „ „ 5, ὄκως 8, ἵνα 4 (K II 125_3, 149_1, 186_{19}, 227_{14});
fract.:	„ 9, „ 1 (K II 52_{18}), ὄκως 4, ὄκως ἄν 1 (K II 78_3), ἵνα 2 (K II 52_{12}, 110_2);
haem.:	„ 1 (E III 265), ὡς ἄν 1 (E III 265), ἵνα 1 (E III 267);
orr.:	„ 4, ὄκως 2 (E III 621, 623), ἵνα 1 (E III 619).

eodem autem numero particulae ὡς et ὄκως positae sunt in his libris Hippocraticis:

ulc.:	ὡς 4, ὄκως 4;
vict. i. ac. (add.):	„ 1 (K I 161_3), ὄκως 1 (K I 166_{10});
vict. II:	ὡς 1 (E III 460), ὄκως 1 (E III 460).

denique saepius coniunctione ὡς usi sunt Herodotus (27), Hipp. m. mul. I (5), m. mul. II (5), Xenophon (95), Aristophanes (18). apud plerosque vero scriptores Atticos rarissime legitur, velut apud Thucydidem (2: IV 4, VI 91), Platonem (1: Tim. 92 A), 10 oratores (5: Ant. V 53, VI 15, And. I 99, Lys. XXXI 24, Dem. XXIV 146), Aristotelem (2: Nat. ausc. γ 5, Oec. β 2), quibus se adiunxerunt Diodorus (1), Polybius, scriptores librorum novi test. (1) papyrorumque, apud quos

ὡς paene nusquam reperitur. sed illa aetate, qua scriptores atticismum, qui vocari solet, in loquendi usu profitebantur, particula ὡς denuo revixit atque apud quosdam praecipua particula erat.

Arrianus:	ὡς (ἄν) 98,	ὅπως (ἄν) 16,	ἵνα 4;
Lucianus:	„ 301,	„ 38,	„ 107;
Herodianus:	„ 48,	„ 12,	„ 27;
Philostratus:	„ 102,	„ 3 (Im. II 17_1, Her. 216_{25} K., Vita Apoll. VII 18, 299),	ἵνα 66.

praeterea satis saepe hac vocula usi sunt Dionysius (10), Philo (20), Iosephus (105), Dio (9), Plutarchus (101), Aelianus (8), Appianus (17). hunc, qui aetate Romana frequentabatur, usum Diel p. 50 eo explicat, quod tum maximi fuerit momenti ad sermonem Graecum immutandum lingua latina, in qua coniunctionis finalis ‚ut' similis est vis genuina ac particulae ὡς.

Particula ὅπως, quamquam apud plurimos scriptores saepe reperitur, apud paucos tamen particula finalis praecipua est; nam huius generis inter scriptores Atticos duo soli sunt

Thucydides:	ὅπως (ἄν) 115,	ὡς (ἄν) 2,	ἵνα 52;
et Xenophon:	„ 239,	„ 95,	„ 213.

ad quos accedunt

Diodorus:	„ 152,	„ 1,	„ 111;
et Plutarchus:	„ 199,	„ 101.	„ 65.

In maiore vero parte scriptorum corporis Hippocratici, quod nominatur, particula ὅκως aut fere unica est, id quod de 11 libris valet, aut ceteris particulis saepius legitur.

vict. I:	ὅκως 10;
nat. p.:	„ 3 (E III 492, 500, 516);
med.:	„ 2 (E III 330 bis);
cor:	„ 3 (E III 199, 203, 204), ἵνα 1 (E III 202);
exs. fet.:	„ 4, ὅκως ἄν 1 (E II 823);
a. aq. loc.:	„ 2 (K I 58_{16} bis), ὅκως ἄν 1 (K I 63_9);
vict. III:	„ 7, ὅκως ἄν 2 (E III 468, 472), ὡς 1 (E III 467);
ster.:	„ 11, ὡς 1 (E II 666);
nat. mul.:	„ 3 (E II 837, 841, 844), ὅκως ἄν 2 (E II 880, 884), ὡς ἄν 1 (E II 874);
vict. sal.:	„ 5, ὅκως ἄν 1 (E II 103), ὡς 1 (E II 110);
ep.:	„ 3 (E III 579, 585, 591), ὅκως ἄν 1 (E III 613), ἵνα 1 (E III 581);
m. II:	„ 4, ὡς 3 (E II 209, 220, 232);
vict. IV:	„ 2 (E III 490, 493), ἵνα 1 (E III 495);
superfet.:	„ 5, ὅκως ἄν 2 (E II 808 bis), ἵνα 3 (E II 802 ter);

m. mul. I: ὅκως 10, ὅκως ἄν 1 (E II 603), ὡς 5, ὡς ἄν 1 (E II 601), ἵνα 1 (E II 601);
„ „ II: „ 11, „ 1 (E II 692), ὡς 5, ὡς ἄν 1 (E II 701).

atque una particula finalis ὅκως invenitur eaque semel posita in his libris qui sunt: lex, ars, vet. med., aff., fist., princ. (E II 4, 18, K I 30_1, E II 260, 273, III 509). quae cum contulerimus cum usu ceterorum scriptorum Graecorum, illud animadvertemus horum inter omnes eos, qui exeunte saeculo a. Chr. n. quarto superiores fuerunt, solos Thucydidem et Xenophontem particulam ὅπως ceteris particulis finalibus praetulisse; atqui cum uterque scriptor ἵνα quoque particulam non raro usurpaverit, ista scripta Hippocratica in usu particularum finalium omnino singularia sunt. atque eadem particula ὅπως multi eorum quoque scriptorum satis saepe usi sunt, apud quos aut ὡς aut ἵνα particula praevaluit, id quod ex iis cognoscitur quae supra in pag. 10 sq. attuli atque infra subiciam.

Apud plerosque denique scriptores Graecos praecipua particula erat ἵνα. atque alii quidem tribus particulis usi sunt

Herodotus:	ἵνα	107,	ὅκως (ἄν)	17,	ὡς (ἄν)	27;
Aristophanes:	„	183,	ὅπως (ἄν)	42,	„	18;
Dionysius:	„	247,	„	7,	„	10;
Philo[1]):	„	625,	„	61,	„	20;
Iosephus:	„	294,	„	198,	„	105;
Dio:	„	96,	„	61,	„	9;

alii duabus fere solis particulis finalibus usi sunt

Antiphon:	ἵνα	8,	ὅπως (ἄν)	4,	ὡς	2 (V 53, VI 15);
Andocides:	„	21,	„	11,	„	1 (I 99);
Isaeus:	„	41,	„	6,	„	—;
Lycurgus:	„	5,	„	4,	„	—;
Demosthenes:	„	253,	„	18,	„	1 (XXIV 146);
Hyperides:	„	7,	„	3 (I 9, II 3, III 30 Bl.[2]);		
Plato:	„	368,	„	48,	ὡς (ἄν)	1 (Tim. 92 A);
Aristoteles:	„	207,	„	180,	„	2 (Nat. ausc. γ 5, Oec. β 2);
libri novi test.[2]):	„ fere	900,	„	53,	„	1 (Act. ap. XX 24);
Appianus:	„	213,	„	3,	„	17.

praeterea longe saepissime particulam ἵνα scripserunt Aelianus (ὡς ἄν 8),

---

[1]) In iis, quos extrema aetate conscripsit libris politicis, sola particula ἵνα usus est, cf. Unna 25.

[2]) ἵνα fere 200 locis invenitur in libris Ioannis, fere 700 in ceteris libris; in act. ap. inest ἵνα 12, ὅπως 15 locis. — ὅπως fere sexagies usurpatur sed semel tantum in libris Ioannis (XI 57); ὅπως ἄν vero ter invenitur in libris Lucae et semel in epistulis Pauli; cf. Viteau 71 sqq.

Maximus Tyrius (2 ὅπως), Cassius Dio. relincuntur ii, qui fere solam particulam ἵνα posuerunt.

Hipp.[1]) de morbis l. III: ἵνα 19, ὅκως 2 (E II 264, 267), ὡς 2 (E II 254 bis);
„ dec. hab.: „ 2 (E III 344, 345), ὅκως (ἄν) —, ὡς (ἄν) —;
„ octim.: „ 1 (E III 532), „ —, „ —;
„ epid. IV: „ 1 (E I 554), „ —, „ —;
Lysias: ἵνα 69, ὅπως (ἄν) 2 (XII 44, XIII 19), ὡς 1 (XXXI 24);
Isocrates: „ 94, „ 3 (III 2, V 152, XV 259), ὡς (ἄν) —;
Aeschines: „ 70, „ 3 (II 123, III 39, 170), „ —;
Dinarchus: „ 11, „ —, ὡς (ἄν) —;
Polybius: „ 138, „ 5, „ —.

Iam pauca de usu particularum, quae in papyris et titulis repertae sunt, commemoremus; qua in re oportet tempora distinguamus. etenim in papyris hae exstant particulae[2]):

saec. III: ἵνα 24, ὅπως 8, ὅπως ἄν 5;
„ II: „ 14, „ 25, „ —.

in titulis autem omnino alius aliis temporibus usus erat:

saec. IV: ὅπως ἄν 67, ὅπως 11, ἵνα 2 (IG II 601, Ditt. 209), = 80;
saec. III: „ 69, „ 29, „ 17, ὡς 2 (IG XII 1, 694; Ditt. 258), ὡς ἄν 3 (IG VII 303; XII 2, 15; Ditt. 221), = 120;
saec. II: „ 4, ὅπως 67, ἵνα 25, ὡς —, ὡς ἄν 6, = 102;
saec. I: „ 4, „ 25, „ 33, „ —, „ —, = 62[3]);

itaque cum saeculis quarto et tertio a. Chr. n. ὅπως ἄν omnino praevaluisset, postea ὅπως et ἵνα frequentiores erant, ita ut saeculo II ὅπως, primo ἵνα esset particula praecipua[4]).

Iam si particulas impuras, dico eas, quae cum ἄν coniunctae sunt, separabimus, maxima varietas reperitur in carminibus Homericis: ὡς κεν (ἄν) 38, ὄφρα κεν (ἄν) 14, ἵνα κεν 1 (μ 156); sed iam in iis ἄν (κεν)

---

[1]) Isti soli sunt corporis Hippocratici libri, in quibus particula ἵνα praevalet.

[2]) W. Schmid, Atticismus III 87_{62} e papyris Parisiensibus et Berolinensibus exempla collegit particulae ἵνα 15, ὅπως 24.

[3]) Meisterhans-Schwyzer, Gramm. der att. Inschriften 253—255, ubi enuntiata finalia perfecta et imperfecta non seiunguntur, hos suppeditat numeros:

saec. V: ὅπως ἄν 23, ὅπως 1 (ind. fut.), ἵνα 2;
„ IV: „ 63, „ 5, „ 0;
„ III: „ 45, „ 6, „ 2;
„ II: „ 9, „ 9, „ 4;
„ I: „ 3, „ 10, „ 7, ὡς numquam, ὡς ἄν non ante II. saec. p. Chr.

[4]) In Romanorum magistratuum epistulis et in senatus consultis, quae P. Viereck (Sermo Graecus 67 sq.) perscrutatus est, plerumque ὅπως, rarius ἵνα scriptum est.

saepissime addi vides coniunctioni ὡς, sicut in hymnis Homericis, ubi bis ὡς ἄν (ὥς κε), semel ὄφρα κε invenitur. apud Hesiodum et poetas lyricos antiquiores sola haec particula impura ὡς ἄν (κεν) eaque paucis locis legitur. quae apud tragicos quoque et Herodotum et in nonnullis scriptis Hippocraticis praecipua est particula impura.

Aeschylus:	ὡς ἄν 11,	ὅπως ἄν 6;
Sophocles:	„ 5,	„ 2 (El. 41, Oed. C. 575);
Euripides:	„ 27,	„ 7;
Herodotus:	„ 11,	„ 5;
Hipp. aph.:	„ 2 (E I 399, 402),	ὅκως ἄν —;
„ hum.:	„ 1 (E I 623),	„ —;
„ m. sacr.	„ 2 (E II 57, 76),	„ —;
„ loc. in h.:	„ 2 (E II 407, 410),	„ —;
„ artic.:	„ 5,	„ —;
„ off. med.:	„ 1 (K II 44),	„ —;
„ haem.:	„ 1 (E III 265),	„ —;
„ praed. II:	„ 1 (E III 374),	„ —;
„ m. mul. I:	„ 1 (E II 601),	„ 1 (E II 603);
„ „ II:	„ 1 (E II 701),	„ 1 (E II 692);
„ fract.:	„ 1 (K II 52),	„ 1 (K II 78).

sed apud Aristophanem particula ὅπως ἄν praevaluit atque apud scriptores soluti sermonis ὡς ἄν fere deest, si Xenophontem excipias.

Aristophanes:	ὅπως ἄν 24,	ὡς ἄν 14;
Lycurgus:	„ 2 (86, 113);	
Hyperides:	„ 2 (II 3, III 30);	
Plato:	„ 25;	
Xenophon:	„ 18,	ὡς ἄν 12;
Hipp. superfet.:	ὅκως ἄν 2 (E II 808 bis),	ὡς ἄν —;
„ vict. III:	„ 2 (E III 468, 472),	„ —;
„ a. aq. loc.:	„ 1 (K I 63),	„ —;
„ vict. sal.:	„ 1 (E II 103),	„ —;
„ vis.:	„ 1 (E III 280),	„ —;
„ exs. fet.:	„ 1 (E II 823),	„ —;
„ ep.:	„ 1 (E III 613),	„ —;
„ aff. int.:	„ 8,	„ 1 (E II 315);
„ nat. mul.:	„ 2 (E II 880, 884),	„ 1 (E II 874);
Aristoteles:	ὅπως ἄν 5,	„ —.

ceteri scriptores antiquiores atque nonnulli, qui inferioris erant temporis, raro aut nunquam particulas impuras posuerunt.

Thucydides:	ὅπως ἄν 1 (VII 65),	ὡς ἄν 1 (VI 91);
Isocrates:	„ 3 (III 2, V 152, XV 259);	
Demosthenes:	„ 4;	

Aeschines:	ὅπως ἄν 1 (III 39);	
Philo:	„ 1 (de mut. nom. 20),	ὡς ἄν 1 (de agric. 33);
libri novi test.:	„ 4,	„ —.

desunt particulae impurae in libris ceterorum oratorum Atticorum (Antiphontis, Andocidis, Lysiae, Isaei, Dinarchi), Polybii, Diodori, Arriani, in pluribus scriptis Hippocraticis (videas appendicem III). apud plerosque vero inferioris aetatis scriptores ὡς ἄν denuo videmus revixisse.

Dionysius:	ὡς ἄν 5;		Appianus:	ὡς ἄν 12,	ὅπως ἄν —;
Iosephus:	„ 38,	ὅπως ἄν 6;	Lucianus:	„ 18,	„ —;
Dio:	„ 4,	„ 3;	Aelianus:	„ 8,	„ —;
Plutarchus:	„ 7,	„ —;	Herodianus:	„ 23,	„ —.

de papyris et titulis iam supra p. 13 egimus.

Denique particula ἵνα cum ἄν (κεν) coniuncta praeter unum exemplum, quod exstat in Odyssia (μ 156 sq.: ἵνα εἰδότες ἤ κε θάνωμεν ἤ κεν ἀλευάμενοι θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν), nullo alio loco legitur de quo non sit orta dubitatio. nam ut omittamus Soph. Oed. Col. 189 et 405 et Eur. Iph. Aul. 1579, ubi ἵνα ἄν cum optativo coniunctum localem vim videtur habere, recte ἄν deletum est post ἵνα Xen. Cyrop. VII 5, 25 et [Dem.] XXV 33; sed num etiam [Plat.] Epinom. XIII p. 991 D ἵν' ὁ πιστεύσας . . . . . ἡγήσαιτ' ἄν liceat emendando ἄν tollere, in medio relinquere malim; conf. praeterea p. 23[1].

Caput III. De modorum in enuntiatis finalibus perfectis ratione.

In enuntiatis finalibus post tempus primarium coniunctivum, post tempus praeteritum aut optativum aut coniunctivum poni solet credi; sed rem non tam simpliciter se habere iam videbimus. id tamen constat particulas impuras ὅπως (ὡς) ἄν paene semper ab Atticis quidem cum coniunctivo qui plerumque a tempore praesenti pendeat construi, cf. Weber II 114 sqq.[1]).

---

[1]) Alios velut Homerum Herodotum Xenophontem persaepe etiam particulas impuras cum optativo coniunxisse, praesertim ubi enuntiatum finale penderet a tempore praeterito, Weber eodem loco docuit. at praestat singula proponere.

Homerus: ὄφρα κε (ἄν) 12 coni. (3 post tempus II), 2 opt. post temp. II;
ὥς κε (ἄν) 29 „ (2 „ „), 9 „ (3 „ „);
ἵνα κε 1 (μ 156 sq. ἐρέω . . . ἵνα . . ἤ κε θάνωμεν ἤ κεν . . . φύγοιμεν);
hymni Hom.: ὄφρα κε 1 opt. post tempus II;
ὥς κε (ἄν) 1 coni. post temp. I, 1 opt. post temp. I;
Herodotus: ὡς ἄν 6 coni. (4 post temp. II), 5 „ „ „ II;
ὅκως ἄν 1 coni. post temp. II, 4 opt. (3 „ „ II);

a) De coniunctivo et optativo post tempus praeteritum positis.

Cum non eadem sit omnium scriptorum Graecorum consuetudo in ponendo coniunctivo aut optativo post tempus secundarium, scriptores in tria genera dividere expedit. etenim alii, qui superiore aetate plerique sunt numero, atque in primis omnes poetae antiquiores *saepius coniunctivo optativum* ponere solebant, id quod ex hac tabula cognosci potest:

Homerus:	coni. 35, optat. 156 (?);
Hesiodus:	„ 2 (Th. 892, Op. 85), optat. 8;
lyrici poetae:	„ 5, optat. 11;
Aeschylus:	„ 2 (Eum. 638, Prom. 463), optat. 9;
Sophocles:	„ 2 (El. 390, 391), optat. 18;
Euripides:	„ 26, optat. 56;
Aristophanes:	„ 13, „ 35;
Antiphon:	„ 1 (I 23), optat. 6;
Andocides:	„ 7, optat. 10;
Isaeus:	„ 8, „ 17;
Plato:	„ 18, „ 63;
Xenophon:	„ 34, „ 198;

---

ceteri poetae post particulas impuras semper fere coniunctivum posuerunt qui pendet a tempore primario (Hesiodus 2 ὥς κε et 1 ὡς ἄν, poetae lyrici 1 ὡς ἄν, Aeschylus 11 ὡς ἄν et 5 ὅπως ἄν, Sophocles 5 ὡς ἄν et 2 ὅπως ἄν, Euripides 27 ὡς ἄν et 7 ὅπως ἄν, Aristophanes 14 ὡς ἄν et 24 ὅπως ἄν); semel tantum Pindarus O. VII 42 ὡς ἄν, semel Aeschylus Ag. 364 ὅπως ἄν cum optativo post tempus II coniunxerunt. scriptores vero Attici qui oratione soluta usi sunt omnes locis 43 ὅπως ἄν cum coniunctivo construxerunt (33 post tempus I, 10 post II), unus Thucydides semel (VII 65) ὅπως ἄν cum optativo post tempus II, semel (VI 91) ὡς ἄν cum coniunctivo post tempus I. eodemque modo atque Attici omnia scripta Hippocratica (sive ὡς ἄν sive ὅκως ἄν antecedit), Aristoteles (5 ὅπως ἄν), Philo (1 ὅπως ἄν et 1 ὡς ἄν post tempus I), tituli (praeter IG III 5, de quo conf. p. 21[1]), papyri ubicumque exhibent particulas impuras coniunctivum adiciunt. Xenophon vero quem a sermone Attico saepius longe recessisse constat omnino aliam prae se fert speciem:

ὅπως ἄν 14 coni. (1 post tempus II), 4 opt. post t. II;
ὡς ἄν 9 „ post tempus I, 3 opt. (1 post t. II).

e scriptoribus denique inferioris aetatis haec pauca habeo quae proferam:

Dio: ὅπως ἄν 2 coni. (LXXVIII 26 post tempus I, LI 7 post II), 1 opt. (LXVII 5 post temp. I per adsimulationem);
ὡς ἄν 4 „ (XII 11 et XXXIX 8 post tempus I, V 16 et XXXII 67 post tempus II);
inter 7 igitur locos 6 habet coniunctivos;

Lucianus: ὡς ἄν 8 coni. post tempus I, 9 opt. (4 post tempus II), semel (Asin. 25) opt. et coni. post tempus I;

Aelianus: ὡς ἄν 3 coni. post tempus I, 6 opt. (3 post. t. II), conf. p. 17[5].

Arrianus[1]):	coni. 9,	optat. 35;	
Appianus[1]):	„ 27,	„ 200;	
Herodianus[1]):	„ 22,	„ 64.	

alii scriptores post tempora praeterita tam saepe coniunctivo usi sunt, ut eius numerus numerum formarum optativi aut adaequaret aut superaret; inter quos numerantur

Herodotus:	coni. 55,	optat. 42;
Hipp.[2]) orr.:	„ 2 (E III 620, 621),	optat. 2 (E III 623, 625);
„ nat. p.:	„ 1 (E II 500),	optat. 1 (E II 492);
„ m. sacr.:	„ 1 (E II 52),	„ —;
„ princ.:	„ 1 (E III 509),	„ —;
Thucydides:	„ 78,	optat. 54;
Lysias:	„ 18,	„ 18;
Isocrates:	„ 14,	„ 14;
Lycurgus:	„ 2 (26, 28),	optat. 2 (91, 119);
Aeschines:	„ 9,	optat. 6;
Demosthenes:	„ 38,	„ 37;
Dinarchus:	„ 1 (I 3),	optat. 1 (I 80);
Hyperides:	„ 1 (III 22),	optat. 1 (I 30);
Polybius:	„ 72,	optat. 8;
Diodorus[3]):	„ 221,	„ 12;
Dionysius[3]):	„ 136,	„ 74;
Philo:	„ 254,	„ 27;
Iosephus[3]):	„ 367,	„ 181;
Dio:	„ 35,	„ 10;
Plutarchus[3]):	„ 171,	„ 159;
Lucianus[4]):	„ 34,	„ 16;
Aelianus[5]):	„ 28,	„ 8;

Maximus Tyrius quoque saepius coni. quam opt. posuit.

---

[1]) In his scriptoribus Diel usum enuntiatorum finalium perfectorum et imperfectorum non discernit, sed utriusque generis constructiones coniungit, cf. Diel p. 19.

[2]) Solis istis 8 locis tempus secundarium in enuntiato superiore, a quo enuntiatum finale perfectum pendet, invenitur.

[3]) Numerantur enuntiata finalia et perfecta et imperfecta, cf. Diel p. 19.

[4]) Numerantur enuntiata finalia perfecta quae incipiunt ab ἵνα et ὅπως, cum Luciani usus particulae ὡς (ἄν) omnino diversus sit; qua de re videas infra p. 21.

[5]) Numerantur enuntiata quae incipiunt a particula ἵνα, qua fere sola usus est Aelianus; in 9 enuntiatis, quae a particula ὡς ἄν incipiunt (cf. supra p. 15) ter coniunctivum et sexies optativum posuit (V. h. I 32 bis, N. a. VI 53—V. h. I 25, II 5, 23, IX 32, N. a. XI 16, XV 9 fin.), conf. p. 16.

in aliis denique scriptis fere solus coniunctivus tum post tempus praeteritum tum post praesens aut futurum positus est.

Aristoteles: coni. 41, optat. 1 (de an. hist. I 9);

in libris novi test., titulis [1]), papyris semper coniunctivus exstat.

Quae cum ita sint, in usu modorum post tempora praeterita discrimen inter scriptores observatur maximum; et licet coniunctivus compluribus locis eo explicari possit, quod aut consilium ad praesens usque tempus permanere indicetur [2]), aut ii qui rem narrant de rebus praeteritis tamquam de praesentibus loquantur [3]), tamen multis aliis locis talem explicandi rationem sufficere iure suo docti negaverunt [4]). velut J. M. Stahl 481 haec: „Ein Bedeutungsunterschied, inquit, ist zwischen dem Konjunktiv und dem obliquen Optativ, abgesehen davon, daß die indirekte Rede bei diesem auch zum formalen Ausdrucke gelangt, nicht vorhanden. Das zeigen Stellen, wo sie in parallelen Sätzen oder in gleichem Zusammenhange nebeneinander vorkommen". similiter C. Chitil in disputatione quam inscripsit „Zur Konstruktion der Finalsätze im Griechischen" eas, quae afferri solent, rationes non sufficere ostendit; sed etiam nova, quam ipse ingressus est viam, ut discrimen inter coniunctivum et optativum explicaret, probari mihi non potest [5]); ait enim p. 17: „Konjunktiv und Optativ im Finalsatze drücken einen größeren oder geringen (sic) Grad logischer Abhängigkeit des Nebensatzes vom Hauptsatze aus. Zwei Handlungen beziehen sich in strenger Ausschließlichkeit auf einander, bedingen einander, oder sie stehen in zufälligem, vermutetem Zusammenhang; der Konjunktiv ist demnach im Verhältnisse zum Optativ ein modus energeticus" [6]).

---

[1]) Meisterhans-Schwyzer, Gramm. der att. Inschr. 255 unum exemplum optativi cum ὅπως coniuncti e IV saec. a. Chr. exeunte (IG II suppl. 574 g) profert.

[2]) Ita coniunctivum apud poetas explicandum esse contendit Weber II 104.

[3]) Cf. Kühner-Gerth II 381 c.

[4]) Cf. J. M. Stahl, Krit.-histor. Syntax des griech. Verbums 1907 p. 481, R. Amelung p. 15, H. Geyr p. 7, H. Diel p. 24.

[5]) Videas Thumser, Zeitschr. f. österr. Gymn. 1901 p. 374.

[6]) Cuius sententiae duas adfert rationes: primum in Homericis carminibus coniunctivum post tempus secundarium tum maxime positum esse, cum sententia finalis in oratione recta, quae dicitur, insit, optativum vero, cum poeta hominis actioni consilium ipse de suo addat; quod si fiat, consilium cum enuntiato primario minus arte cohaerere contendit. altera deinde, quam proponit rationem, in eo sita est, quod Thucydides in enuntiatis timendi post tempora praeterita semper fere coniunctivo usus est; atqui enuntiatum timendi multo artius conecti cum enuntiato primario quam ceteras sententias finales. at prior ratio cum minore numero exemplorum a Chitil probatur tum iis reprobatur, quae supra ex libro Stahlii adnotavimus; de altera vero ratione infra agemus, ubi de sententiis timendi sermo erit (pag. 38).

Iam quod apud scriptores inferioris aetatis velut Polybium, Diodorum, in libris novi testamenti, in titulis coniunctivus multo saepius optativo ponebatur, mirum non videbitur ei qui meminerit in ea, quae κοινή vocatur, lingua optativum modum universum raro adhibitum esse[1]. ex contrario alii, ut a communi loquendi modo discederent atque atticismum, quem vocant, profiterentur, optativo magis uti coeperunt[2], inter quos Dionysius, Plutarchus, Arrianus, Appianus, Lucianus, Herodianus numerandi sunt.

Restat denique ut omnia illa, quae quidem noverim, exempla afferam, in quibus coniunctivus et optativus in unius enuntiati finalis membris coniuncti apparent.

Homerus:	1 (μ 156 sq.);
Euripides:	1 (Hec. 1138 in enuntiato timendi);
Aristophanes:	1 (Lys. 373 sq.);
Herodotus:	6 (semel opt. antecedit);
Thucydides:	5;
Lysias:	1 (XXXII 22 opt. antecedit);
Demosthenes:	1 (XXIII 93);
Hyperides:	1 (I 9 opt. antecedit);
Plato:	1 (Phaed. 88 C opt. antecedit);
Xenophon:	1 (Hell. II 1, 2 opt. antecedit in enunt. tim.);
Polybius:	1 (VIII 26 [28]);
Dionysius:	1 (III 9, 3 opt. antecedit);
Philo:	4 (de hum. 14, de sacrif. Abr. 20, de pl. 11, Tischend. 146; bis opt. antecedit);
Iosephus:	8 (semel opt. antecedit);
Dio:	2 (XXII 2, LVII 10[3]), opt. antecedit);
Plutarchus:	1 (Aem. P. 34 opt. antecedit);
Appianus:	5; Arrianus 1 (III 9 opt. antecedit);
Lucianus:	2 (Fugit. 7, Asin. 25, opt. antecedit);
Herodianus:	3 (I 5, 1 ὡς ἄν, I 6, 3, III 2, 5; opt. antecedit).

Quamquam inter haec exempla sunt, quae ea, quam Kühner[4] attulit rationem, explicentur, in aliis tamen nullum fere sententiae discrimen coniunctivo aut optativo adhibito effici et penes scriptorum arbitrium fuisse, utrum quoque loco utri praeferrent modum, constat.

---

[1]) Conf. K. Dieterich, Untersuchungen zur Geschichte der griech. Sprache von der hellenistischen Zeit bis zum 10. Jahrhundert, 1899 p. 140, 258.

[2]) W. Schmid, Atticismus I 97 sq.

[3]) Altero loco I. ab Arnim (nescio num codicem P secutus) substituit δοκοίη pro δοκῇ.

[4]) Kühner-Gerth II 387.

b) De optativo post tempus primarium posito.

Cum coniunctivus saepe post tempora secundaria legatur, optativus post tempus praesens omnibus fere aetatibus raro usurpabatur. atque ex paucis iis, quae exstant, exemplis, maior pars iis rationibus explicari potest, quas Weber II 102 proposuit:

1. „Die Vorstellung der Vergangenheit ist da, wenn auch zurückgedrängt oder versteckt oder an eine Form geknüpft, der sie eigentlich fremd sein sollte.
2. Es liegt Angleichung oder Assimilation vor [1]).
3. Der Absichtssatz legt seine Natur ab und nähert sich dem Charakter einer andern Satzart."

Iam exemplorum numerum subiciamus.

Homerus:	4;
lyrici:	2 (Theogn. 885, 1119);
hymni Hom.:	1 (VIII 11 ὥς κε);
Aeschylus:	1;
Sophocles:	6;
Euripides:	5;
Aristophanes:	5;
Herodotus:	2 (I 110 cum ἄν, II 93);
Hipp. m. sacr.:	1 (E II 53);
„ artic.:	1 (K II 118);
„ ep.	1 (E III 581) [2]);
Isaeus:	1 (III 21);
Isocrates:	1 (V 154);
Demosthenes:	4 (III 34, XXII 11, XXIV 145, 147);

---

[1]) Adsimulatione modus enuntiati finalis exaequari solet optativo enuntiati superioris. alius vero adsimulationis exempla duo in libris Philonis reperta sunt (cf. Unna p. 32), in quibus modus enuntiati finalis adsimuletur optativo enuntiati e sententia finali apti (leg. alleg. I 30, de hum. 14). cuius singularis attractionis unum exemplum in libris quoque Hippocraticis repperi: m. sacr. (E II 53): ταῦτα δὲ πάντα . . . προστιθέασι . . . ὄκως, εἰ μὲν ὑγιὴς γένοιτο, αὐτῶν ἡ δόξα εἴη καὶ ἡ δεξιότης, εἰ δ'ἀποθάνοι, ἐν ἀσφαλεῖ καθίσταιντο αὐτῶν αἱ ἀπολογίαι καὶ ἔχοιεν πρόφασιν.

[2]) Tribus aliis locis, quibus Ermerins aut Kuehlewein optativum scripserunt, coniunctivum, qui nonnullis codicibus praebetur, substituere malim: exs. fet. (E II 821) ἀπολισθάνοιεν; ἀπολισθάνῃ Parr. 3, quae lectio eo quoque commendatur, quod in sententia, quae proxime antecedit, ὅκως cum coniunctivo φοβῆται legitur et brevi infra tertium ὅκως cum coniunctivo — m. mul. II (E II 746) ὡς μὴ ὀλισθάνοι, ἀλλὰ μένοι καὶ ποιέοι; Littré suo iure cum melioribus codicibus coniunctivos ὀλισθάνῃ μένῃ ποιέῃ dedit — artic. (K II 229_{17}) μοχλεύοι; codices optimi praebent μοχλεύει aut μοχλεύῃ; itaque, cum ει et ῃ saepissime inter se permutari constet, μοχλεύῃ legere malim.

Plato: 2 (Rp. II 370 D, Leg. V 730 C);
Xenophon: 6.

apud scriptores inferioris aetatis haec paulo plura exstant exempla:

Dionysius: 4;
Philo: 24 (9 post ὡς);
Iosephus: 20 (9 post ὡς);
Dio: 9;
Plutarchus: 5 (2 post ὡς: Arist. 15, Demosth. 2);
Arrianus: 2 (2 post ὡς: Anab. VII 9, 9; 27, 3 fin.);
Appianus: 11 (4 post ὡς ἄν [1]);
Lucianus: 149 (143 post ὡς);
Herodianus: 1 (IV 14, 4);
Philostratus: 29, et post ὡς omnibus (102) locis

praeter quattuor optativum posuit post tempora et praesens et praeteritum. quid quod omnino aliquid novi apud istos inferioris aetatis scriptores eo continetur, quod praecipue post particulam ὡς, quacum post tempus praeteritum quoque optativum coniungere malebant quam cum ceteris particulis [2]), optativum ponebant; id quod maxime de scriptis Aeliani, Philonis, Iosephi, Luciani, Philostrati [3]) valet. quam rem singularem Unna p. 38 ex ipsa vi particulae ὡς explicare studet: „Seiner Bedeutung nach, inquit, bezeichnet ὡς das Anscheinende, das bloß Vorgestellte oder Vorgegebene. Diese in ὡς liegende Grundbedeutung scheint nun ihren Einfluß in der Weise zu äußern, daß sich an diese Partikel gerne der Modus anschließt, der mit der Wirklichkeit weniger eng zusammenhängt, der mehr geeignet ist, das bloß Vorgestellte zu bezeichnen.“ H. Diel p. 50 autem hac quoque in re sermonem Latinum magni momenti fuisse iudicat: „Accedit autem ad Latinorum coniunctivum Graecorum optativus multo propius et usu ac ratione neque vero non origine et specie.“ iam hoc unum certum est plura, quae apud posteriores scriptores inventa sunt exempla, iis, quae sermoni Attico fere subsunt, rationibus (conf. supra p. 20) explicari non posse, sed novam in hac re consuetudinem inrepsisse, quae unde originem duxerit diiudicare non audeo.

---

[1]) Bis legitur ὡς ἄν cum optativo post tempus primarium in titulo, qui est saeculi II/III post Chr. n. (IG III 5).

[2]) Videas H. Diel p. 20 sq. et 26.

[3]) Horum usus particulae ὡς (ἄν) post tempora praeteritum et praesens hic est:

Aelianus (ὡς ἄν):	coni. 3,	opt. 6, conf. p. 16 sq.;
Philo:	„ 7,	„ 13;
Lucianus:	„ 83,	„ 219;
Philostratus:	„ 4,	„ 98.

c) De indicativo temporis praeteriti in enuntiato finali.

Cum enuntiatum finale arte coniunctum sit cum actione primaria, factum est, ut in enuntiatis finalibus, quae ab enuntiato primario irreali, quod vocatur, pendent, indicativus praeteriti temporis usurparetur; consilium enim, quod enuntiato finali talis periodi continetur, re ipsa non est effectum; qua re simili modo atque in iis exemplis, quibus post optativum enuntiati primarii in enuntiato finali quoque optativus ponitur, modus enuntiati finalis adsimulatur ad modum enuntiati irrealis. quamquam adsimulatio ista necessaria non erat, sed sola ratio consilii coniunctivo (vel optativo) indicari potuit. atque apud antiquiores quidem scriptores modus plerumque adsimulatus est et raro modus, quo consilium ipsum indicetur, legitur; cuius rei Weber II 109 pauca exempla adtulit, sed locos non collegit. apud posteriores autem saepius nuda ratio consilii coniunctivo vel optativo adhibito indicata est. iam exemplorum numeros subiciemus; indicativo temporis praeteriti usi sunt

Aeschylus[1]): ἵνα —, ὡς 1 (Cho. 196), ὅπως 2 (Prom. 157, 749);

Sophocles: „ 1 (Oed. 1389), ὡς 1 (Oed. 1392), ὅπως 1 (El. 1134);

Euripides: „ 3 (Hec. 818, Iph. T. 357, Hipp. 647), ὡς 2 (Hipp. 930, 1079);

Aristophanes: „ 3 (Vsp. 961, Eccl. 152, 426), ὡς —, ὅπως 1 (Pax 136);

Andocides: „ —, „ —, „ 1 (II 21);

Lysias: „ 6;

Isocrates: „ 2 (IX 5, XVIII 51);

Isaeus: „ 2 (XI 6, frg. 3);

Demosthenes: „ 16, ὡς —, ὅπως 1 (XXXVI 20);

Aeschines: „ 1 (III 2)[2]);

Dinarchus: „ 1 (I 10);

Plato: „ 5, ὡς —, ὅπως 3 (Rp. II 378 A, Leg. VIII 830 B, XII 959 B);

Xenophon: „ —, „ 1 (An. VII 6, 23).

apud posteriores autem scriptores hic est usus particularum et modorum post enuntiatum irreale:

Polybius: indic. post ἵνα 1 (XL 6, 9);

Diodorus: „ „ —, coni. vel opt. 1 (ὅπως: XX 94);

Dionysius: „ „ —, „ „ 3 (3 ἵνα: VI 78, 1, IX 22, 3, XI 34);

Iosephus: „ „ —, „ „ 5 (2 ἵνα, 1 ὅπως, 1 ὡς, 1 μή);

---

[1]) Ante Aeschyli aetatem iste usus non est repertus.

[2]) Exemplum Aeschinis (III 2) certum non est: Bekker Weidner Blass scripserunt ἵνα ἐξῆν, Franke aliique ἵνα ἐξῇ, Turicenses ἵνα ἐξείη.

Dio: indic. post ἵνα 2 (VII 42, 5, LXI 17, 8);
Plutarchus: „ „ 3 (Cato 3, Brut. 37, Caes. 46), coni. vel opt. 1 (Cato 52);
Appianus: „ „ —, coni. vel opt. 1 (1 ἵνα: ἐμφ. β 53);
Lucianus: „ „ 5[1]), „ „ 3 (1 ἵνα: Bis acc. 21; 2 ὡς: Philops. 39 et Pseudol. 14).

unde haec secuntur:

a) fere semper in talibus enuntiatis finalibus, poetas et Platonem si excipias, particulam ἵνα, rarissime ὡς scriptam esse;

b) nunquam, si excipias Lucianum, ἄν ad particulam finalem adpositum esse[2]). nam in singulis, quae apud Isaeum (XI 6) et Platonem (Leg. XII 959 B) reperta sunt, exemplis particulam ἄν a librariis additam esse Weber II 63 et 109 veri simile esse ostendit. apud solum Lucianum quattuor locis ἵνα ἄν exstat[1]), ubi Cobetus V. l. 103 ἄν delere non est veritus, Heller p. 285 sq. rem in medio reliquit, cui quin assentiar facere non possum.

d) De indicativo futuri.

Praeter coniunctivum atque optativum etiam indicativum futuri temporis in enuntiatis finalibus perfectis poni satis constat. attamen si Aristophanem et Xenophontem excipias, ista consuetudo nisi raro apud singulos antiquiores scriptores non invenitur. cuius usus origo nescio an in eo sita sit, quod indicativus futuri temporis ex enuntiatis finalibus imperfectis in perfecta inrepsit. nam quia post verba curandi, operam dandi, similia ὅπως particulam cum indicativo futuri ponere solebant atque eadem illa particula in enuntiatis finalibus perfectis quoque in usu erat, ob utriusque enuntiatorum generis adfinitatem etiam in enuntiatis finalibus perfectis maxime post coniunctionem ὅπως coniunctivus et futuri indicativus inter se confundi coepti sunt. eius rei exempla haec sunt:

Hipp. m. mul. I: ὅκως 7 (coni. 4), ὡς 3 (E II 552, 567, 599[3]); coni. 2);
„ m. mul. II: „ 7 („ 4), „ — (coni. 5);
„ vict. III: „ 4 (E III 469, 470, 472, 474; coni. 3), ὡς — (coni. 1);

---

1) Quattuor locis (Dial. mort. 6, 2, Pisc. 2, Tox. 18, Icaromen. 21) traditum est codicibus ἵνα ἄν, uno (Nigr. 32) ἵνα.

2) Plutarchi exemplum (Caes. 46) excipiatur oportet; in hoc enim enuntiato ἄν eo explicatur, quod enuntiatum finale vel potius consecutivum habet locum apodosis irrealis: εἰς τοῦτό με ἀνάγκης ὑπηγάγοντο, ἵνα Γαΐος Καῖσαρ . . ., εἰ προηκάμην τὰ στρατεύματα, κἂν κατεδικάσθην.

3) Hoc loco (E II 599) in uno eodemque enuntiato finali coniunctivus praesentis et indicativus futuri concurrunt.

Hipp. artic.:	ὅκως 3 (K II 169 bis, 228; coni. 5), ὡς — (coni. 22);
„ fract.:	„ 2 (K II 59, 90) („ 2), „ 1 (K II 95) (coni. 8);
„ vict. sal.:	„ 2 (E II 99 bis) („ 3), „ — („ 1);
„ ster.:	„ 2 (E II 673, 679) („ 9), „ — („ 1);
„ vict. i.ac. (add.):	„ 1 (K I 166) („ —), „ — („ 1);
„ off. med.:	„ — (coni. —), ὡς 1 (K II 35; coni. 8);
„ ep.:	„ 2 (E III 579, 591; coni. 1);
„ ars:	„ 1 (E II 18) („ —);
„ nat. p.:	„ 1 (E II 516) („ 1);
„ vict. IV:	„ 1 (E III 490) („ 1);
„ med.:	„ 1 (E III 330) („ 1);
Homerus:	ὅπως 1 (α 57), ὄφρα 2 (δ 163, ρ 6), μή 2 (Υ 301, ω 544);
lyrici:	„ —, „ —, μή 1 (Theogn. 1307);
Aeschylus:	„ 2 (Suppl. 449, Cho. 265 coni. et fut. ind.);
Sophocles:	„ 2 (Ai. 698, Phil. 1069), ὡς 1 (Oed. C. 1724);
Euripides:	„ 2 (El. 835, Cycl. 561), „ 1 (Bacch. 784);
Aristophanes:	„ 11, ὡς —, μή 2 (Eccl. 488, 495 coni. et fut. ind.);
Thucydides:	„ 1 (VII 32);
Andocides:	„ 2 (I 43, 89);
Lysias:	„ —, ὡς 1 (XXXI 24);
Plato:	„ 3 (Phaed. 91 C, Gg. 513 A, Conv. 174 E);
Xenophon:	„ 6;
Demosthenes:	„ —, „ 1 (XXIV 146);
tituli V/IV saec.:	„ 2 [1]);
Aristoteles:	„ 5;
Dionysius:	„ —, μή 1 (VI 62, 4);
Iosephus:	„ 2 (Ant. XI 4, 6, XVII 9, 2 ind. fut. et coni.);
Dio:	„ 7 (bis coni. et fut. ind.);
Plutarchus:	„ 5;
Philostratus:	„ 1 (Im. II 17, 1);
libri novi test.:	„ —, ἵνα 17.

Itaque apud omnes fere scriptores usus indicativi futuri rarus fuit; Aristophanes vero inter 18 exempla, quibus particula pura ὅπως usus est [2]), 11 locis indicativum futuri posuit. praeterea maior est usus indicativi futuri quam coniunctivi post particulam ὅκως in duobus illis libris

---

[1]) Meisterhans-Schwyzer, Gramm. der att. Inschr., qui p. 255 adn. 1984 duo exempla adfert (IG I 32 b et II 86), haec addit: „Mehrfach findet sich in der klassischen Zeit ὅπως mit dem Indikativ des Futurums."

[2]) Locis 24 posuit ὅπως ἄν, videas supra pag. 14.

Hippocraticis, qui de morbis mulierum inscribuntur. atque satis saepe in aliis scriptis corporis Hippocratici indicativus futuri usurpatur, ita ut in magna parte istorum librorum modos enuntiatorum finalium perfectorum et imperfectorum confusos esse statuendum sit [1]). sed paene sola particula ὅπως, raro ὡς, cum indicativo futuri coniungebatur; id quod facile eo explicatur, quod ὅπως in sententiis finalibus imperfectis est particula longe princeps atque fere unica. singularem autem in modum libri novi test. post particulam ἵνα indicativum futuri frequentaverunt.

Haec igitur fuerunt, quae de modorum usu in enuntiatis finalibus perfectis proferenda nobis visa sunt. quae uno conspectu brevi subicere lubet.

In enuntiatis finalibus perfectis

1. post tempora primaria coniunctivus usurpatur;

2. post tempora praeterita aut optativus aut coniunctivus legitur; atque

a) optativum plerumque ponunt poetae, nonnulli oratores, Plato, Xenophon, ad quos ex scriptoribus inferioris aetatis accedunt atticistae ut Arrianus, Appianus, Herodianus. coniunctivus vero, ubi positus est a poetis, fere semper eo explicatur, quod consilium ad praesens usque tempus permanere indicatur;

b) coniunctivum aequo atque optativum numero usurpant plerique oratores Attici et Plutarchus, saepius quam optativum Herodotus, Thucydides, omnes fere scriptores posteriores inde a Polybii aetate; denique in libris novi testamenti, titulis papyrisque, in quibus linguae, quae κοινή dicitur, loquendi usus maxime viget, solus coniunctivus reperitur.

Adnot. 1. optativus post tempus primarium nonnullis locis usurpatur, quorum plurimis ad optativi formam in sententia primaria positam adsimulatus est. accedunt nonnulli scriptores aetatis Ro-

---

[1]) Compluribus illis, quos attuli, locis non plane certum est, utrum indicativus futuri an coniunctivus (aoristi) scribendus sit, cum non una sit verborum forma codicibus manu scriptis tradita. formae enim indicativi futuri et coniunctivi aoristi primi qui dicitur tam similes sunt, ut saepe solis vocalibus terminationum differant. accedit quod librarii, qui inferiore aetate libros manu transscripsere, propensi erant ad futuri formas in coniunctivos immutandas (cf. Cobet N. l. 365). iam vero, quae de 39 exemplis indicativi fut. in libris Hippocraticis repertis indagavi, haec sunt: 27 locis lectio indicativi fut. certa est, sive sola traditur sive altera quae in aliis codicibus invenitur coniunctivi forma ea est, quae ferri nequeat; in 12 vero quae restant exemplis indicativus fut., quippe qui plerumque meliore codicum auctoritate nitatur, recte a Littré et Ermerins editione corporis Hippocratici receptus est.

manae, maxime Lucianus et Philostratus, qui post particulam ὡς saepissime optativum scripserunt.

2. Indicativus temporis praeteriti ponitur, si consilium, quod cum sententia irreali, quae vocatur, conectitur, et ipsum irreale esse indicatur; tamen enuntiatorum finalium quoque modi adhiberi poterant (coni. aut opt.), id quod posteriores scriptores facere maluerunt. cum indicativo autem praeteriti temporis plerumque particula ἵνα, raro ὅπως vel ὡς usi sunt.

3. Indicativus futuri nonnullis locis invenitur pro coniunctivo vel optativo post solam fere particulam ὅπως; qua in re enuntiata finalia perfecta cum imperfectis confunduntur.

Caput IV. De particulis in enuntiatis finalibus imperfectis.

Iam de enuntiatis finalibus imperfectis agendum erit, quae verba operam dandi, curandi, laborandi, similia secuntur. quibus in enuntiatis qua ratione indicativus futuri in usum venerit, non uno ab omnibus hominibus doctis modo explicari videmus [1]). at utcumque ista structura orta est, eo, quod adfinia fuerunt enuntiata finalia imperfecta iis, quibus finis actionis re vera definitur, factum est, ut coniunctivus quoque modus in enuntiata finalia imperfecta transiret.

Atque apud Homerum quidem praecipuae particulae sunt ὡς et ὅπως, nonnunquam legitur ὄφρα [2]), apud Pindarum semel (P. I 72) exstat ὄφρα, apud ceteros poetas lyricos singulis locis ὅκως (Semon. 7_{82}) et ὡς (Sol. 13_{38}). apud poetas autem scaenicos ὅπως (ἄν) et rarius ὡς leguntur.

Aeschylus:	ὅπως	2 (Suppl. 410, Ag. 847), ὡς 1 (Prom. 203);
Sophocles:	„	10, ὅπως ἄν 1 (Trach. 618), „ —;
Euripides:	„	8, „ 1 (Iph. Aul. 539), ὡς 2 (Iph. T. 467, Med. 461);
Aristophanes:	„	17, „ 6, ὡς —, ἵνα 1 (Ach. 654);
deinde Herodotus:	„	32, „ 5, ὡς 3 (III 84, 159, VII 161), ὡς ἄν 1 (III 85).

in plerisque Hippocraticis quoque scriptis ὅκως est particula praecipua, praeter quam ὡς raro invenitur.

---

[1]) Videas Heiligenstädt II 17 sqq., qui ab enuntiato interrogativo obliquo, quod cum ὅπως particula coniungatur, istam structuram ducit; conf. Weber I 12 et 61 sqq., Kühner-Gerth II 374, Stahl, Krit.-histor. Syntax p. 477.

[2]) Homerica exempla Weber non collegit; in iis vero exemplis, in quibus ὥς κεν aut ὅπως κεν legitur, enuntiato secundario potius modus, quo quid agendum sit, quam ipse finis significatur; cf. Weber I 63.

vict. i. ac. (add.): ὅκως 5, ὡς 1 (K I 154);
nat. hom.: „ 2 (E II 91, 92), ὡς —;
m. III: „ 2 (E II 253, 268), „ —;
m. mul. I: „ 8, ὡς 3 (E II 549, 552, 601);
m. mul. II: „ 7, „ 1 (E II 725);
ster.: „ 2 (E II 663, 673);
artic.: „ 5, ὡς 2 (K II 179, 223);
fract.: „ 9, „ 1 (K II 56);
dec. hab.: „ 2 (E III 343, 346), ὡς —;
ep.: „ 3 (E III 580, 592, 612), ὡς —;

utraque autem particula singulis locis invenitur in Hpp. cap. vuln. (K II 21; 28) et aff. int. (E II 350; 330); particula ὅκως sola singulis locis in Hipp. vict. in ac. (K I 112), arte (E II 16), m. II (E II 219), aff. (E II 310), superfet. (E III 812), ulc. (E III 248), med. (E III 331); particula ὡς sola singulis locis in Hipp. vet. med. (K I 6), off. med. (K II 42), haem. (E III 267).

Iam vero apud scriptores Atticos, qui soluto sermone usi sunt, aut sola particula ὅπως posita est, si Xenophontem excipias, aut impura particula ὅπως ἄν minore numero accessit.

Thucydides: ὅπως 35;
Antiphon: „ 1 (I 6);
Lysias: „ 10;
Isocrates: „ 47;
Isaeus: „ 7, ὅπως ἄν 1 (VII 30);
Lycurgus: „ 1 (127);
Demosthenes: „ 85, ὅπως ἄν 3 (XVI 17, XIX 299, XXXV 29), ἵνα 1 (XVI 28);
Aeschines: „ 5;
Hyperides: „ 4;
Plato: „ 85, „ 19;
Aristoteles: „ 55, „ 4, ἵνα 1 (Eth. Nic. δ 8).

a quo Atticorum scriptorum usu fere non recesserunt

Diodorus: ὅπως 11;
Plutarchus: „ 53, ὅπως ἄν 2, ὡς 1 (Lyc. 27);
Cassius Dio: „ saepe, ἵνα 2 (XLVI 2, XLVIII 53).

pauca sunt exempla in libris Arriani (ὅπως 3, ὡς 1) et Appiani (ὅπως 1, ὡς 1, ὡς ἄν 1)[1].

[1]) Apud Herodianum exstat unum exemplum ubi particula μή legitur. e Philostrato haec adferenda sunt exempla: V. Ap. I 34, 42 τὸ δ' ὅπως ἂν μὴ . . . δοκοίης . . . τοῦτο ὅρα καὶ φυλάττου et epist. οα' (256_8 K.) μελήσειν ὡς ἂν τραφείη.

Singulari vero ratione particulis usi sunt

Xenophon:	ὅπως 165,	ὅπως ἄν 20,	ὡς 29,	ὡς ἄν 13
et Lucianus:	„ 37,	„ —,		„ 21.

Quid quod apud ceteros qui inferiore aetate florebant scriptores discrimen inter enuntiata finalia perfecta et imperfecta omnino sublatum est, cum etiam particula ἵνα in enuntiata finalia imperfecta magis magisque inrepsit, ubi antea singulis tantum locis apud Aristophanem, Demosthenem, Aristotelem admissa erat.

Polybius:	ἵνα 18,	ὅπως 2 (XI 9, XXXIX 3[1]),		ὡς 1 (VI 33);	
Dionysius:	„ 12,	„ 28,	ὅπως ἄν 6,	ὡς 7;	
Philo:	„ 7,	„ 3 (de sacr. Abr. 25, de an. sacr. id. 7, Tischend. 146_7),	ὅπως ἄν —,	ὡς 10,	ὡς ἄν 1 (de pl. 23);
Iosephus:	„ 10,	„ 16,	„ 1,	„ 6,	„ 1;
Dio[2])	„ 5,	„ 47,	ὅπως ἄν 1 (XXIX 9),	ὡς 2 (XXXIV 41, LXXI 8);	

atque etiam in novi test. omnibus exemplis praeter tria, in quibus ὅπως adhibitum est, ἵνα exstat. exempla autem in papyris reperta minora sunt numero, quam ut certi quicquam inde possit colligi:

e saec. III:	ὅπως 1,	ἵνα 3;
e „ II:	„ 8,	„ 1;

et in iis papyris, quos W. Schmid[3]) perscrutatus est, ratio particularum haec est: ὅπως 4, ἵνα 2.

Denique usum titulorum inspiciamus, quorum tempora distinguantur maxime necesse est; in quo litterarum genere cum in enuntiatis finalibus perfectis frequentia particulae ἵνα magis magisque augeretur[4]), in enuntiatis imperfectis ὅπως unica paulatim particula exstitit; hic enim titulorum usus est:

saec. IV:	ὅπως 10,	ὅπως ἄν 28,	ἵνα 1 (Ditt.[2] 177_{90});
„ III:	„ 22,	„ 12,	„ 3 (Ditt.[2] 216_{20}, IG II 310_8, 618_7);
„ II:	„ 18,	„ —,	„ —;
„ I:	„ 7,	„ —,	„ —[5]).

---

[1]) Dubito num hoc loco (πράττειν ὅπως οὐ μαχοῦνται), qui e Plutarchi apopthegmatis repetitus est, verba Polybii ipsa reddantur, praesertim cum ὅπως οὐ potius cum consuetudine Plutarchi conveniat; conf. p. 7[1].

[2]) Geyr p. 4 numerando coniungit enuntiata, quae pendent a verbis curandi, atque ea, quae secuntur verba petendi; sed cum utrumque hoc constructionum genus confundere non liceat, enuntiata post verba παρακαλεῖν, ἱκετεύειν, προσλιπαρεῖν εὔχεσθαι posita ab hoc loco aliena sunt; videas infra p. 34.

[3]) Atticismus III 87_{62}.

[4]) Videas pag. 13.

[5]) E II/III saec. p. Chr. hoc adferendum est exemplum (IG III 5): μέλειν δὲ τούτου ὅπως μηδέποτε τοῦτο ἐκλειφθείῃ, praeterea unum ὡς e III saec. a. Chr. (IG XII 2, 15).

Itaque praecipua particula apud scriptores antiquiores cum eos, qui sermone soluto usi sunt, tum poetas erat ὅπως, ad quam hic illic ἄν accessit; ὡς apud solos poetas et Herodotum Xenophontemque atque in nonnullis libris Hippocraticis usurpatur; ἵνα, quae particula apud antiquiores vix reperitur, inferiore aetate simul cum particula ὡς increbruit, ita ut apud Polybium et Philonem particula praecipua esset similiter fere atque in enuntiatis finalibus perfectis.

Caput V. De modorum in enuntiatis finalibus imperfectis ratione.

De modis cum iam agendum sit, ea enuntiata finalia imperfecta a ceteris seiungantur atque per se considerentur oportet, quae a particula incipiunt impura ὅπως ἄν [κεν] (rarissime ὡς ἄν [κεν]). hic enim usus ab eo, qui est post particulas puras, maxime differt. ac primum quidem exemplorum numeros apponam.

Homerus:	coni. 13, opt. 1 (I 681);
poetae scaenici:	„ 8, „ —;
Herodotus:	„ 2 (I 20, III 85), opt. 4 (I 91, II 126, III 44, V 98);
Isaeus:	„ 1 (VII 30), opt. —;
Demosthenes:	„ 2 (XVI 17, XIX 299), opt. 1 (XXXV 29);
Plato:	„ 18, opt. 1 (Lys. 207 E);
Xenophon:	„ 9, „ 24 (9 post tempus primarium[1]);
Aristoteles:	„ 3 (Eth. Nic. ζ 4, Pol. ζ 4, Anax. Rhet. 5), opt. 1 (Pol. ζ 5);
Dionysius:	„ 5, opt. 1 (III 9, 3)[2];
Philo:	„ 1 (de pl. 23 ὡς ἄν);
Iosephus:	„ 2;
Dio:	„ 1 (XXIX 9);
Plutarchus:	„ 2;
Appianus:	„ 1;
Philostratus:	„ —, opt. 2 (cf. p. 27[1]);
tituli saec. IV et III:	coni. 39, opt. 1 (IG XII 2, 498_7)[3].

---

[1]) Hanc rationem ponendi optativum Weber II 87 sq. eo explicat, quod enuntiatum finale imperfectum aeque ac sententia interrogativa construatur: „so läßt sich diese Struktur mit dem Optativ dadurch erklären, daß der Absichtssatz als ein Fragesatz aufgefaßt wird: sie tragen Sorge, bekümmern sich, wie sie wohl am besten werden würden (Xenoph. Cyr. I 2, 5 ἐπιμέλονται, ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν)“.

[2]) οὐκ ἀπόχρη . . . σκοπεῖν ὅπως ἂν . . . διαλυσαίμεθα . . ., ἀλλ' ὅπως μηδ' αὖθίς ποτε πολεμήσωμεν (sic codd.) δεῖ παρασκευάσασθαι.

[3]) Eadem locutio optativo insignis (ὅπως κε τοῖς θέοισι τοῖς πατρωίοισι αἰ

Qua ex tabula intellegas

1) post particulas impuras indicativum futuri ut par est ne apud eos quidem scriptores, qui illo modo in enuntiatis finalibus imperfectis praecipue sunt usi [1]), unquam esse positum;

2) optativum, si Herodotum et Xenophontem excipias, fere nunquam esse adhibitum: quam rem Weber II 116 et 118 hac ratione explicat: cum particulae ὅπως ἄν et ὡς ἄν adfines essent coniunctionibus ἐάν, ἕως ἄν, πρὶν ἄν, quas coniunctivus sequebatur, factum esse, ut constructio particulae ὅπως (ὡς) ἄν illis enuntiatis condicionalibus et temporalibus adsimularetur atque solus fere coniunctivus adhiberetur.

Sed iam videamus de illis enuntiatis, quae a particulis puris incipiunt. quorum in modis considerandis id maxime quaeritur, utrum indicativus futuri, quippe qui enuntiatorum imperfectorum finalium modus sit proprius, maiore numero adhibeatur an coniunctivus vel optativus, quo accedunt ad enuntiata finalia perfecta.

Iam vero apud Herodotum et scriptores Atticos praeter Xenophontem saepius indicativus futuri quam coniunctivus vel optativus scribi solebat, id quod his numeris demonstratur:

Aeschylus:	ind. fut.	2 (Suppl. 410, Ag. 847),	opt. 1 (Prom. 203);
Sophocles:	„	8,	coni. 1 (El. 1402);
Euripides:	„	6,	coni. vel opt. 4;
Aristophanes:	„	15,	„ 3 (Ach. 536, 755, Equ. 929);
Herodotus:	„	27,	„ 8;
Thucydides:	„	22,	„ 13;
Isocrates:	„	46,	„ —;
ceteri oratores Attici:	„	95,	„ 23 et semel (Aesch. III 64) coni. cum ind. fut.;
Plato:	„	70,	„ 12.

e libris, qui continentur corpore quod dicitur Hippocratico, commemorandi sunt

vict. i. ac. et add.: ind. fut. 6, coni. 1 (K I 112);
fract.: „ 9, „ 1 (K II 92);

atque solus ind. fut. exstat singulis locis in his libris: aff. (E II 310), superfet. (E III 812), ulc. (E III 248), med. (E III 331).

Accedunt e posterioribus scriptoribus hi, qui paulo saepius indicativo futuri usi sunt:

Dionysius: ind. fut. 26, coni. vel opt. 21 (12 post ἵνα);
Dio: „ 28, „ 20 (5 „ „) et semel coni. cum ind. fut. (XXVII 9);

θυσίαι συντελέσθειεν) legitur in his duobus titulis aetatis incertae: IG XII 2, 502_4 et 503_5. qui tres tituli Methymnae sunt inventi. cf. Amelung 42.

[1]) Videas infra.

Plutarchus: ind. fut. 29, coni vel opt. 25;
Arrianus: „ 3, „ 1.

Ceteros vero scriptores, inter quos numerantur inferioris aetatis paene omnes, ipso modorum usu comprobatur non sensisse, quid discriminis inter utrumque enuntiatorum finalium genus intercederet. nam saepius indicativo futuri ab iis vel eodem numero coniunctivus vel optativus adhibitus est; atque apud recentiores nonnullos fere solus coniunctivus (vel optativus) legitur.

Homerus et lyrici poetae fere semper coniunctivum posuere;

Hipp. m. mul. I: ind. fut. 4, coni. vel opt. 7;
„ m. mul. II: „ 3 (E II 725, 726, 733), coni. vel opt. 5;
„ ep.: „ —, coni. vel opt. 3 (E III 580, 592, 612);
„ cap. vuln.: „ —, „ 2 (K II 21, 28);
„ aff. int.: „ —, „ 2 (E II 330, 350);
„ ars: „ —, „ 1 (E II 16);
„ m. II: „ —, „ 1 (E II 219);
„ off. med.: „ —, „ 1 (K II 42);
„ haem.: „ —, „ 1 (E III 267);
„ artic.: „ 3 (K II 118, 205, 236), coni. vel opt. 4 (K II 171, 179, 222, 223);
„ m. III: „ 1 (E II 268), coni. vel opt. 1 (E II 253);
„ ster.: „ 1 (E II 663), „ 1 (E II 673);
„ dec. hab.: „ 1 (E III 346), „ 1 (E III 343);
„ nat. hom.: „ 1 (E II 91) et semel coni. cum ind. fut. (E II 92);

Xenophon: „ 80, coni. vel opt. 107;
Aristoteles: „ 17, „ 39;
Diodorus: „ 1, „ 10;
Appianus: „ 1, „ 1;
Lucianus: „ 22, „ 36.

facile autem, quod coniunctivus et optativus multo saepius usurpati sunt, explicatur in eorum scriptis, qui ἵνα particula in enuntiatis finalibus imperfectis saepe uti coeperunt; nam ἵνα particulam nunquam indicativus futuri secutus est. qui scriptores hi sunt:

Polybius: ind. fut. 1 (XXXIX 3, conf. supra p. 28[1]), coni. vel opt. 20 (ἵνα 18);
Philo: „ 5, coni. vel opt. 15 (ἵνα 7);
Iosephus: „ 1, coni. vel opt. 31 (ἵνα 10).

titulorum vero usus hic est:

s. IV: ind. fut. 3 (Ditt.² 660_6, 789_{68}, IG II 86_1), coni. vel opt. 8;
s. III: „ 4 (Ditt.² 250_{10}, 251_9, 314_8, IG XII 2, 15), „ 21;

s. II: ind. fut. —, coni. vel opt. 18;
s. I: „ —, „ 7[1]);
in quibus usum indicativi futuri magis magisque minutum esse atque desiisse vides. neque saepius quam semel indic. fut. exstat in papyris. denique singularis est usus modorum in libris novi test., in quibus, cum enuntiata finalia imperfecta a sola fere particula ἵνα incipiant, post eam fere semper coniunctivus aoristi (nunquam optativus) ponitur; duobus tantum locis indicativus futuri legitur (post βλέπειν μή)[2]).

Ex his, quae diximus, quanto opere enuntiatum finale imperfectum ad formam perfecti paulatim accommodatum sit, apparet.

Iam vero in iis enuntiatis finalibus, in quibus tempus futurum adhibitum est, etiam post praeteritam sententiam primariam indicativus retinebatur neque in optativi formam nisi rarissime immutabatur; cuius rei exempla haec sunt:

Isocrates: opt. fut. 1 (XXI 12);
Demosthenes: „ 1 (XXVII 40);
Plato: „ 3 (Apol. 36 C, Rp. IV 430 A, Tim. 18 D, ubi opt. cum ind. fut. coniungitur);
Xenophon: „ 7.

apud inferioris aetatis scriptores praeter Plut. Timol. 9 nihil huius modi reperiri videtur, id quod facile intellegitur, cum et futurum tempus rarius apud eos poneretur et optativi formae magis magisque neglegerentur.

Caput VI. De particula ὅπως posita in enuntiatis absolutis.

Enuntiatis finalibus imperfectis proxime adfines eae sunt sententiae, quae a particula ὅπως (ὅπως μή) incipiunt neque ab alio enuntiato pendent. in quibus eam vim inesse notum est, ut quis aliquid facere vehementius aut iubeatur aut vetetur. quae constructio apud antiquiores scriptores paulo saepius, rarius apud eos, qui inferiore aetate florebant, invenitur.

Aeschylus: ind. fut. 1 (Prom. 68), coni. —;
Sophocles: „ 1 (Oed. 1518), „ —;
Euripides: „ 6, coni. —;
Aristophanes: „ 41, „ 1 (Nub. 824 διδάξῃς);
Herodotus: „ 1 (III 142), coni. —;

---

1) Conf. IG III 5 (II/III saec. p. Chr.) μέλειν δὲ τούτου ὅπως μηδέποτε τοῦτο ἐκλειφθείη.

2) Cf. Viteau p. 82.

Hipp. ster.: ind. fut. 3 (E II 669, 673, 676);
„ m. mul. I: „ 1 (E II 571);
„ dec. hab.: „ —, coni. 1 (E III 347 λανθάνῃ);
„ haem.: „ —, „ 1 (E III 265 ὑπαλείψῃς);
Lysias: „ 2 (I 21, XII 50), coni. —;
Isaeus: „ 1 (XI 5);
Demosthenes: „ 7, coni. 1 (IV 20 ποιήσητε);
Plato: „ 10, „ 3 (Euthyd. 296 A σφήλῃ, Prot. 313 C ἐξαπατήσῃ, Charm. 157 B πείσῃ);
Xenophon: „ 5, „ 2 (Conv. IV 8 φήσῃ, Cyr. IV 1, 16 ἀναγκάσωμεν);
Aristoteles: „ 1 (Rhet. γ 18), coni. —;
Dionysius: „ 1 (VI 75, 1), „ —;
Dio: „ 3 (VII 46, 50, XXXI 119), coni. —;
Plutarchus: „ 3 (Ages. 11, Cato 2 in., 9 in.), „ 2 (Marc. 20 in. κατηγορήσητε καὶ . . ψεύσησθε, Cleom. 22 ἴδῃ);
Arrianus [1]: „ 1 (III 9), opt. et coni. 1 (III 9 κατακούοιεν . . . . παραδιδῶνται);
Lucianus: „ 6, coni. 5 (Iupp. conf. 6 ἀποκρίνῃ, Navig 41 ὑπερβάλ(λ)ῃ, Prom. 5 κατηγορήσῃς, Deor. dial. 20, 2 χαλεπήνητε μηδὲ . . ἐντρίψησθε, Paras. 9 ἀποδῷς).

In multorum igitur scriptis solum indicativum futuri temporis usurpatum esse, apud ceteros paucis in exemplis coniunctivum positum videmus eumque talem plerumque esse, qualis facile in indicativi futuri formam immutetur [2]. quam ob rem et Weber II 123 sq. apud antiquiores scriptores solam indicativi futuri formam in talibus enuntiatis admittendam esse censuit et H. Heller p. 324 sq. Cobetum aliosque secutus quinque illis, qui in scriptis Luciani inveniuntur, locis coniunctivum in indicativi futuri formam mutavit. attamen cum iis in exemplis, in quibus ab antiquioribus scriptoribus (Aristophane, Hipp. dec. hab. et haem., Demosthene, Platone, Xenophonte) coniunctivus positus est, enuntiatum semper negativum sit (ὅπως μή), istae coniunctivi formae mihi videntur esse retinendae, praesertim cum eius modi enuntiata ad sententias timendi proxime accedant [3].

---

[1]) Reliqua duo quae Diel p. 31 adfert exempla (VII 25, 4 bis) sui iuris non esse, sed a verbo παραγγέλλειν (παραγγεῖλαι) pendere certum est.

[2]) Velut -ῃς, -ῃ, -ητε, -ηται, -ησθε, -ωμεν, -ωσι, -ωμαι, -ώμεθα, -ωνται in -εις, -ει, -ετε, -εται, -εσθε, -ομεν, -ουσι, -ομαι, -όμεθα, -ονται; solo accentu mutato convertuntur formae ἀποκρίνῃ in ἀποκρινῇ, ὑπερβάλῃ (medium) in ὑπερβαλῇ.

[3]) Cf. Kühner-Gerth II 376 adn. 6.

Caput VII. De structura finali post verba cohortationis.

Iam de iis enuntiatis agendum est, quae, quamquam vere finalia non sunt, a particulis tamen finalibus incipiunt. etenim cum post verba orandi, admonendi, suadendi, postulandi, imperandi, similia superiore aetate infinitivus adhibitus esset, apud scriptores inferiorum temporum praeter infinitivum enuntiatum secundarium cum particula ἵνα, ὅπως, raro ὡς, poni coeptum est [1]. tamen praeter Homerica carmina, ubi aliquotiens ὅπως cum coniunctivo in talibus enuntiatis reperitur, etiam apud ipsos Atticos iam quaedam eius modi vestigia deprehenduntur quae R. Amelung p. 26 sq. congessit.

Thucydides: 1 ὅπως cum ind. fut. (V 36, 2);
Antiphon: 3 ὅπως cum coni. (I 12, 23 bis);
Lycurgus: 1 „ „ (127);
Plato: 1 ὅπως ἄν „ (Phaed. 59 E).

quibus exemplis addas

Isaei: 1 ὅπως cum coni. (VII 27);

[Aristotelis]: 2 ὅπως, semel cum coni. (Probl. κθ′ 14), semel cum ind. fut. (Anax. Rhet. 1).

Postea iste usus pervulgabatur, ita tamen ut constructio finalis infinitivum post eadem illa verba positum frequentia nunquam adaequaret. modus autem in his enuntiatis fere semper fuit coniunctivus, neque nisi raro post tempora praeterita optativus positus est. en habes exempla.

Polybius: ὅπως —, ἵνα 9, ὡς 1 (XXVI 10);
Diodorus: „ 20 [2]), „ 4;
Dionysius: „ 1 (I 40, 3), ἵνα 7 (IX 53, 2: ἦσαν irr.);
Philo: „ 1 (de par. col. 6), ἵνα 7;
Iosephus: „ 43, ἵνα 32 [3]);
Dio: „ 5, „ 3 (XXXVIII 51, IL 15 bis);
Plutarchus: „ 54, „ —, ὡς 1 (Philop. 13 in.);
Arrianus: „ 3 (II 14, VII 25 bis) [4]), ἵνα —;
Appianus: „ 1 (ἐμφ. β 141), ἵνα 2 (Iber. 34, Nomad. 5);

---

[1]) Quae consuetudo recepta est sermone Graecorum huius aetatis, qui post eius modi verba particulam νά ponunt; cf. Hatzidakis, Einleitung in die neugriechische Grammatik 1892 p. 214 sq.

[2]) XIV 80, 7, ubi legebatur ὅπως ἄν, deletum est ἄν ab utroque, qui Diodori opera nuper edidit, et Dindorf et Vogel.

[3]) Non addidi 20 exempla (6 ἵνα et 14 ὅπως), quae in consultis senatus Romani atque in magistratuum Romanorum decretis et epistulis insunt; cf. H. Diel p. 42.

[4]) Videas supra pag. 33[1].

Lucianus:	ὅπως 1 (Paras. 46),	ἵνα —,	ὡς 2 (Anach. 1, Ep. sat. 25);
Cassius Dio:	„ 9,		„ 17.

In libris novi test. infinitivus et particulae finales post verba imperandi et similia se fere habent ut 2 ad 1, atque saepius particula ἵνα quam ὅπως scripta est.

papyri	saec.	III:	ὅπως 1,	ὅπως ἄν —,	ἵνα 1;
„	„	II:	„ 5,	„ —,	„ —;
tituli	„	III:	„ 4,	„ 5,	„ 4;
„	„	II:	„ 5,	„ —,	„ 1 (Ditt.^{2} 928_4);

quibus omnibus in exemplis coniunctivus legitur. atque e titulis quidem ea sola exempla attuli, qui sermonem vere Graecum exhibent; in iis enim titulis, quibus decreta vel epistulae magistratuum Romanorum in linguam Graecam translata continentur, saepissime post verba orandi, postulandi, similia constructio finalis reperitur; nam illis in decretis in Graecum convertendis cum voces latinas ad verbum fere in linguam Graecam transferrent, particulam latinam „ut“ voculis ὅπως vel ἵνα (nunquam ὅπως ἄν [1]) reddere solebant.

Iam ex iis, quae prolata sunt, apud Diodorum, Iosephum, Plutarchum, Cassium Dionem, in libris novi test., in titulis praeter ceteros illis, quibus magistratuum Romanorum decreta continentur, usum enuntiati finalis pro infinitivo late intellegitur patere. quae autem frequentioris illius consuetudinis fuerit ratio atque origo, non uno ab omnibus doctis modo explicari videmus. alii enim illum usum Graecae originis esse existimant [2]), alii ex lingua Latina [3]) repetendum esse. qua in re si ea, quae supra allata sunt, exempla perpendo, ad eorum sententiam accedendum esse censeo, qui, etiamsi linguam Graecam ipsam eo pervenire potuisse concedant, tamen sermonem Latinum maximi momenti fuisse contendunt, ut ille usus tantam assequeretur auctoritatem [4]).

Caput VIII. De enuntiatis timendi.

Relicum est, ut de iis enuntiatis agamus, quae a verbis timendi pendent, cum idem fere modorum usus atque in enuntiatis vere finalibus post verba illa fuerit.

---

[1]) Cf. R. Amelung p. 49.

[2]) Amelung p. 25/6.

[3]) Niemeyer, N. Jahrb. 1876 CXIII 583 sq.; quid quod Fallmerayer (conf. Amelung p. 26) et Miklosich, Die slavischen Elemente im Neugriechischen = Sitzungsber. der Wiener Akad. LXIII 533 sq. de origine slavica vel albanica cogitaverunt.

[4]) Cf. H. Diel p. 41 et P. Viereck, Sermo Graecus p. 68.

Ac primum quidem enuntiatum timendi fere semper sola particula μή cum enuntiato primario conecti notum est; id quod optime convenit cum vi genuina talium enuntiatorum, quae primo per se absoluta erant neque vere pendebant a verbo timendi (conf. μή paratacticum de quo p. 6 sqq. egi). tamen nonnumquam enuntiatorum finalium particulae inrepserunt; itaque ὅπως μή legitur quinquies apud Platonem, binis locis apud Demosthenem (VIII 53, IX 75) et Aristotelem (de an. α 1, Nat. ausc. α 2), singulis locis apud Sophoclem (Oed. 1074), Euripidem (Hipp. 518), Aristophanem (Equ. 112), Thucydidem (VI 13), Plat. (Conv. 193 A), Isocratem (XVII 22), Hipp. m. mul. I (E II 602), ὡς μή (cum opt. aor. post tempus praeteritum) semel apud Iosephum (b. Iud. I 21), ἵνα μή semel apud Dionysium (IV 11) [1].

Ad aliud omnino genus enuntiatorum ea exempla pertinent, in quibus post verbum timendi particula ὡς [semel apud Euripidem ὅπως] cum indicativo posita est; quibus enuntiatis non iam timor indicatur, ne quid fiat, sed tantum res, quae timetur, tamquam obiectum additur; itaque ὡς vim particulae ὅτι habere dicendum est [2]. cuius rei exempla sunt haec:

Sophocles:	2	(ind. fut.: El. 1309, 1427);
Euripides:	1	(Heracl. 248 ὅπως cum ind. fut.) [3];
Antiphon:	1	(V 69 ind. aor.);
Lysias:	2	(XXVII 9 ind. fut., II 34 ind. aor.);
Demosthenes:	1	(XIV 25 ind. fut.);
Plato:	1	(Soph. 268 A ind. praes.);
Xenophon:	4	(3 ind. fut.: Cyr. V 2, 12, VI 2, 30, Πόροι IV 32; 1 opt.: Hell. VII 5, 24, qui per adsimulationem explicandus est);
Iosephus:	1	(Ant. XVI 4, 2 ind. fut.).

Quibus in exemplis id animadvertatur oportet sententiam primariam, in qua verbum timendi inest, negativam esse.

Iam in modis ponendis universa quidem eadem, quae in enuntiatis finalibus perfectis viget, norma servatur, ut post tempus primarium coniunctivus, post tempus secundarium optativus aut coniunctivus ponatur. qua in re cum poetae ab ea, quam in enuntiatis finalibus

---

[1]) Ad enuntiata finalia imperfecta potius referenda esse censeo duo exempla, quorum alterum Unna p. 14 adfert e Philonis libro de somniis I 5: προορώμεναί τε καὶ φυλαττόμεναι ὡς μὴ . . . γένηται, alterum Geyr p. 16 e Dione Prus. (LVIII 3): φοβούμενον καὶ φυλαττόμενον ὅπως μηδὲ ὀφθήσεται.

[2]) Weber I 89: „Es ist . . . der . . . parataktisch beigegebene Abwehrsatz in den von dem Verbum des Fürchtens als Objekt abhängigen Aussagesatz übergegangen."

[3]) Coniunctivum aoristi ἀποσπάσῃ in ind. fut. ἀποσπάσει emendavit Elmsley (cf. Weber I 98).

secuti sunt, ratione non recederent, ceteri scriptores plurimi post tempus praeteritum coniunctivo uti multo maluerunt quam in enuntiatis finalibus [1]); quod ut manifestum fiat, numeros formarum coniunctivi et optativi post tempora praeterita positarum subiciamus.

Homerus:	coni.	3,	opt.	12;
Sophocles:	„	—,	„	4;
Euripides:	„	5,	„	9;
Aristophanes:	„	—,	„	2 (Pax 606, Pl. 685);
Herodotus:	„	29,	„	4;
Hipp. epid. VII:	„	1 (E I 695),	opt.	—;
Thucydides:	„	77,	opt.	4;
Lysias:	„	4,	„	—;
Isocrates:	„	7,	„	2;
Aeschines:	„	4,	„	1 (II 21);
Hyperides:	„	1 (II 5),	opt.	—;
Aristoteles:	„	1 (Rhet. γ 10),	opt.	—;
[1]) per synaloephen.

[2]) omnes huius modi clausulae cadunt in nomen amicitiae neque ulla earum est sine synaloephe.

2. a) $1^{1\ 2}\ \gamma$ 2 } 4 locis binae syllabae longae dissolvuntur
b) $1^{1\ 3}\ \beta$ } 2
$1^{1\ 3}\ \gamma\ \delta$

Inter quas 38 generis primi clausulas dissolutas frequentia longe sicut in libro Ciceronis de senectute eminet forma $1^2\ \gamma$ (17 locis); cui proxime accedit forma $1^3\ \beta$ (6 locis). longe saepissime media syllaba longa dissolvitur 20 locis inter 38 et rarissime binae (10·5 %).

Inter has 38 formas constituuntur binis verbis 33, ternis 5.

Cadunt in verbum monosyllabum 1 (sit),
in verbum duarum syllabarum 1,
„ trium syllabarum 8,
„ quattuor syllabarum 21,
„ quinque syllabarum 7
38 clausulae.

15 inter 38 locos clausula incipit ab integro verbo, i. e. 39·5 %.

II.

De clausulis generis II.

1. Una syllaba longa dissolvitur.

a) Prima dissolvitur.

α) Uno loco haec clausula constituitur uno verbo

180, 8, 51 beneficentissimi ⏑̗ ⏑ ⏑ – ́– ⏑ –

β) $2^1\ \gamma$ ⏑̗ ⏑ ⏑ | – – ⏑ –

190, 2, 85 vetere proverbio [1])
190, 14, 86 levius existiment
193, 7, 96 manibus oratio

$2^1\ \gamma$ 3 locis,

γ) $2^1\ \delta$ ⏑̗ ⏑ ⏑ – | – ⏑ –

176, 14, 39 memoriae [2]) proditum est [3])

δ) $2^1\ \gamma\ \delta$ ⏑̗ ⏑ ⏑ | – | – ⏑ ⏑

174, 12, 32 gravior et verior

b) Secunda syllaba longa dissolvitur.

α) $2^2\ \gamma\ \varepsilon$ – ⏑ | ⏑̗ ⏑ – | ⏑ ⏑

165, 21, 9 ille sapiens fuit

---

[1]) cf. p. 4.
[2]) cf. p. 25 de accentu verbi „mèmoriae"
[3]) per synaloephen.

β) 2^2 γ ζ – ⏑ | ⏑́ ⏑ –́ ⏑ | ⏓

187, 28, 76 disiunctioque faciunda sit
191, 15, 88 ferre sapientis est

2^2 γζ 2 locis.

2. Uno tantum loco duae syllabae longae dissolvuntur

$2^{1\ 2}$ γ ⏑́ ⏑ ⏑ | ⏑́ ⏑ –́ ⏑ –

185, 4, 67 homine dubitatio

Conspectus dissolutarum generis alterius formarum.

1. a)	2^1	1	6 locis
	2^1 γ	3	
	2^1 δ	1	
	2^1 γ δ	1	
b)	2^2 γ ε	1	3 locis
	2^2 γ ζ	2	
2.	$2^{1\ 2}$ γ	1 loco	

Semel igitur duae syllabae longae dissolvuntur. inter syllabas autem longas prima duplo saepius dissolvitur quam altera, tertia numquam; simile quid Ausserer p. 70 sq. statuit de libello Ciceronis de senectute.

Inter illas 10 formas uno constituitur verbo una clausula; binis verbis constituuntur 5, ternis quattuor. in verbum 7 syllabarum cadit 1 clausula, 5 syll. 1, 4 syll. 3 clausulae, 3 syll. 2, 2 syll. 1, monos. 2. a verbo integro incipiunt 9 i. e. 90 %.

III.

De formis ditrochaicis.

1. Una syllaba longa dissolvitur.

a) Prior dissolvitur ⏑ ⏑ ⏑ – ⏓

α) Creticus antecedit ditrochaeum

α_1) unius verbi – ⏑ – ‖ ⏑́ ⏑ ⏑ –́ ⏑

177, 21, 42 fecerat Coriolanus
178, 24, 47 multis locis repudianda [1])
179, 12, 48 adferunt repudientur [1])

cret + 3^1 3 locis,

α_2) binorum verborum – ⏑ – ‖ ⏑́ ⏑ ⏑ | – ⏑

172, 9, 26 ipsa profecta [2]) alia causa
183, 4, 61 amicitiae dari venia possit

cret + 3^1γ 2 locis,

[1]) cf. de accentu secundario huius verbi p. 25.
[2]) per synaloephen.

quibus addere possis
175, 15, 35 diceret sibi videri ‒⏑‒‖⏑́⏑|⏑‒‒[1])

β) Antecedit clausulam ditrochaeus ‒⏑‒‒‖⏑́⏑|⏑́|‒́⏑
163, 10, 2 forte multis erat in ore

γ) Praecedit dispondeus clausulam unius verbi ‒‒‒‒‖⏑́⏑⏑‒⏑
169, 29, 20 in fortunae temeritate[2])
170, 1, 21 omnino nusquam reperiuntur[2])

disp + 3^1 2 locis.

δ) Praepositus est choriambus clausulae unius verbi ‒⏑⏑‒‖⏑́⏑⏑‒‒
183, 8, 61 caritas minime repudianda[2]) est[3])
193, 8, 96 suffragiis populi repudiata[2]) est[3])

chor + 3^1 2 locis.

b) Altera syllaba longa dissolvitur in una clausula quam antecedit ditrochaeus

180, 31, 54 quemquam[3]) amicum[3]) habere potuit ‒⏑‒⏑‖‒⏑|⏑́⏑⏑

2. Utraque syllaba longa dissolvitur uno loco atque antecedit adonius
170,26,23 debili-tari[3]) animos aut cadere patitur ‒⏑⏑‒‒‖⏑́⏑⏑|⏑́⏑⏑

Conspectus dissolutarum generis III. clausularum.

1. a)	3^1	cret + 3^1	3	10 locis
		cret + 3^1 γ	2	
		ditr + 3^1 β γ	1	
		disp + 3^1	2	
		chor + 3^1	2	
b)	3^2	ditr + 3^2 γ	1	loco
2.	$3^{1\,2}$	adon + $3^{1\,2}$ γ	1	loco

Itaque inter omnes has formas semper fere dissoluta est prior longa quam saepissime antecedit creticus. in libello autem Ciceronis de senectute 11 locis inter 14 exempla huius clausulae prior longa dissoluta est.

Constituitur ditrochaeus singulis vocibus 7 locis, binis 4 locis, tribus uno loco.

Clausula cadit in verbum
duarum syllabarum tribus locis,
trium syllabarum duobus locis,
quinque syllabarum septem locis.
ab initio verbi integri incipit 11 inter 12 locos.

[1]) ubi potius metiendum est ⏑‒|⏑‒‒, vid. pag. 13.
[2]) cf. de accentu secundario huius verbi p. 25.
[3]) per synaloephen.

IV.

Clausulae dispondiacae formas dissolutas septem statui.

1. Una longa dissolvitur.

a) Prima dissolvitur [1])

α) praecedit dactylus – ⏑́ ⏑ ‖ ⏑́ | ⏑ | – –́ –

184, 14, 65 est e-nim stabile quod infidum est [2])

β) antecedit dispondeus –́ – –́ ⏑ ‖ ⏑́ | ⏑ – –́ ⏑

183, 23, 63 pericli-tatis moribus amicorum

γ) antecedunt 5 syllabae breves ⏑ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ‖ ⏑́ | ⏑ –́ – | –

186, 22, 72 sed etiam [2]) opere levandi sunt

b) Tertia dissolvitur

α) praecedit creticus – ⏑ – ‖ –́ | – ⏑́ ⏑ ⏑

190, 34, 87 aspicien-di potestatem [2]) eriperet

β) antecedit ditrochaeus – ⏑ – – ‖ –́ – | ⏑́ ⏑ | –

173, 18, 29 ap-tissimus quod longe secus est

γ) antecedit dispondeus – – –́ ⏑ ‖ –́ | – | ⏑́ ⏑ ⏑

186, 28, 73 eius Lucium non potuit

2. Duae primae syllabae longae dissolvuntur et antecedit creticus

– ⏑ – ‖ ⏑́ ⏑ | ⏑́ ⏑ –́ ⏑

168, 27, 18 vi-rum bonum nisi sapientem

Conspectus.

1. a)	4^1 dact + 4^1	1	3 locis
	– – – ⏑ + 4^1	1	
	⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ + 4^1	1	
b)	4^3 cret + 4^3	1	3 locis
	ditr + 4^3	1	
	– – – ⏑ + 4^3	1	
2.	cret + ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ –́ ⏑	1 loco	
		7 locis	

Ter igitur prima, ter tertia syllaba dispondei dissolvitur, semel quattuor syllabae breves cumulantur ante longam. quarum 7 clausu-

---

[1]) tribus istis locis, quippe quibus clausula „dispondiaca“ incipiat a syllaba ultima verbi trium syllabarum, id quod minime placet, dubitavi an potius statuenda esset clausula antispastica de qua conferas Ausserer Comm. Aenip. I 36 sq.; sed quoniam Ausserer subtiliter animadvertit formam antispasticam per se ipsam breviorem esse quam ut auribus percipi posset, veri dissimile est Ciceronem antispastum posuisse nisi alia iam clausulae forma eum antecederet.

[2]) per synaloephen.

larum ternae cadunt in verbum 4 syllabarum, binae in verbum trium syllabarum, binae in verbum unius syllabae. ab integro verbo duae incipiunt clausulae.

V.

Generis 5a hanc unam statui clausulam:

163, 6, 1 hoc alias nunc redeo[1]) ad augurem (adon + 5 a[1] β γ
– ⏑ ⏑ – – ‖ ⏑́ ⏑ ¦ ⏑ | –́ ⏑ ⏑),

quae constituitur tribus verbis, incipit a verbo integro, cadit in verbum 3 syllabarum.

VI.

Accedunt 4 clausulae generis 5b:

180, 1, 51 nodum[1]) amicitiae tollere (cret + 5 b[1] γ
– ⏑ – ‖ ⏑́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑)

195, 9, 101 Rupilium Spurium Mummium (cret + 5 b[1] γ
⏑ ⏑ ⏑ – ‖ ⏑́ ⏑ – | –́ ⏑ ⏑)

191, 26, 89 in fraudem[1]) obsequio[1]) inpellitur (mol + 5 b[1] β
– – – ‖ ⏑́ ⏑ | – –́ ⏑ ⏑)

185, 23, 69 Scipionis in nostro[1]) ut ita dicam grege (1 + 5 b[1] β δ
– ⏑ – – ⏑ ‖ ⏑́ ⏑ | –́ – | ⏑́ ⏑)

Quarum 4 clausularum tres constant e binis verbis, una e tribus. in verbum 4 syllabarum cadit una, in verbum trium syllabarum 2, in verbum duarum syllabarum una. duae clausulae ab integro verbo incipiunt.

Itaque clausularum formas dissolutas in dialogo de amicitia statuimus 72; quarum pertinent ad genus

I.	38	i. e.	52·8 %
II.	10	i. e.	13·9 %
III.	12	i. e.	16·7 %
IV.	7	i. e.	9·7 %
Va	1		
Vb	4	i. e.	5·5 %

Similes rationes de clausulis huius modi dissolutis statuit A. Ausserer Comm. Aen. I 87; qui adfert 63 clausulas dissolutas, inter quas pertinent ad genus

I.	25	i. e.	39·68 %
II.	9	i. e.	14·28 %
III.	14	i. e.	22·20 %
IV.	6		
Va	1		
Vb	8		
	63.		

[1]) per synaloephen.

Discrepantia, quae apparet inter formas clausulae generis primi (52·8 % et 39·68 %), aliqua saltem e parte eo explicatur, quod in libello de amicitia septem locis huius modi clausula cadit in verbum, quod est amicitia; cf. p. 27.

Inter 72 clausulas dissolutas

a) singulis constituuntur verbis

in genere 2.	1	
in genere 3.	7	clausulae
	8 = 11·11 %	

b) binis constant e verbis

in genere 1.	33	
in genere 2.	5	
in genere 3.	4	
in genere 4.	3	
in genere 5 b	3	clausulae
	48 = 66·67 %	

c) ternis e verbis constant

in genere 1.	5
in genere 2.	4
in genere 3.	1
in genere 4.	4
in genere 5 a	1
in genere 5 b	1
	16 = 22·22 %

Inter 72 clausulas dissolutas cadunt in verbum

monosyllabum [1])	5	i. e. 6·94 %
duarum syllabarum	6	i. e. 8·33 %
trium syllab.	17	i. e. 23·6 %
quattuor syllab.	28	i. e. 38·9 %
quinque syllab.	15	i. e. 20·8 % [2])
septem syllab.	1	

Frequentia has quoque inter clausulas dissolutas (cf. p. 24) praecedunt verba quattuor (28 i. e. 38·9 %) et trium syllabarum (17 i. e. 23·6 %).

40 inter 72 clausulas incipiunt ab integro verbo (i. e. 55·6 %).

---

[1]) vocem „est", quae per synaloephen coniungitur cum verbo antecedente (velut „repudianda est"), hic neglegendam esse censui.

[2]) inter quas 15 clausulas septem cadunt in verbum, quod est amicitia. qua quidem re efficitur discrepantia, quae intercedit inter has clausularum formas dissolutas et integras.

Quibus praemissis de clausulis periodorum libelli de amicitia universis haec sunt dicenda:

I.

In dialogo Ciceronis de amicitia statuimus periodorum clausulas 379; quarum 307 (i. e. 81 %) sunt sine ulla dissoluta syllaba longa; formas dissolutas invenimus 72 (i. e. 19 %). in libro Ciceronis de senectute Ausserer inter 349 clausulas invenit 277 integras (i. e. 79·36 %).

II.

Unius caesurae sunt

in genere 1.	84	(72·41 %)	[in libello de senectute 81·55 %]
2.	63	(71·59 %)	[66·67 %]
3.	42	(44·68 %)	[53·85 %]
4.	10	(45·45 %)	[57·15 %]
5 a	5	(50 %)	[82·35 % !]
5 b	26	(63·41 %)	[61 %]
dochm.	3		
heroic.	2	clausulae	
	235	i. e. 62 %.	

Binarum sunt caesurarum clausulae in genere

1.	28	i. e. 24·14 %
2.	20	i. e. 22·72 %
3.	2	
4.	5	i. e. 22·72 %
5 a	5	i. e. 50 %
5 b	13	i. e. 31·70 %
5 c	2	i. e. 100 %
dochm.	1	
	76	i. e. 20 %.

Ter inciduntur in genere

1.	clausula una
2.	clausulae tres
5 b	clausula una
	5 i. e. 1·32 %.

Nullius sunt caesurae in genere

1.	clausulae	3	
2.	clausulae	2	
3.	clausulae	50	i. e. 53·2 %
4.	clausulae	7	i. e. 31·81 %
5 b	clausula	1	
		63	i. e. 16·62 %.

Inter totius igitur libelli de amicitia 379 periodorum clausulas sunt clausulae caesurae

a) nullius 63 i. e. 16·62 %
b) unius 235 i. e. 62 %
c) 2 caesur. 76 i. e. 20 %
d) 3 caesur. 5 i. e. 1·32 %.

III.

Cadunt in verbum

monosyll.	18 claus.	(4·74 %)	[in libello de senectute	10 = 3 %]
2 syllab.	76	(20 %)		[62 = 17·75 %]
3 syllab.	122	(32·19 %)		[111 = 31·75 %]
4 syllab.	136	(35·88 %)		[146 = 41·75 %]
5 syllab.	25	(6·59 %)		[19 = 5·75 %]
6 syllab.	1			[2]
7 syllab.	1			[0]

Frequentia igitur praestant in utroque libello verba quattuor syllabarum; secuntur verba 3 et 2 syllabarum.

IV.

Ab initio integri verbi inter
379 clausulas incipiunt 199 i. e. 52·5 %.

V.

Inter 379 clausulas attinent ad genus

1.	78 + 38 = 116	i. e. 30·6 %
2.	78 + 10 = 88	i. e. 23·21 %
3.	82 + 12 = 94	i. e. 24·80 %
4.	15 + 7 = 22	i. e. 5·8 %
5a	9 + 1 = 10	i. e. 2·63 %
5b	37 + 4 = 41	i. e. 10·82 %
5c	2	
dochm.	4	
heroic.	2 clausulae	
	307 + 72 = 379.	

Ausserer autem in libro de senectute inter 349 periodorum clausulas formam

I. 103 locis (= 29·5 %)
II. 87 locis (= 24·9 %)
III. 78 locis (= 22·35 %)
IV. 14 locis (= 4 %)
Va 17 locis (= 4·87 %)
Vb 41 locis (= 11·75 %) statuit.

VI.

Cicero cum persaepe usus est ad periodos finiendas formis generis I. (116 locis) et generis II. (88 locis), quae exhibent aut unum (gen. I.) aut duos creticos (gen. II.), tum inter formas metricas, quae praecedunt ditrochaeum tertii et dispondeum quarti et formas quinti generis, longe maxime frequentavit eundem creticum; nam creticus praeponitur

in genere III. 39 locis
in genere IV. 11 locis
in genere V. 15 locis

i. e. inter 169 locos 65 locis (39·1 %).

idemque fere inveni ante permultas generis I. et generis II. clausulas; nam antecedit

A. generis I. clausulas

a) creticus 15 locis:

(– ⏑ – ‖ – ⏑ – – ⏓)

164, 15, 5;	186, 5, 70;
164, 26, 6;	188, 19, 79;
165, 17, 8;	189, 28, 84;
170, 6, 22;	193, 15, 96;
171, 2, 23;	193, 17, 96;
175, 22, 37;	195, 26, 102;
180, 25, 53;	195, 37, 103.
182, 10, 59;	

b) dicreticus 4 locis:

(– ⏑ – – ⏑ – ‖ – ⏑ – – ⏓)

168, 22, 17;	184, 24, 65;
184, 10, 64;	196, 5, 104.

c) forma generis I.

α) semel 11 locis:

(– ⏑ – – ⏓ ‖ – ⏑ – – ⏓)

163, 23, 3;	179, 27, 50;
171, 37, 26;	184, 31, 65;
173, 22, 30;	189, 14, 82;
174, 1, 32;	189, 24, 83;
174, 14, 32;	192, 6, 90.
174, 22, 33;	

β) bis uno loco:

(– ⏑ – ⏑́ ⏑ ⏑ | – ⏑ – – ⏑ ‖ ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑́ ⏑ –)

193, 13, 96.

d) forma generis I. ita quidem, ut ultima syllaba antecedentis formae quasi fiat prima consequentis (9 locis):

(– ⏑ – – – ⏑ – – ⏓)

164, 6, 5;	184, 33, 66;
166, 13, 11;	186, 3, 70;
167, 13, 14;	188, 22, 79;
175, 36, 37;	194, 29, 100.
184, 19, 65;	

Itemque antecedit

B. generis II. clausulas

a) creticus 12 locis:

(– ⏑ – ‖ – ⏑ – – ⏑ ⏓)

171, 10, 24;	184, 1, 64;
171, 35, 25;	184, 36, 66;
173, 2, 28;	185, 19, 68;
174, 18, 32;	187, 21, 76;
176, 36, 41;	193, 37, 98;
183, 17, 62;	195, 32, 103.

b) dicreticus 3 locis:

176, 14, 39; 180, 19, 52; 191, 9, 88.

c) antecedit formas generis II. forma generis I.

α) 7 locis:

164, 5, 4;	180, 8, 51;
168, 11, 16;	181, 34, 58;
170, 2, 22;	188, 26, 80.
176, 30, 40;	

β) ita ut ultima syllaba antecedentis formae I. quasi fiat prima syllaba consequentis formae secundae (14 locis):

(– ⏑ – – – ⏑ – – ⏑ ⏓)

164, 19, 6;	176, 3, 37;
167, 7, 13;	186, 13, 71;
167, 32, 15;	189, 7, 82;
170, 32, 23;	189, 16, 83;
172, 15, 26;	192, 31, 94;
172, 22, 27;	194, 24, 100;
175, 34, 37;	196, 9, 104.

76 igitur locis inter 204 locos, quibus statuimus clausulam aut I. aut II. generis, praemittitur aut creticus aut forma metrica, qua continetur creticus, i. e. 37·25 %.

Ciceronem igitur, cum occasio oblata erat, variis e vocibus tam singulis quam cum aliis coniunctis eas eligere solitum esse, quae prae se ferrent formam cretici (– ◡ –), eis quae modo absolvimus mirum in modum confirmatur; nam in omnibus fere istis locis creticus, ut ita dicam, creticum excipit. eodem spectat conspectus, quem proposuit R. B. Steele American journal of philology 1910 XXXI 266 de usu frequentiaque coniunctionum temporalium „postquam", „posteaquam", „priusquam", „antequam" in Ciceronis orationibus et epistulis et iis, qui ad philosophiam pertinent, libris. etenim Steele eas, quae exhibent creticam formam, multo saepius inveniri statuit („āntĕquām" 203 locis, „pōstĕāquam" 187 locis) quam voces „priusquam" (90 locis) et „postquam" (57 locis); neque vero huius rei causam metricam addidit.

VII.

Uno loco ratione motus metrica terminationem o nominativi singularis (176, 31, 40 consuetudo maiorum) habere malim pro brevi syllaba (cf. p. 5[6]); hoc enim modo loco rarae formae mol + 4 β omnium efficitur formarum celeberrima 1 γ. ceteris vero locis (velut 163, 23, 3 sermo videretur; 182, 13, 59; 187, 28, 76) et haec terminatio et primae indicativi activi personae (queo 170, 2, 22 et 176, 36, 41) longa est, id quod idem statuerunt Zielinski 183 et Ausserer Comm. Aenip. I 89. deinde veri similius mea quidem sententia est metiendum esoe sibī quam sibĭ (vid. p. 13 sq. et 18), nil quam nihil (vid. p. 15, 18 sq., 20).

C. Quae ratio intercedat inter ipsarum periodorum clausularum numeros et numeros earum periodorum partium, quae continuo praecedunt singulas clausulas.

Ex iis, quae modo absolvimus, satis iam constat Ciceronem maximam adhibuisse diligentiam ad numerose finiendas periodos singulas. quam ob rem quaeri potest, intercedatne aliqua quoque ratio inter ipsius periodi clausulae numeros et eius periodi partis, quae continuo antecedit clausulam. nam mihi quidem veri simile videtur esse Ciceroni hanc quoque orationis partem alicui fuisse curae. ad quam rem investigandam eo maxime adducor, quod Cicero non solum omnibus fere et tertii et quarti et quinti generis clausulis praemisit formas certas quasdam metricas, sed permultis etiam I. et II. generum formis. neque illa neglegenda esse censeo, quae ipse Cicero de hac re dixit „De oratore" III 175: „Neque est ex multis res una, quae magis oratorem ab imperito dicendi ignaroque distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit quantum potest et id, quod dicit, spiritu non arte determinat,

orator autem sic illigat sententiam verbis, ut eam numero quodam complectatur et astricto et soluto. nam cum vinxit modis et forma, relaxat et liberat immutatione ordinis, ut verba neque adligata sint quasi certa aliqua lege versus neque ita soluta, ut vagentur."

Primum igitur inquirendum esse mihi videtur, qualis ratio universa in hoc de amicitia libello intercedat inter syllabas longas et breves. ad quam rem perscrutandam temere elegi 15 dialogi centenarum syllabarum locos:

1. 163, 15, 3 — 163, 21, 3 (Itaque — ipsos).
2. 164, 26, 6 — 164, 32, 7 (propterea — quaerunt).
3. 166, 13, 11 — 166, 20, 12 (Quam — quidem).
4. 167, 26, 15 — 167, 32, 15 (Sed — Itaque).
5. 168, 12, 17 — 168, 18, 17 (Ego — de).
6. 169, 29, 20 — 169, 35, 21 (Qui — habentur).
7. 173, 16, 29 — 173, 22, 30 (Quod — maxime).
8. 177, 16, 42 — 177, 22, 42 (Quis — patriam).
9. 179, 27, 50 — 179, 33, 50 (Nihil — neque inmunis).
10. 181, 16, 56 — 181, 22, 56 (Constituendi — tertiam).
11. 185, 1, 67 — 185, 6, 67 (Existit — quae).
12. 187, 1, 74 — 187, 6, 74 (Aliter — distantia).
13. 188, 31, 81 — 188, 37, 81 (Quodsi — magis).
14. 191, 10, 89 — 191, 15, 89 (Sed — una).
15. 193, 19, 97 — 193, 25, 97 (Quodsi — quidem).

Quorum 15 locorum continet syllabas longas et breves

1.	61	39,
2.	62	38,
3.	57	43,
4.	59	41,
5.	66	34,
6.	69	31,
7.	52	48,
8.	63	37,
9.	52	48,
10.	62	38,
11.	53	47,
12.	53	47,
13.	55	45,
14.	61	39,
15.	61	39
1—15	886	614.

In libello igitur de amicitia inter 1500 syllabas inveniuntur
syllabae longae 886 i. e. 59·06%,
syllabae breves (et ancipites) 614 i. e. 40·94%.

Sed iam revertamur ad propositum ipsum. qua in re denarum syllabarum quae singulas clausulas antecedunt rationem habuisse sufficiat. etenim e clausulis 307 integris temere elegi 145 clausulas et earum quidem

a) e genere I. 30, quas antecedunt 300 syllabae, quarum sunt longae, (ancip.), breves:

166, 33, 13;	5		5	164, 25, 6;	7	(1)	2
171, 15, 24;	4		6	175, 22, 37;	7		3
169, 26, 20;	3		7	180, 27, 53;	4		6
183, 20, 62;	6		4	187, 9, 75;	6		4
164, 15, 5;	4	(1)	5	193, 11, 96;	7		3
174, 1, 32;	6	(1)	3	166, 10, 11;	4		6
176, 8, 38;	6		4	167, 13, 14;	7		3
181, 15, 52;	7		3	168, 36, 18;	5		5
193, 18, 96;	7		3	175, 10, 35;	5		5
195, 37, 103;	7		3	176, 10, 38;	6		4
174, 14, 32;	7		3	179, 27, 50;	5	(1)	4
195, 26, 102;	5		5	184, 11, 64;	6		4
196, 5, 104;	6		4	192, 6, 90;	7		3
174, 34, 34;	3		7	168, 22, 17;	6	(1)	3
183, 26, 63;	5		5	30	169	(5)	126.
174, 22, 33;	6		4				

Inter 300 igitur huius modi syllabas sunt longae 169 i. e. 56·33%, breves 126 i. e. 42%.

b) e genere II. totidem 30 clausulas quas praecedunt syllabae longae, (ancip.), breves:

172, 15, 26;	6		4	181, 30, 57;	5		5
181, 34, 58;	3		7	169, 9, 19;	7	(1)	2
167, 32, 15;	7		3	170, 32, 23;	6		4
172, 22, 27;	4		6	174, 10, 32;	6		4
178, 34, 47;	6	(1)	3	179, 22, 49;	5		5
187, 6, 74;	5		5	182, 20, 59;	3	(1)	6
192, 31, 94;	6		4	187, 21, 76;	6		4
163, 2, 1;	7		3	190, 4, 85;	5		5
173, 2, 28;	8		2	171, 10, 24;	7		3
187, 36, 77;	4		6	175, 17, 35;	2		8
169, 16, 19;	6		4	192, 21, 92;	7		3
171, 30, 25;	7		3	190, 29, 87;	6		4
194, 24, 100;	7		3	172, 2, 26;	7		3
175, 34, 37;	7		3	186, 13, 71;	5	(1)	4
188, 26, 80;	7		3	30	174	(4)	122.
167, 7, 13;	7		3				

Inter 300 igitur huius modi syllabas sunt longae 174 i. e. 58%, breves 122 i. e. 40·66%.

c) e genere III. totidem 30 clausulas; antecedunt autem ditrochaeum syllabae

	longae,	(ancip.),	breves:				
164, 34, 7;	6		4	173, 11, 29;	6		4
175, 3, 34;	7		3	177, 2, 41;	7		3
182, 25, 59;	6		4	181, 17, 56;	6		4
188, 16, 79;	5		5	194, 4, 98;	7		3
190, 36, 87;	8		2	165, 5, 7;	5		5
165, 20, 9;	6		4	175, 20, 36;	7		3
173, 29, 30;	7		3	168, 14, 17;	6		4
185, 29, 69;	9		1	165, 12, 8;	7		3
168, 10, 16;	5		5	181, 36, 58;	5	(1)	4
164, 10, 5;	6		4	194, 8, 98;	7		3
196, 14, 104;	4		6	169, 20, 20;	9		1
189, 2, 81;	5		5	195, 30, 103;	7		3
163, 19, 3;	8		2	178, 32, 47;	7		3
179, 16, 48;	4		6	184, 16, 65;	6		4
192, 11, 91;	7		3	30	190	(2)	108
171, 18, 24;	5	(1)	4				

Inter 300 igitur syllabas antecedentes longae 190 i. e. 63·33%, breves 108 i. e. 36% sunt.

d) in genere IV. omnes quas inveni quindecim; antecedunt autem dispondeum syllabae

	longae,	(ancip.),	breves:				
166, 30, 12;	5		5	176, 33, 41;	6	(1)	3
172, 11, 26;	6		4	194, 6, 98;	6	(1)	3
173, 27, 30;	5		5	185, 9, 67;	5		5
179, 20, 49;	6		4	194, 31, 100;	4		6
186, 34, 74;	6		4	188, 8, 78;	3		7
191, 34, 90;	5		5	189, 33, 84;	4		6
193, 28, 97;	4		6	170, 9, 22;	4		6
179, 28, 50;	4	(1)	5	15	73	(3)	74

Inter 150 igitur syllabas antecedentes sunt longae 73 i. e. 48·66%, breves 74 i. e. 49·33%.

e) in genere Va omnes quas inveni 10; praecedunt autem syllabae

	longae,	(ancip.),	breves:				
193, 4, 96;	7		3	165, 37, 10;	6		4
170, 36, 23;	6		4	179, 1, 48;	5		5
194, 2, 98;	7		3	177, 7, 41;	5	(1)	4
188, 28, 80;	7	(1)	2	192, 17, 92;	4		6
[167, 20, 14;	7		3]	10	59	(2)	39.
169, 24, 20;	5		5				

Inter 100 igitur syllabas antecedentes sunt longae 59 (59%),
breves 39 (39%).

f) e genere Vb 30 clausulas, quas antecedunt syllabae longae, (ancip.), breves:

162, 11, 1;	3	(1)	6	192, 24, 93;	6		4
169, 32, 20;	5		5	177, 4, 41;	6		4
168, 8, 16;	8		2	178, 11, 45;	6		4
176, 23, 39;	8		2	178, 27, 47;	7		3
196, 3, 104;	7		3	165, 30, 10;	6		4
164, 17, 6;	6		4	182, 7, 59;	7		3
195, 28, 102;	5		5	167, 23, 14;	6		4
165, 24, 9;	6		4	177, 35, 44;	5		5
163, 37, 4;	5		5	173, 16, 29;	5		5
196, 11, 104;	4		6	185, 15, 68;	6	(1)	3
181, 4, 54;	5		5	189, 5, 82;	5		5
186, 18, 72;	6		4	169, 7, 19;	7		3
167, 11, 14;	6		4	191, 32, 89;	4		6
178, 22, 47;	4		6	171, 7, 24;	7		3
172, 35, 28;	6		4	30	173	(2)	125.
185, 13, 68;	6		4				

Inter 300 igitur tales syllabas sunt longae 173 i. e. 57·66%,
breves 125 i. e. 41·66%.

Perlustravimus iam 1450 syllabas, quarum antecedunt clausulas integras

generis I.	300	generis Va	100
generis II.	300	generis Vb	300
generis III.	300		1450.
generis IV.	150		

inter quas 1450 syllabas sunt longae 838 i. e. 57·85%,
breves 594 i. e. 40·96%,
ancipites 18; eadem igitur fere ratio apparet quam statuimus in universum inter huius dialogi syllabas longas et breves.

Sed magnum intercedit discrimen, si in singulis clausularum generibus ipsis consideramus rationem longarum et brevium syllabarum atque cum ea comparamus rationem quae intercedit inter longas et breves syllabas quae praecedunt. etenim complectitur

1. clausula generis IV. (– – – –) [1] 4 syllabas longas, 0 brevem (4 : 0),
2. clausula generis I. (– ◡ – – –) 4 syllabas longas, 1 brevem (4 : 1),

[1]) ultimam quamque, in quam cadunt singulae periodi, syllabam ab oratore pro longa habitam esse nostro iure statuere posse nobis videmur.

itemque clausula Vb (– – – ⏑ –) 4 syllabas longas, 1 brevem (4 : 1),
3. clausula generis II. (– ⏑ – – ⏑ –) 4 syllabas longas, 2 breves (4 : 2),
4. clausula generis III. (– ⏑ – –) 3 syllabas longas, 1 brevem (3 : 1),
5. clausula generis Va (– ⏑ – ⏑ –) 3 syllabas longas, 2 breves (3 : 2).

Rationes autem, quas invenimus inter antecedentes syllabas longas et breves, hoc ordine distribuuntur singulis clausularum generibus

IV.	(4 : 0)	48·66 : 49·33	II.	(4 : 2)	58 : 40·66
I.	(4 : 1)	56·33 : 42	Va	(3 : 2)	59 : 39 [1])
Vb	(4 : 1)	57·66 : 41·66	III.	(3 : 1)	63·33 : 36.

Quamquam igitur istae rationes non nimis differunt ab ea ratione, quam universam inter syllabas longas et breves huius dialogi statuimus (59·06 : 40·94), tamen haec quasi lex observata esse videatur: quo gravior est clausula ipsa, eo levior est ea, quae clausulam continuo antecedit, periodi pars.

Quae conclusio mea confirmatur iis, quae indagavi de syllabis quae continuo antecedunt clausulas dissolutas.

a) E genere quidem I. elegi 30 clausulas, in quarum unaquaque una syllaba longa substituitur duabus brevibus; inter 300 autem syllabas, quae 30 illas clausulas continuo antecedunt, sunt

	longae,	(ancip.),	breves:		longae,	(ancip.),	breves:
164, 6, 5;	5	(1)	4	182, 10, 59;	8		2
183, 19, 62;	6		4	184, 31, 65;	4		6
184, 33, 66;	6	(1)	3	186, 10, 71;	8		2
194, 36, 100;	8		2	187, 12, 75;	5		5
179, 4, 48;	7		3	189, 24, 83;	6		4
188, 19, 79;	7		3	194, 18, 99;	7	(1)	2
191, 2, 88;	5		5	194, 29, 100;	4		6
193, 15, 96;	8		2	165, 17, 8;	7		3
162, 9, 1;	8		2	191, 18, 88;	6		4
164, 27, 6;	6		4	191, 28, 89;	6		4
166, 15, 11;	8		2	181, 25, 57;	6		4
168, 33, 18;	7		3	168, 35, 18;	8		2
170, 22, 22;	7		3	181, 23, 56;	7		3
174, 5, 32;	6		4	177, 30, 43;	6		4
176, 28, 40;	8		2	30	197	(3)	100.
180, 11, 51;	7		3				

[1]) in hac igitur forma 5a (– ⏑ – ⏑ ⏓) eadem fere intercedit ratio inter ipsius clausulae syllabas longas et breves (3 : 2) atque inter eas longas et breves syllabas, quae quidem inveniantur inter denas antecedentes syllabas; atque eandem fere rationem invenimus universam inter huius libelli de amicitia syllabas longas et breves (59·06 : 40·94).

Inter 300 igitur syllabas, quae antecedunt clausulas I. generis unius dissolutae syllabae longae (◡◡ ◡ – – ⏓, – ◡ ◡◡ – ⏓, – ◡ – ◡◡ ⏓), sunt
longae 197 i. e. 65·66%,
breves 100 i. e. 33·33%.

b) Generis II. huius modi clausulas statui 9; inter denas syllabas autem, quae continuo praecedunt, sunt

	longae,	(ancip.),	breves:		longae,	(ancip.),	breves:
180, 8, 51;	7		3	174, 12, 32;	7	(1)	2
190, 2, 85;	6		4	165, 21, 9;	8		2
190, 14, 86[1]);	7		3	187, 28, 76;	5		5
193, 7, 96;	5		5	191, 15, 88;	7		3
176, 14, 39;	5		5	9	57	(1)	32.

Inter 90 igitur, quae praecedunt, syllabas sunt
longae 57 i. e. 63·33%,
breves 32 i. e. 35·56%.

c) Generis III. tales formas inveni 12; et inter 120, quae antecedunt, syllabas sunt

	longae,	(ancip.),	breves:		longae,	(ancip.),	breves:
177, 21, 42;	8		2	163, 10, 2;	6		4
178, 24, 47;	7		3	169, 29, 20;	8		2
179, 12, 48;	7		3	170, 1, 22;	9		1
[175, 15, 35;	7		3]	183, 8, 61;	5		5
172, 9, 26;	7		3	193, 8, 96;	6		4
183, 4, 61;	4		6	12	80		40.
180, 31, 54;	6		4				

Sunt igitur inter 120 antecedentes syllabas
longae 80 i. e. 66·67%,
breves 40 i. e. 33·33%.

Ceterorum vero generum perpaucas huius modi clausulas hoc loco neglegendas esse censui.

Eas igitur, quae dissolutis syllabis longis leviores efficiuntur, clausulas antecedunt plures syllabae longae quam formas integras et illae quidem in genere dissoluto

1. 65·66% (56·33 in genere integro)
2. 63·33% (58 „)
3. 66·67% (63·33 „).

[1]) at nescio an hoc loco Cicero, ubi loquitur de inanitate et levitate honorum, certo consilio praeter consuetudinem breves syllabas coacervaverit, cum inter 17 (i. e. 10 antecedentes et 7 clausulae) syllabas 11 breves et 6 longas posuerit, dum modo ne pro »nihil« metiaris »nil«; sed conf. de mensura huius vocis p. 15[3].

D. De ratione, quae intercedit inter accentum grammaticum et ictum metricum in singularum periodorum clausulis libel Ciceronis de amicitia.

In quibus clausularum singularum syllabis ictus positus sit, ex ipsa forma earum metrica apparet. etenim primi generis forma quia constat e cretico (⏗ ⏑ ⏗), ad quem accedit trochaeus (⏗ ⏓), inde sequitur hic acuendi modus ⏗ ⏑ ⏗ ⏗ ⏓; duobus inter se coniunctis creticis (⏗ ⏑ ⏗ ⏗ ⏑ ⏗) constituitur forma alterius clausularum generis; tertii generis clausula est ditrochaica (⏗ ⏑ ⏗ ⏓), dispondiaca (⏗ – ⏗ ⏓) generis quarti; quinti denique clausulae in creticum cadere videntur, quem antecedit aut trochaeus (⏗ ⏑ | ⏗ ⏑ ⏓) aut spondeus (⏗ – | ⏗ ⏑ ⏓) aut dactylus (⏗ ⏑⏑ | ⏗ ⏑ ⏓). si autem pro una e syllabis longis substituuntur duae breves, priori earum ictum tribuere par est. neque vero semper accentus verbi primarius in eas syllabas cadat necesse est quae ictu metrico percutiuntur, sed plerumque sufficit accentus quidam secundarius, qui praeter cetera exempla aut in prima syllaba verbi statui posse videtur aut certe in ea quae in forma verbi principali (persevéro) accentu primario percutitur (vid. supra p. 25).

a. De formis clausularum non dissolutis.

I. De genere primo (⏗ ⏑ ⏗ ⏗ ⏓).

1. Huius generis nullam prorsus discrepantiam inter accentum grammaticum et ictum metricum hae prae se ferunt formae:

1 (171, 15, 24 pèrsevèráret) 3 locis,

1β iis tantum locis, quibus clausula incipit aut a verbo monosyllabo (165, 28, 10 síc habètóte) aut ab ultima syllaba verbi plurium quam duarum syllabarum cuius paenultima est brevis (180, 27, 53 inopès amìcórum)[1]; neque vero ubi incipit ab alio verbo, nisi eius ultima syllaba per synaloephen cum verbo sequenti ita coalescit ut forma qualem modo statuimus oriatur (179, 36, 50 vólg(i) abhòrréret); 5 locis

1γ (164, 15, 5 ípse cògnósces) 34 locis,

1δ (170, 29, 23 mórtuì vívunt) 4 „ ,

1βγ (iisdem condicionibus quibus 1β: 195, 26, 102 clár(a) et ìnsígnis) 1 loco,

1γδ (166, 13, 11 nóta súnt vóbis) 14 locis,

1βγδ (170, 6, 22 síc loqu(i) út técum) 1 loco

62 locis.

---

[1]) Ausserer Comm. Aen. I 54 „Ultima“ inquit „verbi syllaba longa ictu metrico sublata nemo potest offendi, dum modo ne ista syllaba continuo sequatur eam, quae accentu verbi acuitur, velut praédiùm, póssidèt, quia tunc syllabae extremae secundarius quidam accentus sponte accedit.“

Accentus igitur verborum et ictus metricus inter se plane concinunt 62 inter 78 locos i. e. 79·49%.

2. Relincuntur huius generis formae

a) 1β (ut 163, 23, 3 sérmo vidèrétur) et 1βγ (168, 22, 17 secúndas vel àdvérsas) eae, quae incipiunt ab ultima syllaba eaque longa verbi plurium syllabarum, cuius paenultima accentu insignis est,

b) 1ε (174, 14, 32 sèmpitérnae sunt),

c) 1βδ (ut 184, 19, 65 stábilìs pótest ésse),

d) 1βε (ut 167, 18, 14 mágis qu(am) amíci sit).

Alias huius generis formas in hoc libello Ciceronis non repperi.

ad a) De iis formis, in quibus longam syllabam instructam accentu grammatico continuo sequitur syllaba percussa ictu metrico (1β 6 locis, 1βγ uno loco), infra agam p. 51; hic autem agendum esse puto de una clausula quae incipit ab ultima syllaba verbi iambici (177, 9, 41 i-is resistatur). de hac re optime scripsit Kauer Studien zu Pacianus p. 44 sq.: „Der Grund muß vielmehr in dem iambischen Worte liegen, das als Enklitikon mit dem vorausgehenden Worte einen Tonkomplex in der Art bildet, daß dessen lange Silbe den Ton bekommt, während die kurze Silbe des Iambus den sonst auf ihr ruhenden Ton zu Gunsten dieses Tones und des auf die folgende Silbe zu liegen kommenden Nebentones verliert. Auf diese Erscheinung bei der Klausel hat schon Wolff in § 16 de enclisi (670 f.) hingewiesen und gezeigt, daß es sich hier hauptsächlich um die Formen des Personalpronomens oder Adverbien wie quidem, modo, sowie um Formen enklitischer Verba, wie sumus, fuit, velim etc. handelt, und hat zur Begründung von partes duae und causas agis auf Skutsch (Vollm. Jahresber. für rom. Philol. II 58) verwiesen, wonach auch Zahlwort mit Substantiv, Objekt mit Verbum bisweilen unter einem Accent erscheinen."

ad b) Formam 1ε semel statui (174, 14, 32 sempiternae sunt), qua in clausula vox enclitica „sunt" tam arte cum voce „sempiternae" coniungitur, ut uno tantum accentu primario in ultima prioris verbi syllaba posito percutiantur: sèmpitèrnáe sunt; conf. Zielinski qui p. 29 „Eine starke Verschiebung (des metr. Iktus)" inquit „würde in ε eintreten, wenn wir rèstitúti sunt (– ◡ – – –) betonen müßten, wie das gewöhnlich geschieht; aber eben das brauchen wir nicht zu tun; denn da sunt enklitisch ist, darf réstitùtí sunt ebensogut betont werden wie réstitùtúsque."

ad c) Formam 1βδ quattuor inveni locis (vid. p. 6), ubi iambicae vocis posterior syllaba ictu percutitur; de iambicis istis vocibus (potest, meus, modo, parum), quia cum antecedente verbo artissime coniungendae sunt, ea valent, quae supra exposui.

ad d) Formam 1βε (167, 18, 14 mágis qu(am) amíci sit) statui 3 locis (vid. p. 6). in huius modi formis accentus grammaticus ad ictum metricum duobus locis videtur non quadrare; nam nec syllaba „gis“ nec syllaba „ci“ acuitur accentu verbi. sed hanc difficultatem iis iam sustuli, quae p. 46 dixi de enclisi; nam concluduntur istae tres clausulae omnes verbis „sit“ aut „sis“. illa autem difficultas, quae quidem ad voces „magis“ et „minus“ (195, 4, 100) pertineat, iis explicata est, quae supra de enclisi verborum iambicorum protuli. restat 177, 28, 43 (aliquan-do futurum sit) de qua clausula infra p. 51 disputabo.

II. De genere altero (⏑́ ⏑ ⏑̂ ⏑́ ⏑ ⏑̂).

1. Ictus metricus et accentus grammaticus plane inter se quadrant in his formis:

2 (167, 7, 13 èxpedìtíssimùm)	1 loco,
2β iisdem condicionibus, quae de forma 1β valent (172, 15, 26 èt volùntáriùm)	2 locis,
2γ (167, 32, 15 súmma cònsénsiò)	28 locis,
2δ (163, 3, 1 pru-déntià dóctiòr)	13 locis,
2βγ iisdem condicionibus atque in forma 1βγ (164, 4, 4 mé loqu(i) èxístimèm, 193, 32, 98 amábi-lìs sit ìntéllegìt)	2 locis,
2γδ (186, 16, 71 commemo-ráre quí cóntulìt)	1 loco,
2γδζ (188, 26, 80 quális èt quánta sìt)	1 loco
	48 locis.

Nullam igitur statuimus discrepantiam 48 inter 78 locos (i. e. 61·54%).

2. Enclisi vero vocis aut iambicae aut monosyllabae (vid. p. 46) excusantur hae formae:

2ε (165, 10, 8 hu-mànitàtís tuàe)	12 locis,
2βγ (164, 19, 6 appèl-lánt et èxístimànt)	2 locis,
in quorum clausulis monosyllaba „et“ (164, 19, 6) et „quid(em)“ (172, 2, 26) enclitica coalescunt cum verbo antecedente,	
2βδ (166, 19, 11 núnc eràt Scípiò)	8 locis,
2βε (193, 34, 98 quám vidèrí volùnt)	1 loco,
2βγε (164, 11, 5 Láeli-ùm loqu(i) ìpsúm putès)	1 loco.

De tribus formis 2β, duabus 2βε, una 2βδε, quae difficultatem quandam exhibent, postea agam (p. 51).

III. De genere tertio ditrochaico (. . . . ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑̲).

1. Nulla intercedit discrepantia inter ictum et accentum his in formis:

3 (164, 34, 7 iùdicátum)	43 locis,

3β iisdem condicionibus atque in forma 1β (165, 20, 9 dè Ca-tóne, 164, 10, 5 de amicíti-à loquétur) 13 locis,
3γ (183, 31, 63 ílla málint) 8 locis,
3γδ (195, 23, 102 ex-stíncta nón est) 1 loco
65 locis.

Inter ictum igitur et accentum nullam invenimus discrepantiam 65 locis i. e. 79·27%.

2. In 2 formis 3β (175, 15, 35 dìcerét si-bì vidéri) vocis iambicae (sibi, magis) posterior syllaba acuitur accentu secundario, conf. p. 46.

3. De 15 formis 3β, in quibus maior difficultas apparere videtur, agam p. 51 sq.

IV. De formis dispondiacis (. . . . –́ – –́ ⏓).

1. Inter huius generis 15 formas non dissolutas nullam statui discrepantiam in clausulis

4 (166, 30, 12 pèrvenísse) 7 locis,
4β iisdem condicionibus atque in forma 1β (179, 28, 50 quàm natúra, 188, 8, 78 contu-méli-aè gignúntur) 3 locis,
4γ (176, 33, 41 paúcos ménses) 3 locis,
4βγ (170, 9, 22 quám tú férret) 1 loco
14 locis.

2. In forma
4δ (185, 9, 67 èxplètúm sit) 1 loco
vox enclitica „sit“ cum verbo antecedente ita coniungitur, ut uno tantum primario accentu acuantur (vid. supra p. 46).

Itaque in omnibus huius generis clausulis 15 ictus metricus bene quadrat ad accentum grammaticum.

V. De genere Va (–́ ⏑ –́ ⏑ ⏓).

1. Accentus grammaticus et ictus metricus inter se quadrant in formis

5aβε iisdem condicionibus atque in forma 1β (165, 37, 10 íp-s(um) amántis èst) 1 loco,
5aγε (188, 28, 80 quísque cárus èst) 1 loco
2 locis.

2. Accedunt formae quae excusantur enclisi vocis iambicae, de qua vid. p. 46.

5aδ (170, 36, 23 pèrspicí potèst) 3 locis,
5aγδ (192, 17, 92 va-lére nón potèst) 1 loco
4 locis.

3. De difficultate trium, quae relincuntur, formarum agam p. 52.

VI. De genere Vb (⏗ ‒ ⏗ ⏑ ⏗).

1. Nulla discrepantia inter accentum verborum et ictum metricum intercedit in formis

5b (185, 13, 68 cònsuetúdinìs)	1 loco,
5bβγ iisdem condicionibus atque in forma 1β (167, 11, 14 dé rè públicà, 172, 35, 28 Maéli-ùm non óderìt, 182, 13, 59 sóli-tùs sit díxerò)	3 locis,
itemque in formis 5bβ et 5bβε	
5bβ (176, 23, 39 íd(em) acérrimùs)	2 locis,
5bβε (168, 8, 16 quáe praecépta dès)	1 loco,
5bγ (165, 30, 10 cérte méntiàr)	6 locis,
5bγε (196, 11, 104 eti-ámsi mágna sunt)	1 loco
	14 locis.

2. Ad quas proxime accedunt hae formae generis Vb, quae excusantur enclisi vocis iambicae (vid. p. 46):

5bβ (167, 23, 14 e-rìt laetábitùr)	3 locis,
5bδ (190, 24, 87 èxpèrtém suì)	5 locis,
5bβδ (173, 16, 29 indigénti-à nàtám volùnt)	2 locis,
5bγδ (167, 20, 14 cérte níl malì, 185, 16, 68 intractat(o)[1] ét novò)	2 locis,
5bβγδ (171, 7, 24 intélle-gùnt et ré probànt)	1 loco.

De 10 formis reliquis huius generis agam p. 52.

VII. De genere Vc (⏗ ⏑⏑ ⏗ ⏑ ⏗).

Quae inter accentum et ictum oritur discrepantia in clausula 181, 1, 54 (intolerabíli-ùs fìerí potèst 5cβδ), excusatur enclisi vocis iambicae „potest“ (vid. p. 46).

De clausula 192, 28, 93 (5cβε) agam p. 52.

VIII. De formis singularibus.

a) In formis 4 dochmiacis (⏑ ⏗ ⏗ ⏑ ⏗)

aut congruunt ictus metricus et accentus verborum (176, 34, 41 audíeràt aút víderàt) aut excusatur eorum discrepantia enclisi vocis iambicae:

164, 36, 7 (infe-riòrés putès),
168, 2, 15 (poste-ritàtí forè),
177, 16, 42 (impi-etàtís ducès).

---

[1]) ubi, quamquam forma per se pronuntiatur ìntractáto, tamen elisione vocalis extremae effici videtur ut accentus locus mutetur: intráctat(o).

b) De formis heroicis (⏑́ ⏑⏑ ⏑́ ⏓).

De difficultate, quam prae se ferunt huius generis formae 187, 35, 77 et 188, 6, 78, agam p. 52.

Nullam igitur discrepantiam inter accentum verborum et ictum metricum prae se ferunt clausulae nullius syllabae longae dissolutae

in genere	I.	62	i. e.	79·49%
„	II.	48	„	61·54%
„	III.	65	„	79·27%
„	IV.	14	„	93·3%
„	V a	2	„	22·22%
„	V b	14	„	37·84%
„	V c	—	„	—
„	dochm.	1	„	25%
„	her.	—		
		206		

Itaque 206 inter 307 locos, quibus statui clausulam nullius syllabae longae dissolutae, (i. e. 67·1%) accentus grammaticus ad metricum ictum quadrat.

Excusatur quaedam discrepantia ictus metrici et accentus verborum enclisi vocis aut iambicae aut monosyllabae in clausulis

generis	I	8
„	II	24
„	III	2
„	IV	1
„	Va	4
„	Vb	13
„	Vc	1
„	dochm.	3

b. De clausulis, quarum una syllaba longa dissolvitur vel plures.

Harum ratio etiam melior est quam integrarum; nam inter 72 non plus 8 quandam discrepantiam ictus metrici et accentus verborum exhibent, licet eas tres clausulas quas p. 31 enumeravi quasi antispasticas adicias. accedit quod harum 8 clausularum tres enclisi vocis iambicae excusantur:

168, 35, 18 (vi-rí bonì fúerìnt) 1^3 βδ,
165, 21, 9 (ílle sàpiéns fuìt) 2^2 γε,
185, 23, 69 (íta dìcám gregè) 5^1 b βδ,

tres enclisi vocis monosyllabae:
181, 25, 57 (amì-cúm sit ànimátus) $1^2\beta\gamma$,
177, 30, 43 (quális hòdié sit) $1^2\gamma\varepsilon$,
186, 22, 72 (ópe-rè levàndí sunt) $4^1\beta^1\delta$,

una eo quod praepositio artissime coniungitur cum suo nomine 181, 23, 56 (fíat àb amícis) $1^2\gamma\delta^1$,

ita ut una clausula restet 164, 6, 5, de qua mox agendum erit.

Nam relinquitur, ut de illis 46 clausulis iam disseram, quas adhuc neglexi, quae omnes prae se ferunt caesuram β, quia omnes incipiunt ab ultima syllaba longa verbi plurium syllabarum, cuius paenultima ipsa quoque est longa, ita ut syllabam, quae ornatur accentu grammatico, continuo sequatur eiusdem verbi syllaba longa, quae acuitur ictu metrico.

Quos locos iam iuvat hic adscribere; sunt autem huius modi loci

generis I (1 β)

163, 23, 3 sèr-mó videretur,
164, 25, 6 acù-té ferebantur,
175, 22, 37 derelìc-túm videbamus,
183, 20, 62 experièn-dí potestatem,
187, 9, 75 utilità-tés amicorum,
193, 11, 96 Cràs-sí videbatur,
164, 6, 5 scrìp-sí de amicitia ($1^3\beta$),
168, 22, 17 secùn-dás vel adversas ($1\beta\gamma$),
177, 28, 43 aliquàn-dó futurum sit ($1\beta\varepsilon$);

generis II (2 β)

181, 9, 55 dì-cám supellectilem,
181, 30, 57 fì-únt honestissime,
189, 16, 82 tòl-lít verecundiam,
163, 28, 4 mùl-tís rogatu tuo ($2\beta\varepsilon$),
193, 37, 98 làu-dúm suarum putant,
192, 36, 95 constàn-tém sever(um) et gravem ($2\beta\delta\varepsilon$);

generis III (3 β)

165, 5, 7 ès-sés obire,
166, 23, 12 suspicèn-túr videtis,
168, 37, 18 à-iúnt Minerva,
173, 29, 30 diligèn-dí profectae,
173, 34, 31 expetèn-dám putamus,
175, 20, 36 debuè-rúnt iuvare,
182, 32, 60 cogitàn-dúm putabat,
185, 29, 69 amplìò-rés volebat,

192, 4, 90 dè-bént vacare,
171, 16, 24 factù-rós fuisse,
175, 27, 37 facièn-dúm putaret,
176, 25, 40 facià-mús rogati,
178, 32, 47 flagitiò-sís modestos,
179, 16, 48 exorià-túr necessest,
181, 32, 57 ìp-sí fruantur;

generis V a (5 a β)

179, 1, 48 suscipià-mús molestias,
193, 4, 96 dì-cám lubentius,
194, 2, 98 mentièn-dúm paratus est (5 a βε);

generis V b (5 b β)

162, 11, 1 nùm-quám discederem,
192, 24, 93 nù-túm convertitur,
178, 27, 47 suscèp-tám deponere,
184, 22, 65 tràc-tó constantiam,
196, 3, 104 tèm-pús contrivimus,
186, 18, 72 inferiò-rés extollere,
177, 6, 41 aù-tém post Cassia (5 b βγ),
178, 11, 45 ù-nús pro pluribus,
164, 17, 6 quìs-quám nec clarior,
169, 32, 20 ùl-ló pacto potest (5 b βδ);

generis V c (5 c βε)

192, 28, 93 omnì-nó levitatis est;

generis heroici

187, 35, 77 suscèp-taé videantur,
188, 6, 78 opprès-saé videantur,

nisi in his duabus clausulis „esse“ addere mecum malis ante „videantur“, conf. p. 22².

De illa difficultate A. Ausserer Comm. Aen. I 54 sq. haec disseruit: „Aliter res se habet, si syllaba accentu grammatico instructa continuo antecedit longam syllabam verbi extremam, quae eadem ictu metrico insignis est. haec discrepantia inter accentum grammaticum et ictum metricum paulum eo inminuitur, quod in longis syllabis pronuntiandis vox per se diutius moratur eoque quandam vim eis tribuit, quae augetur, si sequens syllaba accentu omnino caret, velut vénìs perennibus. at tamen tales syllabarum concursus aures minus iucunde offendisse inde apparet, quod eorum exempla praesertim exeuntibus in periodis satis pauca sunt.“ sed nescio an clarius haec sententia proferri possit. etenim quia longae vocales quasi duabus e brevibus vocalibus

videntur constare, quarum prior acuto (´) accentu, posterior gravi (`) percutitur, iam in verbis, qualia sunt sermo, scripsi, aiunt, esses, acute, derelictum, quorum syllaba ultima instruitur ictu metrico, una mora intercedit inter accentum verbi, quo percutitur prior paenultimae syllabae longae mora, et ictum metricum. itaque ut nemo offenditur ratione, quae intercedit inter ictum et accentum in clausula 184, 19, 65 stăbĭlìs potest esse, 180, 27, 53 ínŏpès amicorum, ita aures Romanorum non offendebantur ratione, quae intercedit in illius modi clausulis inter ictum metricum et accentum grammaticum; nam voces sérmò, scrípsì, éssès easdem plane accentus rationes exhibent ac voces stăbĭlìs, ínŏpès, ĕtĭàm, amicĭtĭà.

Pars altera.

De numeris per periodorum membra diffusis.

Ciceronem vidimus in dialogo de amicitia novem omnino modis ad finiendas periodos usum esse; et inter 379, quos statuimus, locos

formam	I.	posuit	116	locis
„	II.	„	88	„
„	III.	„	94	„
„	IV.	„	22	„
„	V a	„	10	„
„	V b	„	41	„
„	V c	„	2	„
„	dochmiacam		4	„
„	heroicam		2	„ .

Iam quaeritur, inveniamusne has formas similesque, quibus Cicero terminavit periodos, in membris quoque et partibus periodorum; optimo iure e talibus clausulis intra periodos distributis concludere possimus, quo periodi loco Cicero incidi voluerit membrumque periodi concluserit [1]. sed ex iis, quae indagavi perscrutatus plures et Ciceronis et Cornelii Nepotis et Taciti et Senecae periodos (vid. p. 57sqq.), satis elucere videtur in sermone Latino vix posse concurrere vocabula, quae non unam aliamve ex illis formis numerosis prae se ferant.

Quae quamvis ita sint, tamen de hac quaestione nondum est desperandum. nemo enim, qui hanc rem diligentius inspexerit, ignorat Ciceronem minime eodem studio frequentasse omnes illas clausularum formas; inter quas frequentia maxime eminent formae I., II., III., V b

---

[1]) J. May Rhythmische Formen 1909 p. 2: „Ferner ist die Klausel oft Erkennungszeichen des Kolonschlusses.“

generis. itaque iam quaeritur, ostendantne hae fortasse frequentiores formae illos nobis dialogi locos, quibus Cicero substitit in disputando. sed hoc quoque prorsus nego. ad hanc enim pervestigandam rem duodecim eiusdem fere longitudinis periodos Ciceronianas perlustravi, octo repetitas e dialogo de amicitia, duas e dialogo de senectute, unam ex oratione, quam habuit pro imperio Cn. Pompei, unam ex oratione in Catilinam tertia (conf. p. 57 sqq.); quae duodecim periodi constituuntur 300 fere vocabulis. in his igitur duodecim periodis Ciceronianis statui unam aliamve ex illis frequentissimis clausulis 139 locis et formam quidem

I. generis 50,
II. generis 20,
III. generis 45,
Vb generis 24 locis,

quo accedunt satis multa exempla reliquarum clausularum. quibus neglectis si statueremus iis locis, ubi frequentissimae tantum clausularum formae statuuntur, omnibus Ciceronem paululum intermisisse, substitisset in his, quae 300 vocabulis constituuntur, periodis non minus 139 locis i. e. post alterum quodque verbum, id quod fieri prorsus non potuisse certe concedas. unde sequitur ne hac quidem ratione et via illam quaestionem ad certum finem perduci posse. accedit, quod nonnulli loci tales sunt, quibus, quamvis usitatissimam prae se ferant clausularum formam, minime subsistere potuisse Ciceronem facile cognoscas; velut in prima de amicitia dialogi periodo post „mūltă nārrārĕ dē“ (II.), ubi continuo sequitur „C. Laelio“, vel post eiusdem loci „narrārĕ dē Gāiō“ (I.), ubi continuo adiungitur nomen gentile „Laelio“, vel post „Laēlĭō sŏcĕrō“ (I.³), ubi sequitur „suo“, vel post „narrare . . . . iucundē sŏlēbāt nēc“ (I.), ubi sequitur „dubitare“, vel in eiusdem de amicitia dialogi periodo altera post „erām dēdūctŭs ād“ (Vb), ubi continuo sequitur „Scaevolam“, vel post „Scāevŏlām sūmptā“ (I.), quae vox „sumpta“ ad voces, quae secuntur, „virili toga“ attinet. sed longum est omnes huius modi locos dialogi huc adscribere.

At tamen illam frequentiam formarum numerosarum, quae in clausulis effulgent, intra fines periodorum mero casui tribuere nolim, quamquam omnibus huius modi locis Ciceronem membrum orationis conclusisse negandum est. ad quam sententiam testimonio adducor Ciceronis ipsius, qui in tertii „De oratore“ libri paragrapho 184 „Liberior“ inquit „est (quam poetarum versus) oratio et plane, ut dicitur, sic est vere soluta, non ut fugiat tamen aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. namque ego illud adsentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo,

non astricte, sed remissius numerosam esse oportere. etenim, sicut ille suspicatur, ex istis modis, quibus hic usitatus versus efficitur, post anapaestus, procerior quidam numerus, effloruit; inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus; cuius membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa. et, si numerosum est in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones et quod metiri possumus intervallis aequalibus, recte genus hoc numerorum, dum modo ne continuum sit, in orationis laude ponetur." e quo loco, cuius similes non desunt, nonne sequi videtur tot pulchras tamque varias formas numerosas in membris quoque orationis diffusas tot esse signa totque testes praeclaras singularis illius Ciceronis in conscribendis et dialogis et orationibus diligentiae et curae? accedit quod in epistulis (conf. p. 60 sqq.), ubi non orator de rebus publicis Romanorum agit cum populo Romano, non senex gravis doctusque loquitur ad adulescentes de rebus, quae attinent ad philosophiam, sed amicus cum amico, cum familiari colloquitur familiaris et de rebus ille quidem privatis, non eandem Cicero atque in orationibus et dialogis adsecutus est numerorum elegantiam. in periodis enim duodecim, quas elegimus e dialogis et ex orationibus (cf. p. 57 sqq.), statuimus formam

generis I. 50,
II. 20,
III. 45,
V b 24 locis.

eadem si confecisset epistulas ac dialogos orationesque diligentia, in epistularum quattuor periodis eiusdem fere longitudinis desideraremus formam

generis I. 16,
II. 7,
III. 15,
V b 8 fere locis;

re autem vera formam generis I. in his epistularum periodis posuit 7 tantum (pro 16), formam generis II. 3 (pro 7), generis V b 5 (pro 8) locis; illam autem et simplicem et facilem formam generis III. ditrochaicam, quae, ut ipse in tertii de oratore libri paragrapho 182 ait, "natura tamen incurrit in orationem sermonemque nostrum", in epistularum periodis multo saepius admisit quam in orationibus et dialogis, i. e. 21 locis pro 15 locis, quos exspectamus.

Sed iam adferam illas Ciceronis aliorumque, quos supra nominavi p. 54, periodos singulas, quibus ea, quae modo absolvi, et demonstrentur et confirmentur.

1. Cicero primam dialogi de amicitia periodum exorditur his verbis:

„Quintus Mucius augur" . . .; quae verba „Mūcĭŭs aūgūr" rarissimam quidem exhibent clausularum formam heroicam		socerō sŭō mĕmŏrĭtĕr	2^3
		suō mĕmŏrĭtĕr ēt	$5a^2$?
		ēt iūcūndē	4
		iucundē sŏlēbāt	mol + 3
Mūcĭŭs aūgūr mūltă	dact + 4	iucundē sŏlēbāt nēc	1
mūltă nārrārĕ	1	nēc dŭbĭtārĕ	heroic.
mūltă nārrārĕ dē	2	dŭbĭtāre īllum ĭn	4^1
narrārĕ dē Gāiō	1	īllum ĭn ōmnī	3
Gāiō Lāelĭō	cret + 5b	omnī sērmōnĕ	cret + 4
Lāelĭō sŏcĕrō	1^3	āppēllārĕ	mol + 4
Laeliō sŏcĕrō sŭō	5c	appellārĕ săpĭēntĕm	1^2

Periodus 2 (162, 9, 1).

ego autem ā pătre ĭta ĕrām dēdūctŭs	cret (dact) + 4	ŭt quŏād pŏssem ĕt	1
ērām dēdūctŭs ād	cret (dact) + 5b	pŏssem ĕt lĭcērēt (heroic.)	ditr + 3
dedūctŭs ād Scāevŏlām	2	pŏssem ĕt lĭcērēt ā (5c)	ditr + 5a
Scāevŏlām sūmptā	1	licērēt ā sĕnīs (dact)	disp + 5a
sumptā vĭrīlī	ditr + 3	ā sĕnīs lătĕrĕ	1
sumptā vĭrīlī tŏga ŭt	2	lătĕrĕ nūmquām	cret + 3
virilī tŏga ŭt quŏād	cret + 5a	numquām dīscēdĕrēm	cret + 5b

Periodus 3 (162, 12, 1).

ĭtăquĕ mūlta ăb ĕō	1	cōmmŏdē dīctă	1
eō prūdēntēr	dact + 4	dīctă mĕmŏrĭāe	cret + 5a
prudenter dīspŭtātă	disp + 3	memoriāe māndābām	ditr + 4
disputātă mūltă	disp + 3	mandabām fĭĕrīquē	heroic.
disputātă mūlta ĕtĭām	1	fieriquē stŭdēbām	chor + 3
ĕtĭām brĕvĭtĕr	cret + 4	fieriquē stŭdēbam ĕiŭs	1
ĕtĭām brĕvĭtĕr ĕt	cret + 5b	eiŭs prūdēntĭă	ditr + 5b
brĕvĭtĕr ĕt cōmmŏdē	2	prudēntĭă dōctĭōr	2

Periodus 4 (163, 3, 1).

Quo mŏrtŭō me ăd pōntĭfĭcēm	cret + 4	cīvĭtātĭs	disp + 3
pontĭfĭcēm Scāevŏlām	1 + 5b	cīvĭtātĭs ĕt	disp + 5a
Scāevŏlām cōntŭlī	2	civitātĭs ĕt īngĕnĭo ĕt	pentam. dimid.
cōntŭlī quem	cret + 3	ĕt iūstĭtĭă	dact + 4
cōntŭlī quem ūnūm	1	prāestāntīssĭmum	chor + 5b
ūnūm nōstrāe	cret + 4	praestantīssĭmum āudĕō	mol + 5a
		āudĕō dīcĕrĕ	2

Periodus 5 (164, 37, 7).

ĭtăque ēx mē quāerūnt crēdo ēx	mol + 4
quaerūnt crēdo ēx hōc	disp + 4
crēdo ēx hōc ĭtēm	disp + 5b
hōc ĭtēm Scāevŏlā	2
Scāevŏlā quōnām	1
quōnām pāctō	cret + 4
pāctō mōrtĕm	1 + 4
Afrĭcānī	disp + 3
Afrĭcānī fĕrās	2
ferās ĕōquĕ	1 + 3
ferās ĕōquĕ măgīs	1
eōquĕ măgīs quōd	heroic.
magīs quōd prōxĭmīs	dact + 5b
prōxĭmīs nōnīs	1
proximīs nōnīs cum ĭn	disp + 4
nonīs cum ĭn hōrtōs	ditr + 3
nonis cum in hōrtōs Dĕcĭmī	disp + 4
hortos Dĕcĭmī Brūtī	ditr + 4
Decimī Brūti āugŭrĭs	dact + 5b
cōmmēntāndī	cret + 4
commentāndī cāusa ŭt	1 + 4
caūsa ŭt ādsŏlēt	disp + 5a
vĕnīssēmūs	cret + 4
venīssēmūs tū	ditr + 4
venissēmūs tū nōn	1 + 4
ădfŭīstī	disp + 3
ădfŭīstī quī	1
dīlĭgēntīssĭmē	2
diligentīssĭmē sēmpĕr	1
sēmpĕr ĭllūm	2 + 3
sēmpĕr ĭllūm dĭem ĕt	2
illūm dĭem ĕt ĭllŭd	heroic.
ĭllŭd mūnūs	dact + 4
mūnūs sŏlĭtūs	adon + 4
sŏlĭtūs ēssēs	disp + 3
essēs ŏbīrĕ	cret + 3

Periodus 6 (170, 28, 23).

Quocīrca ĕt ābsēntēs	1
absēntēs ādsūnt	cret + 4
absentēs ādsūnt ĕt	ditr + 4
adsūnt ĕt ĕgēntēs	heroic.
egentēs ăbūndānt	chor + 3
egentēs ăbūndānt ĕt	1
ĭnbĕcīllī	1 + 4
inbĕcīllī vălēnt	cret + 5b
inbecillī vălēnt ĕt	mol + 3
inbecillī vălēnt ĕt quōd	1
dĭffĭcĭlĭūs	1 + 3
difficĭlĭūs dīctū est	disp + 4
dīctū est mōrtŭī	disp + 5b
mōrtŭī vīvūnt	1

Periodus 7 (179, 13, 48).

Cum autem contrăhāt ămīcĭtĭam	1
amīcĭtĭam ūt sŭprā	disp + 5c cret + 4
(ūt) sŭprā dīxī	1 chor + 4
suprā dīxī sī	adon + 4
dīxī sī quă	cret (mol) + 4
sĭgnĭfĭcātĭō	disp + 5c
significatiō vĭrtūtĭs	adon + 4
virtūtĭs ēlūcēăt	2
elūcēăt ăd quām	heroic.
elucēăt ăd quām sē	ditr + 4?
quām sē sĭmĭlĭs	4
sĭmĭlĭs ănĭmŭs	mol + 3
ănĭmŭs ădplĭcĕt	disp + 5a
ănĭmŭs ădplĭcĕt ĕt	1
adplĭcĕt ĕt ădiūngăt	1
adplĭcĕt ĕt ădiūngăt ĭd	2
adiūngăt ĭd cūm	cret + 3
ĭd cūm cōntĭgĭt	1 + 5b
cūm cōntĭgĭt ămŏr	cret + 5b
ĕxŏrĭātūr	heroic.
exoriatūr nĕcēsse ēst	chor + 3

Periodus 8 (195, 28, 103).

Equidem ex ōmnĭbūs rēbūs	1
omnibūs rēbūs quās	4
rēbūs quās mĭhi āut	cret + 5b
āut fōrtūna āut	disp + 4
āut nātūră	mol + 4
natūră trĭbŭīt	mol + 3 (4)
natūră trĭbŭīt nīl (nĭhĭl)	{ 1 (2) / mol + 4 (5c) }
tribuīt nīl hăbĕō	4
nīl hăbĕō quŏd	heroic.
hăbĕō quōd cum	4
quōd cum ămīcĭtĭă	1
Scīpĭōnīs	1 + 3
Scipiōnīs pōssīm	disp + 4
cōmpărārĕ	disp + 3

Periodus 9 (Cato Maior de senectute 155, 4, 66).

Quārtă rēstat	3
caūsă quāe māxĭme	2
māxĭme āngĕre	cret + 5 a
āngĕre ātquĕ	1 + 3
ātquĕ sōllĭcĭtam	1
sollĭcĭtam hăbērĕ	cret + 3
habērĕ nōstram	1 + 3
nōstram āetātēm	ditr + 4
aetatēm vĭdētŭr	mol + 3
ādprŏpīnquātĭō	2
adpropinquātĭō mōrtīs	1
adpropinquatiō mōrtīs quāe	1 + 4
mortīs quāe cērte ā	ditr + 4
ā sĕnēctūtĕ	1
ā sĕnēctūtĕ nōn	2
senectūtĕ nōn pŏtēst	cret + 5 a
nōn pŏtēst ēssĕ	1
ēssĕ lōngē	cret + 3

Periodus 10 (Cato Maior de senectute 145, 33, 41).

Quocircā nīl (nĭhĭl) ēssĕ	4 (heroic.)
Quocircā nīl (nĭhĭl) ēssĕ tām	5 b (c)
dētēstābĭlĕ	cret + 5 b
dētēstābĭlĕ quām	pentam. dimid.
quām vŏlūptātēm	1
voluptātēm sĭquĭdem	cret + 4
voluptātēm sĭquĭdem ĕă	cret + 5 b
voluptatēm sĭquĭdem ĕă cūm	ditr + 4
ĕă cūm māĭŏr	dact + 4
māĭŏr ēssĕt	3
ēssĕt ātquĕ	disp + 3
ātquĕ lōngĭŏr	ditr + 5 a
lōngĭŏr ōmne	heroic.
lōngĭŏr ōmne ănĭmī	pentam. dimid.
ănĭmī lūmĕn	chor + 4
lūmĕn ēxstīnguĕret	2

Periodus 11 (Pro imperio Cn. Pompei 7, 17).

Ac ne illūd quĭdēm vōbīs	1
vobīs nĕglĕgēndūmst	{ heroic. / mol + 3 }
nĕglĕgēndūmst quōd	{ 1 + 4 / 1 }
neglegēndūmst quōd mĭhi	disp (dact) + 5 b
ēst quōd mĭhi ĕgo	{ chor / cret } + 4
mĭhi ĕgo ēxtrēmūm	mol + 4
extremūm prōpŏsŭĕrām	mol + 5 b
propŏsŭĕrām cum	disp + 3
propŏsŭĕrām cum ēssēm	1
proposuerām cum ēssēm dē	disp + 4
essēm dē bēllī	ditr + 4
bēllī gĕnĕrĕ	mol + 4
gĕnĕrĕ dīctūrus	1

dīctūrūs quŏd	disp + 4
dīctūrūs quŏd ăd	disp + 5 b
ăd mūltōrūm	disp + 4
mūltōrūm bŏnă	5 b + 5 b
multorūm bŏnă cīvĭūm	1 + 5 c
Rōmānōrūm	5 c + 4
Romanōrūm pērtĭnēt	1 + 5 b
pērtĭnēt quōrūm	1

quōrūm vōbīs	cret + 4
quorūm vōbīs prō	ditr + 4
vobīs prō vēstrā	mol + 4
vestrā săpĭēntĭă	mol + 5 c
sapientiă Quĭrītēs	adon + 3
Quiritēs hăbēnda ēst	cret + 3
habēnda ēst rătĭō	1 + 4
dīlĭgēnter	4 + 3

Periodus 12 (In Catilinam III 8, 19).

Nam profecto memoriā tĕnētīs	disp + 3
tenētīs Cōtta ēt	ditr + 4
ēt Tōrquātō	1 + 4
Torquatō cōnsŭlĭbūs	disp + 4
consulibūs cōmplūrēs	dact + 4
cōmplūrēs īn	chor + 4
īn Căpĭtōlĭō	mol + 5 c
Capitōlĭō rēs	dact + 3
Capitōlĭō rēs dē	1
rēs dē căelō	cret + 4
dē cāelo ēssĕ	ditr + 4
ēssĕ pērcūssās	1
pērcūssās cum ēt	disp + 4
ēt sĭmŭlācră	heroic.
simulācră dĕōrūm	heroic.
deorūm dēpūlsă	chor + 4
deorūm dēpūlsă sūnt	chor + 5 b
dĕpūlsă sūnt ēt	mol + 3
sūnt ēt stătŭāe	disp + 4
stătŭāe vĕtĕrŭm	ditr + 4
statuāe vĕtĕrum hŏmĭnūm	dact + 4

hominūm dēiēctae ĕt	chor + 4
deiēctae ĕt lēgum	mol + 4 (3)
deiēctae ĕt lēgum āeră	mol + 4 (1)
āeră lĭquĕfācta ēt	1
liquefācta ēt tāctūs	cret + 4
tāctūs ĕtĭam	1 + 3
tāctūs ĕtĭam īllĕ	1
tāctūs ĕtĭam īllĕ qui hānc	2
īllĕ qui hānc ūrbēm	1
ūrbēm cōndĭdĭt	cret + 5 b
cōndĭdĭt Rōmŭlūs	(1 + 5 c) 2
Rōmŭlūs quem	(dact) cret + 3
Romulūs quem ĭnāurātum īn	1
īn Căpĭtōlĭō	ditr + 5 c
Capitōlĭō pārvum	1
Capitoliō pārvum ātquĕ	adon + 4
ātquĕ lăctāntem	1
lactāntem ūbĕrĭbūs	cret + 4
uberibūs lŭpīnīs	dact + 3
lupinīs ĭnhĭāntēm	heroic.
inhiantēm fŭīssĕ	chor + 3
fuīssĕ mĕmĭnīstis	1

Periodus 13 (M. T. Ciceronis Epist. IV 13).

ūnum ĕnīm pārtem ēt	1
cōnsuētūdĭnem	1 + 5 b
consuetūdĭnem ĕārum	heroic.
epīstŭlārūm	adon + 3
epīstŭlārūm quĭbūs	2
quibūs sĕcūndīs	1 + 3
secūndīs rēbŭs	ditr + 4
rēbŭs ūtī	ditr + 3
utī sŏlēbāmūs	1
solebāmūs tēmpŭs	cret + 4

ērĭpŭērāt	disp + 3
perfēcĕrātquĕ	mol + 3
perfecerātquĕ fŏrtūnă	1
perfecerātquĕ fŏrtūnă nē	2
fortūnă nē quĭd	cret + 3
nē quĭd tālĕ	1 + 4
tālē scrībĕrĕ	ditr + 5 b
scrībĕrĕ pōssem aūt	heroic.
aūt ōmnīnō	chor + 4
cōgĭtāre	disp + 3

Periodus 14 (M. T. Ciceronis Epist. IV 6).

Quāntum ĕnīm prāesēns	1
mē adiŭvārĕ	1 + 3
adiuvārĕ pŏtŭĕrĭs	disp + 5 a?
adiuvārĕ pŏtŭĕrĭs ĕt	1?
cōnsōlāndo ĕt	chor + 4
consōlāndo ĕt prŏpe	ditr + 5 b
ĕt prŏpe āequē	disp + 3
aequē dŏlēndō	cret + 3
dolēndō făcĭle ēx	1 + 4
dolendō făcĭle ēx ĕō	2 + 5 c
ēx ĕo ĭntĕllĕgō	2
intĕllĕgō quŏd	cret + 3
intellegō quŏd lĭttĕrĭs	1 + 5 b (5 a)
lĭttĕrĭs lēctĭs	1
lectĭs ălĭquāntum	heroic.
ācquĭēvī	chor + 3

Periodus 15 (M. T. Ciceronis Epist. IV 6).

Nam et ea scrīpsīstī quāe lĕvārĕ	mol + 3
levārĕ lūctūm	disp + 3
lūctūm pŏssēnt	ditr + 4
luctūm pŏssēnt ĕt	cret + 4
luctūm pŏssēnt ĕt ĭn	cret + 5 b
possēnt ĕt ĭn mē	mol + 3
cōnsōlāndō	ditr + 4
consōlāndō nōn	mol + 4
nōn mĕdĭŏcrem	disp + 3 (heroic.)
mĕdĭŏcrem ĭpse	disp + 3 (4)
mĕdĭŏcrem ĭpse ănĭmī	1? (dact + 4)
animī dŏlōrem	dact + 3
ădhĭbŭīstī	cret + 3

Periodus 16 (M. T. Ciceronis ad Attic. XII 21).

Lēgī Brūti ĕpīstŭlam	spond + 5 a
epīstŭlam ĕāmquĕ	heroic.
epīstŭlam ĕāmquĕ tĭbĭ	pentam. dimid.
tĭbĭ rĕmīsī	dact (adon) + 3
remīsī sānē	adon + 4
remisī sānē nōn	cret + 4
nōn prūdēntĕr	disp + 4
prudentĕr rēscrīptam ăd	mol + 4
rescrīptam ăd ĕā	mol + 4
rescrīptam ăd ĕā quāe	disp + 3
quāe rĕquīsĭĕrās	1

Periodus 17 (Corn. Nepotis Alcibiad. 5).

Nam cum acĕrrĭmī vĭrī prāestāntēm	ditr + 4
praestantēm prūdēntĭam ĭn	1 + 5 b
prudēntĭam ĭn ōmnĭbūs	disp + 5 c
ōmnĭbūs rēbūs	1
rebūs cōgnōscĕrēnt	ditr + 5 b
pērtĭmŭērūnt	heroic.
pertĭmŭērūnt nē	ditr + 4
cārĭtātē	mol + 3
caritātē pătrĭāe	disp + 3 (5 a)
pătrĭāe dūctŭs	(1) ditr + 4
dūctŭs ălĭquāndo ăb	1
aliquāndo ăb ĭpsīs	cret + 3
ipsīs dēscīscĕrēt	cret + 5 b
dēscīscĕrēt ĕt	ditr + 4?
descīscĕrēt ĕt cūm	heroic.
descisceret ĕt cūm sŭīs	dochm.
cūm sŭīs ĭn	chor + 3
suīs ĭn grātĭām	5 b
gratiām rĕdīret	disp + 3

Periodus 18 (Taciti Germania 17).

Nĕc ălĭūs fēmĭnīs quām	cret + 3
fēmĭnīs quām vĭrīs	2
quām vĭrīs hăbĭtūs	1
virīs hăbĭtūs nĭsĭ	1 + 5 c
hăbĭtūs nĭsĭ quōd	cret + 4
nĭsĭ quōd fēmĭnāe	1 + 5 b

fēmĭnāe sāepĭūs	2
sāepĭūs līnĕīs	2
lineīs ămīctĭbūs	adon + 5 a
amictibūs vēlāntŭr	ditr + 4
velāntŭr ĕōsquĕ	heroic.
eōsquĕ pūrpŭrā	dact + 5 a
pūrpŭrā văriānt	1
variānt pārtēmquĕ	dact + 4
partēmquĕ vēstītūs	1
sŭpĕrĭōrĭs	1 + 3
sŭpĕrĭōrĭs īn	1 + 5 a
superiōrĭs īn mănĭcās	1
īn mănĭcās nōn	heroic.
nōn ēxtēndūnt	chor + 4
extēndūnt nūdāe	disp + 4
nūdāe brăchĭa āc	disp + 4
brachia āc lăcērtōs	dact + 3

Periodus 19 (Senecae Quaest. nat. I 1—2).

Māiōr pārs mōrtālĭūm dē	disp + 3
dē nātūrāe	cret + 4
malīgnĭtātĕ	disp + 3
malignitātĕ cōnquĕrĭtūr	1
cōnquĕrĭtūr quŏd	heroic.
cōnquĕrĭtūr quŏd ĭn	ditr + 5 c
quŏd ĭn ēxĭgŭum	1 + 4
ēxĭgŭum āevī	heroic.
āevī gīgnĭmūr	dact + 5 b
gīgnĭmūr quŏd	adon + 3
gīgnĭmūr quŏd hāec	adon + 5 a
gignimūr quŏd hāec tām	disp + 3
tām vēlōcĭtēr	cret + 5 b
velōcĭtēr tām	mol + 3
velocitēr tām răpĭdē	disp + 4
tām răpĭdē dătī	cret + 5 c
rapidē dătī nōbīs	1
nōbīs tēmpŏrīs	cret + 5 b
tēmpŏrīs spătĭă	1
spătĭă dēcūrrānt	1
decūrrānt ădĕo ŭt	cret + 4
ădĕo ŭt ēxcēptīs	1
excēptīs ādmŏdūm	cret + 5 b
ādmŏdūm pāucīs	1
pāucīs cētĕrōs	cret + 5 b
cētĕrōs ĭn	1 + 3
ceterōs ĭn īpsō	disp + 3
īpsō vītāe	ditr + 4
āppărātū	disp + 3
apparātū vītā	disp + 4
vitā dēstĭtŭat	1 + 4

Pars tertia.

De periodorum initiorum numeris.

Ex iis, quae adhuc de compositione numerosa Ciceronis dialogi de amicitia indagavimus, satis elucet maximam eum adhibuisse diligentiam ad singulas dialogi periodos eleganter concludendas. itaque iam iuvat inspicere initia quoque periodorum, praesertim cum Cicero ipse huius rei mentionem faciat non nullis eorum quos inscripsit „De oratore“ trium librorum locis, quibus Crassum de numeris in oratione soluta ponendis fusius disputantem inducit. qui de iambo, trochaeo, heroo numero „Hi tres“ inquit „pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt“ (III 47 183) et paulo infra „Clausulas autem diligentius etiam servandas esse arbitror quam superiora, quod in eis maxime perfectio atque absolutio iudicatur. nam versus aeque prima et media et extrema pars attenditur, qui debilitatur, in quacumque est parte titubatum; in oratione autem pauci prima cernunt, postrema plerique“ (III 50 192).

Primum quidem mihi persuasi initia periodorum maiore varietate insignia esse quam clausulas. nam non solum omnes fere clausularum formas metricas in illis inveni:

I.	– ⏑ – – ⏓
II.	– ⏑ – – ⏑ ⏓
III.	– ⏑ – ⏓
IV.	– – – ⏓
V a	– ⏑ – ⏑ ⏓
V b	– – – ⏑ ⏓
V c	– ⏑⏑ – ⏑ ⏓
heroicam	– ⏑⏑ – ⏓
dochm.	⏑ – – ⏑ ⏓

sed etiam has formas:

I. ⏑ – ⏑ –
II. ⏑ – ⏔ –
III. ⏔ – ⏑ –

Memores autem verborum Ciceronis, quae supra protuli, formas initiorum metricas in eas dividemus, quae a trochaeo, quae ab heroo pede, quae ab iambo incipiunt, et reliquas eis adiungemus. quamquam vero in unoquoque horum generum breviores formae longioribus quasi continentur, tamen ne longus sim exempla longiorum formarum non adscribam nisi his ipsis.

I. A trochaeis igitur incipiunt formae:

A – ⏑ – ⏓ (III)
B – ⏑ – ⏑ ⏓ (Va)
C – ⏑ – – ⏓ (I)
D – ⏑ – – ⏑ – (II)

II. Ab heroico metro incipiunt formae:

E – ⏑⏑ – ⏓ (her.)
F – ⏑⏑ – ⏑ ⏓ (Vc)
G – ⏑⏑ – – ⏑ – (dochm.)

III. Ab iambis incipiunt formae:

H ⏑ ⏔ ⏑ –
I ⏑ ⏔ ⏔ ⏔ (⏑ – – ⏑ –, ⏑ – – ⏑⏑ –)

IV. Accedunt formae, quae a spondeis (anapaestis) incipiunt:

K ⏔ ⏔ ⏑ ⏔
L ⏔ – ⏔ – (IV)
M ⏔ – ⏔ ⏑ ⏓ (Vb).

I. De formis, quae incipiunt a trochaeis.

A. De forma ditrochaica ⏔ ⏑ ⏔ ⏓

1. Quam formam integram his statui locis 16:

165, 35, 10 Nihil[1]) mal(i) accidisse
170, 20, 22 N(am) et secundas
171, 36, 26 V(im) hoc quidem (e)st adferre
172, 36, 28 Cum duobus
174, 25, 33 Nam vel ut non
174, 28, 33 Atqu(e) earum
178, 1, 45 Nam quibusdam

[1]) metiendum est „nīl“, conf. p. 18³.

180, 1, 51 Non enim t(am) utilitas
180, 31, 54 Atqu(e) ut huius
182, 4, 59 Tertius vero ille
187, 17, 76 Atqu(e) in omni
188, 26, 80 Ips(e) enim se
192, 34, 95 Contio quae
193, 15, 96 Atqu(e) id actum (e)st
196, 6, 104 Sed nec ill(a) exstincta
196, 10, 104 Omni(a) autem.

2. Dissolvitur prior syllaba longa:

163, 27, 4 Itaque feci
169, 9, 19 Itaque cives.

3. Dissolvitur posterior syllaba longa:

177, 35, 44 Plurim(um) in amicitia
194, 23, 100 Haec en(im) etiam
195, 37, 104 Nam quid égo de.

4. Uno loco utraque dissoluta est syllaba longa:

182, 11, 59 Alius igitur.

Formam igitur ditrochaicam invenimus 22 (inter 379) locis i. e. 5·8%.

B. De forma Va ⏖ ⏑ ⏖ ⏑ ⏒

1. Hanc 18 locis statuimus formam integram:

164, 7, 5 Tum (e)st Cato locutus
167, 13, 14 Id s(i) ita (e)st ut optumi
167, 26, 15 Sed tamen recordatione
169, 7, 19 Sic enim mihi
169, 23, 20 Qua quid(em) haut sci(o) an
170, 23, 23 Quomque plurimas
171, 20, 24 Hactenus mihi
173, 16, 29 Quod s(i) it(a) esset ut
174, 10, 32 Sic et utilitates
178, 23, 47 Quae (e)st en(im) ista securitas
179, 32, 50 Non enim (e)st inhumana
180, 19, 52 Haec enim (e)st tyrannorum
182, 20, 59 Quon(am) enim modo
184, 24, 65 Est enim boni
186, 35, 74 Ist(o) enim modo
187, 2, 74 Dispares enim

188, 17, 79 Et quid(em) omnia
194, 7, 98 Semper auget adsentator.

2. Dissoluta est prima syllaba longa 7 locis:

162, 12, 1 Itaque mult(a) ab eo
172, 10, 26 Amor en(im) ex qu(o) amicitia
175, 21, 37 Tíberium [1]) quidem
175, 28, 37 T(um) eg(o): „Etiamne si
176, 28, 40 Eten(im) eo loco
183, 35, 64 Itaque ver(ae) amicitiae
193, 7, 96 Itaque lex popularis.

3. Dissoluta est altera syllaba longa tribus locis:

170, 1, 22 Talis igitur inter
188, 28, 80 Quod nis(i) id(em) in amicitiam
195, 35, 103 Una domus erat.

Hanc igitur formam 28 locis (i. e. 7·39%) inveni.

C. De formis I. generis ⏖ ⏑ ⏖ ⏖ ⏓

1. Hanc formam integram 11 repperi locis:

165, 20, 9 Aut enim nemo
166, 33, 13 Plus apud m(e) antiquorum
167, 21, 14 Sens(u) en(im) amisso
171, 3, 24 Agrigentinum
180, 34, 54 Non enim solum
185, 4, 67 Non enim debent
186, 18, 72 Sunt enim quidam
190, 2, 85 N(am) implicat(i) ultro
191, 2, 88 Si quis in caelum
191, 33, 90 Cuius aut(em) aures
195, 24, 102 Nec mihī soli.

2. Prima syllaba longa duobus locis dissoluta est.

176, 31, 41 Tíberius [1]) Gracchus
194, 6, 98 Satis erat respondere.

3. Altera syllaba longa dissoluta est uno loco:

168, 14, 17 Sed quis égo s(um) aut quae (e)st

4. Tertia syllaba longa dissoluta est 5 locis:

164, 10, 5 Tu vel(im) a m(e) animum
168, 37, 18 N(e) id quidem facient

---

[1]) conf. de accentu talium nominum p. 25.

181, 34, 58 Hoc quidem (e)st nimis exigue
186, 25, 73 Non enim neque tu
192, 18, 92 Nam c(um) amicitiae.

Formam igitur I. (‒ ⏑ ‒ ‒ ⏓) statui 19 locis i. e. 5%.

D. De forma II. ‒ ⏑ ‒ ‒ ⏑ ⏓

1. Quam formam integram his 8 locis statui:

169, 26, 20 Beluar(um) hoc quidem
172, 19, 27 Quod quidem quale sit
176, 17, 39 N(am) hoc quid(em) in talibus
180, 16, 52 Nam quis est pro deorum
181, 17, 56 De quibus tres video
184, 14, 65 Simplicem praeterea
188, 10, 78 Quae tamen si tolerabiles
193, 8, 96 Atqu(e) ut ad me redeam.

2. Prima dissoluta est syllaba longa 4 locis:

163, 15, 3 Itaque tum Scaevola
167, 32, 15 Itaque non t(am) ista me
171, 8, 24 Itaque si quand(o) aliquod
187, 9, 75 Nec en(im) ut ad fabulas.

3. Tertia syllaba longa 2 locis dissoluta est:

175, 17, 36 Numne si Coriolanus
191, 12, 88 Est enim varius et.

Formam igitur, quae duobus constituitur creticis, statuimus 14 locis i. e. 3·7%.

Formae igitur, quae a trochaeo incipiunt, inter 379 totius libelli periodos inveniuntur 83 locis i. e. 21·9%; et formam quidem

A (III)	repperi locis	22
B (Va)	„ „	28
C (I)	„ „	19
D (II)	„ „	14
		83

Atque integrae formae leguntur

A	16
B	18
C	11
D	8
	53 (= 63·85%), ad quas hae accedunt:

C 4	– ⏑ – ⏑́ ⏑ ⏓	5 locis
D 3	– ⏑ – ⏑́ ⏑ ⏑ –	2 „
A 3	– ⏑ ⏑́ ⏑ ⏓	3 „
C 3	– ⏑ ⏑́ ⏑ – –	1 loco
B 3	– ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏓	3 locis
A 2	⏑́ ⏑ ⏑ – –	2 „
B 2	⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓	7 „
C 2	⏑́ ⏑ ⏑ – – ⏓	2 „
D 2	⏑́ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏓	4 „
A 4	⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑	1 loco.

II. De formis, quae incipiunt a dactylis.

E. Initium hexametri prae se ferunt haec 20 periodorum principia, quae ita disposui, ut quo quodque plures hexametri pedes complectitur eo inferiore loco adscriberem:

176, 24, 40 Haec igitur lex
164, 27, 6 T(e) aut(em) alio quodam
170, 26, 23 Ver(um) en(im) amicum qui [1])
184, 1, 64 Haec ut omittam quam [2])
187, 19, 76 Est etiam quaedam
181, 37, 58 Divitior mih(i) et affluentior
168, 31, 18 Numqu(am) ego dicam Gai
176, 25, 40 Turpis en(im) excusatio
176, 34, 41 Hunc etiam post mortem
181, 16, 56 Constituend(i) autem sunt
195, 3, 100 Quae tamen ips(a) ecflorescit ex
194, 2, 98 Nec parasitor(um) in comoediis
164, 26, 6 Propterea quasi cognomen i(am) habebat
183, 21, 63 Est igitur prudentis sustinere
184, 33, 66 Tristiti(a) aut(em) et in omni re severitas
169, 25, 20 Divitias alii [3]) praeponunt
185, 29, 70 Quod faciend(um) imitandumqu(e) est omnibus
186, 28, 73 Quods(i) etiam possis quidvis deferr(e) ad alterum
195, 17, 102 Sed quoniam res humanae fragiles caducaeque
183, 16, 62 Sunt igitur firm(i) et stabiles et constantes eligendi.

Itaque Cicero ipse interdum transgressus est terminum, quem statuit in tertii de oratore libri § 182: „in quo (heroo numero) impune

---

[1]) codd. GMSVD: „verum etiam amicum", quod ad enuntiati sententiam non bene quadrat.
[2]) P: om. „ut".
[3]) cf. Tibull. I 1 1.

progredi licet duo dumtaxat pedes aut paulo plus, ne plane in versum aut similitudinem versuum incidamus."

2. Dissolvitur prima syllaba longa:

184, 8, 64 Qu(i) igitur ŭtrāqu(e) in re gravem
187, 1, 74 Aliter amicitiae stabiles.

3. Dissolvitur tertia syllaba longa:

175, 3, 34 Magn(a) etiam discidia
177, 10, 42 Praecipiendum (e)st igitur.

4. Duae syllabae longae (1. et 3.) dissolvuntur:

189, 16, 83 Itaqu(e) in iis perniciosus.

Formas igitur huius generis statui 25 i. e. 6·6%.

F. De forma Vc ‒ ◡◡ ‒ ◡ ⏑̱

1. Quam his 6 locis inveni integram:

170, 9, 22 Denique ceterae
170, 30, 23 Tantus eos honos
175, 13, 35 Haec ita multa quasi
179, 36, 51 Atqu(e) etiam mihī
194, 14, 99 Callidus ill(e) et occultus
196, 12, 104 Haec habui d(e) amicitia.

2. Accedit una forma, in qua dissolvitur una syllaba:

165, 21, 9 Quo mod(o) ut ali(a) omittam.

Formam F igitur 7 locis (1·85%) inveni.

G. De forma quadam dochmiaca ‒ ◡ ◡ ‒ ‒ ◡ ⏑̱

1. Quam his 10 inveni locis:

170, 3, 22 Principio qui potest
171, 27, 25 Tum magis id diceres
172, 11, 26 N(am) utilitates quid(em) etiam
177, 31, 44 Haec igitur prima lex
181, 33, 58 Altera sententia (e)st
182, 30, 60 Quin etiam si minus
182, 34, 61 His igitur finibus
187, 7, 75 Rect(e) etiam praecipi
190, 22, 87 Serpit enim nescio
190, 24, 87 Quin etiam si quis asperitate.

2. Ad quas formas hae 2 dissolutae accedunt:

165, 31, 10 Moveor enim tal(i) amico
169, 21, 20 Est en(im) amicitiă nihil.

Formam igitur dochmiacam repperimus 12 locis i. e. 3·16%.

Itaque formas, quae a dactylo incipiunt, periodorum initiis statuimus 44 i. e. 11·6%:

E (heroic.) 25
F (Vc) 7
G (dochm.) 12
44

quarum sunt integrae

E 20
F 6
G 10
36, ad quas hae accedunt:

E 3 – ⏑ ⏑ – – ⏑́ ⏑ ⏑ 2 locis
G 2 – ⏑ ⏑ – ⏑́ ⏑ ⏑ – 1 loco
F 2 – ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – – „
G 2 ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ – „
E 4 ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ „
E 2 ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑ – „
E 2 ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ – – – ⏑ – „

III. Iam ad eas accedamus formas, quae ab iambis incipiunt.

H. De formis diiambicis.

1. 170, 37, 23 Qu(ae) enim domus tam
177, 4, 41 Videtis in tabella
177, 6, 41 Videre iam videor
182, 13, 59 Negabat ullam
184, 28, 65 Deinde non
190, 15, 86 Itemque cetera
191, 22, 89 Molesta veritas
194, 36, 100 Utrumqu(e) enim dictum
195, 21, 102 Mihī quidem[1]) Scipio
195, 30, 103 In hac mihī de re.

2. Accedunt dissolutae syllabae longae exempla:

166, 14, 11 Quid igitur hunc
192, 7, 91 Ut igitur et monere
168, 37, 19 Agamus igitur
196, 9, 104 Diutius enim iam.

Generis igitur diiambici numeramus formas 14 i. e. 3·69%.

---

[1]) ubi verbo iambico enclitico ‚quidem' efficitur ut accentus pronominis quod antecedit formae iambicae in altera eius syllaba ponatur, conf. p. 46.

I. Periodus incipit ab iambo, quem sequitur spondeus similisve forma metrica ⏑ – – –.

1. Iambum sequitur spondeus:

165, 11, 8 Quod autem Nonis
168, 23, 18 Sed hoc primum
172, 32, 28 Quis est qui Gai
175, 31, 37 Videtis quam
176, 10, 39 Videmus Pappum
177, 28, 43 Mih(i) autem non
181, 4, 55 Quid autem stultius
186, 2, 70 Quod est multo
188, 7, 78 Cavendum vero
189, 31, 84 Ea vero neglecta
192, 31, 95 Secern(i) autem
193, 32, 98 Eg(o) autem non
194, 19, 99 Quid autem turpius
195, 9, 101 Viciss(im) autem.

2. Iambum sequitur anapaestus.

191, 28, 89 In obsequi(o) autem.

3. ⏑ ⏑́ ⏑ – –

170, 17, 22 Nequ(e) ego nunc de volgari.

4. ⏑ – – ⏑́ ⏑

162, 9, 1 Eg(o) aut(em) a patr(e) ita
173, 34, 32 Ab his qui pecudum
193, 1, 96 Quibus blanditiis.

5. ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ –

186, 7, 71 Ut igitur ii qui sunt.

Quibus 20 generis I formis adiungere liceat formas illas 8, quae constituuntur aut iambo et cretico (dochm.) aut iambo et choriambo (⏑ – – ⏑⏑ –).

a) Prioris modi formas his 7 statui locis:

163, 25, 4 C(um) enim saepe mecum
164, 5, 5 Sed ut t(um) ad senēm
164, 17, 6 Sed existimare
166, 16, 11 Senectus enīm
168, 9, 16 Mihī ver(o) erīt
175, 11, 35 Eorum querela
185, 35, 70 Ut in fabulis.

b) Posterioris formae hunc unum repperi locum:

193, 11, 96 Cooptati(o) enim collegiorum.

Genus igitur I complectitur 28 formas i. e. 7·4%.

Ab iambo igitur incipiunt sicut fere a dactylo 42 formae:

H ⏑ – ⏑ – 10
I ⏑ – – – 14
Ia ⏑ – – ⏑ – 7
I4 ⏑ – ⏑́ ⏑ 3
Ib ⏑ ⏑ ⏑ – 1
I2 ⏑ – ⏑́ ⏑ – 1
H2 ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑ 2
I3 ⏑ ⏑́ ⏑ – – 1
H2 ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – 2
I5 ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ – 1.

IV. De formis, quae a spondeo vel anapaesto incipiunt.

K. Spondeum vel anapaestum similemve pedem sequitur iambus.

1. A forma – – ⏑ – incipiunt 47 periodi:

163, 3, 1 Quo mortuo
163, 7, 2 Cum saepe multa
164, 16, 6 Sunt ista Laeli
165, 6, 7 Quaerunt quidem
168, 3, 16 Istuc quidem
170, 5, 22 Quid dulcius
170, 28, 23 Quocirc(a) et absentes
171, 7, 24 Atqu(e) hoc quidem
172, 16, 27 Quapropter a
172, 29, 28 Nihil[1]) est enim
174, 5, 32 Quam qu(i) adpetiverunt
174, 21, 33 Audite vero
177, 8, 41 Plures enim
179, 20, 49 Nihil[1]) est enim
179, 27, 50 Nihil[1]) est enim
180, 4, 51 Tantumqu(e) abest
180, 8, 51 Atqu(e) haut scio
180, 14, 52 Non erg(o) erunt
181, 1, 54 Atqu(e) hoc quidem
181, 23, 57 Harum trium
181, 26, 57 Quam mult(a) enim
181, 30, 57 Multaeque res
182, 26, 60 Qua r(e) hoc quidem
183, 8, 62 Sed saep(e) enim
183, 18, 62 Et iudicare
183, 26, 63 Sin ver(o) erunt[2])
184, 20, 65 Addendum eodem
184, 31, 66 Accedat huc
185, 1, 67 Existit autem
185, 13, 68 Quin ips(o) equo[3])
185, 16, 68 Nec ver(o) in hoc
185, 21, 69 Sed maxumum est
186, 31, 74 Omnin(o) amicitiae
187, 35, 77 Nihil[1]) est enim[4])
189, 15, 82 Nam maxumum
189, 28, 84, Quod c(um) optumum
191, 15, 24 Un(a) illa sublevanda
191, 19, 89 Sed nescio
191, 35, 90 Scitum (e)st enim
192, 2, 90 Atqu(e) illud absurdum
192, 4, 90 Peccass(e) enim
192, 11, 91 Quamvis enim
192, 14, 92 C(um) aut(em) omnium
193, 4, 96 Quant(a) illa di[5])

---

[1]) de mensura verbi nihil = nil conf. p. 18[3].

[2]) P: „sinuerunt“; DE Müller: „sin erunt“; MGBSV recent. edd. „sin vero erunt“; codice igitur P, qui inter omnes praestat cum aetate tum bonitate huius dialogi codices, habet „sinuerunt“, quo, quamvis non sit latinum, vestigium tamen contineri videtur genuinae lectionis; nam „sinuerunt“ per haplographiam quam dicunt e forma „sin vero erunt“, quam codices MGBSV recentioresque editores exhibent, facillime oriri potuit. accedit, quod in scribendo omittitur potius aliquid quam inmittitur. haec autem lectio „sin ver(o) erunt“ numeris quoque confirmatur; nam formam – – ⏑ – 47 locis, formam – ⏑ – ⏑⏑ – (sin erunt aliqui) 5 repperi locis.

[3]) Codices BGESV: „quin et in ipso“; cod. D: „atqui in ipso“; Klotz, Halm, Nauck: „Quin etiam in ipso.“

[4]) cod. M: Nihil est enim turpius; cod. D et Nauck: Nihil enim turpius; rel. codd. et edd.: Nihil enim est turpius. sed respectis tribus locis aliis 172, 29, 28; 179, 20, 49; 179, 27, 50, qui omnes exhibent „Nihil est enim‘, hoc quoque loco ita cum cod. M legere malim. quod numeris quoque probatur; namque quam cod. M exhibet forma K 1 (– – ⏑ –) 47 locis legitur, ceterorum forma D 1 (– ⏑ – – ⏑ –) 8 locis.

[5]) codd. PBESV et Nauck: „Quanta illi di“.

193, 23, 97 In qua nis(i) ut
193, 33, 98 Virtut(e) enim
194, 24, 100 Sed nescio.

2. Periodi 14 incipiunt a ⏑⏑ – ⏑ –

163, 10, 2 Meminist(i) enim
163, 28, 4 Sed ut in Catone
166, 2, 11 Nis(i) enim quod ille
168, 37, 19 Qu(i) ita se gerunt
171, 17, 24 Facil(e) indicabat
171, 31, 25 Facil(e) id quidem
171, 37, 26 Studiis enim
173, 22, 30 Quid en(im) Africanus
179, 1, 48 Quid en(im) interest
180, 23, 53 Quis en(im) aut eum
181, 24, 57 Nequ(e) en(im) illa prima
190, 6, 86 Qu(o) etiam magis
192, 21, 93 Quid enim potest
194, 31, 100 In ea (e)st enim.

3. – ⏑́ ⏑ ⏑ –

180, 12, 52 Non igitur utilitatem
191, 26, 89 Omn(i) igitur hac.

4. – – ⏑ ⏑́ ⏑

168, 34, 18 Qua re sib(i) habeant
172, 3, 26 Saepissim(e) igitur
179, 22, 50 Quid s(i) illud etiam.

5. ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ –

172, 22, 27 Quod in homine multo
193, 28, 97 Ita fit ut is adsentatoribus.

Ad genus igitur K adtinent 68 initia i. e. 17·4%.

L – – – –

1. Quam formam integram his 48 repperi locis [1]):

164, 34, 7 Hanc ess(e) in te
165, 17, 9 T(u) autem Fanni
165, 27, 10 De m(e) aut(em) ut iam
166, 1, 11 C(um) illo vero
166, 11, 11 Quid dicam de
167, 16, 14 Quocirca maerere
169, 16, 20 Quant(a) autem vis
169, 29, 20 Qu(i) aut(em) in virtute
169, 33, 21 Iam virtut(em) ex
170, 6, 22 Qu(i) esset tantūs
170, 14, 22 Quoquo te verteres
171, 2, 23 Ex quo quantum
171, 11, 24 Qui clamores
171, 15, 24 Stantes plaudebant
171, 24, 24 Nos aut(em) a te
173, 8, 29 Quamquam confirmatur
174, 17, 32 Tu vero perge
174, 34, 34 Quodsi qui longius
175, 8, 35 Illos autem
175, 23, 37 At Gaius Blossius

[1]) inter hos 48 locos 10 habent unam quisque syllabam longam post dispondeum (165, 17, 9; 166, 1, 11; 11, 11; 170, 6, 22; 173, 8, 29; 184, 12, 65; 186, 10, 71; 189, 22, 83; 191, 10, 88; 193, 26, 97), 6 binas syllabas longas (171, 11, 24; 176, 36, 41; 177, 22, 42; 183, 24, 63; 189, 34, 85; 192, 28, 94), 9 ternas (167, 16, 14; 169, 33, 21; 175, 8, 35; 180, 25, 53; 182, 16, 59; 18, 59; 189, 6, 82; 36, 85; 190, 9, 86), unus locus incipit a 9 syllabis longis (171, 15, 24: Stantes plaudebant in re ficta), unus denique a duodecim (194, 30, 100: Virtus, virtus, inquam, Gai Fann(i), et tu, Quinte Muci) qui idem locus terminatur 5 syllabis longis (pergit enim Cicero: et conciliat amicitias et conservat) quo artificio exprimitur gravitas sententiae singularis.

176, 3, 38 Quod si rectum
176, 36, 41 Nam Carbonem
177, 22, 42 His adiutor
178, 27, 47 Quod si curam
180, 25, 53 Quod si fort(e) ut fit
182, 16, 59 Nec vero s(e) adduci
182, 18, 59 Impuri cuiusdam
183, 24, 63 Quidam saep(e) in parva
184, 12, 65 Firmament(um) autem
186, 10, 71 Quorum plerique
186, 22, 73 Tant(um) autem cuique
187, 22, 76 Erumpunt saepe
187, 29, 77 Sin aut(em) aut morum
188, 15, 79 Dign(i) autem sunt
188, 31, 81 Quods(i) hoc apparet
189, 6, 82 Par est autem
189, 22, 83 Quae si quos inter
189, 25, 84 Haec est inquam
189, 34, 85 Quocirca dicendum
189, 36, 85 Sed cum multis
190, 9, 86 Quamqu(am) a multis
190, 35, 87 Quis t(am) esset ferreus
191, 10, 88 Sed cum tot signis
192, 28, 94 Mult(i) autem Gnathonum
193, 26, 97 Quamqu(am) ist(a) adsentatio
194, 30, 100 Virtus virtus [1])
195, 33, 103 Numqu(am) illum ne
196, 3, 104 Quarum rerum.

2. ◡́ ◡ – – –

164, 1, 4 Genus aut(em) hoc sermonum
164, 37, 7 Itaqu(e) ex me quaerunt
168, 12, 17 Ego vero non
175, 34, 37 Itaqu(e) hac amentia
176, 14, 39 Igitur ne suspicari
178, 12, 46 Alios autem
178, 25, 47 Nequ(e) enim (e)st consentaneum
179, 4, 48 Nequ(e) enim sunt isti
179, 16, 49 Quid enim t(am) absurdum
184, 17, 65 Nequ(e) enim fidum
184, 23, 65 Ita fit ver(um) illud
185, 9, 68 Novitates autem
186, 14, 71 Odiosum sane
193, 14, 96 Tamen illius vendibilem

3. – – ◡◡ –

170, 35, 23 Id si minus intellegitur
174, 12, 32 Nam s(i) utilitas
174, 15, 32 Ortum quid amicitiae
174, 23, 33 Quamqu(am) ille quidem
176, 8, 38 Ex hoc numero
178, 32, 47 Erg(o) hoc proprium (e)st
180, 27, 53 Quod Tarquinium
195, 4, 101 Hac nos adulescentes
195, 26, 102 Nem(o) umqu(am) anim(o) aut.

4. ◡ ◡ – ◡ ◡ –

168, 27, 18 Sed eam sapientiam
171, 33, 25 Quid amicitiam
187, 36, 77 Ab amicitia.

5. ◡́ ◡ ◡́ ◡ ◡́ ◡ –

177, 10, 42 Quia sine sociis.

Formam igitur L statuimus 75 locis i. e. 19·79%.

---

1) „virtus" semel GDS Halm.

M. De formis generis V b ‒ ‒ ‒ ⏑ ⏓

1. Quam formam integram his 32 locis statui:

162, 7, 1 Quintus Mucius
163, 19, 3 Eius disputationis
164, 12, 5 Gaius Fannius
165, 13, 8 Recte tu quidem
166, 13, 11 Qu(am) autem civitati
166, 23, 12 Hoc vere tamen
167, 11, 14 Cuius disputationis
167, 18, 14 Sin aut(em) illa veriora [1])
169, 12, 19 Namq(ue) hoc praestat amicitia
170, 32, 23 Quod s(i) exemeris
171, 29, 25 Qualis tum patronus
173, 3, 29 Quod si tanta vis
173, 12, 29 Quam si qui putant
173, 27, 30 Sed quamqu(am) utilitates
176, 21, 39 At vero Tiberium
176, 30, 40 Deflexit i(am) aliquantum
177, 23, 43 Qua re talis improborum
179, 13, 48 C(um) autem contrahat
180, 30, 54 Quamquam miror illa [2])
183, 4, 61 Nec vero neglegenda
183, 32, 63 Inbecill(a) enim
185, 23, 69 Numquam s(e) ille Philo
187, 13, 75 Et saep(e) incidunt
188, 13, 78 Omnin(o) omnium
188, 19, 79 Sed plerique neque
189, 3, 82 Sed plerique perverse
190, 29, 87 Atqu(e) hoc maxime
190, 37, 88 Ver(um) erg(o) illud est
191, 7, 88 Sic natura solitarium
193, 19, 97 Quods(i) in scaen(a) id est
193, 30, 98 Omnin(o) est amans
193, 35, 98 Hos delectat adsentatio.

2. ⏑ ⏑ ‒ ‒ ⏑ ⏓

164, 19, 6 Tribuebatur hoc
165, 29, 10 Ego si Scipionis
166, 31, 13 Nequ(e) en(im) adsentior
167, 7, 14 Quod idem Scipionis
173, 18, 30 Ut enim quisque sibi
178, 15, 46 Itaqu(e) ut quisque minimum
181, 9, 55 Etenim cetera
183, 19, 62 Ita praecurrit amicitia
188, 23, 80 Ita pulcherrim(a) illa
195, 28, 103 Equid(em) ex omnibus.

3. ‒ ‒ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓ (⏑ ⏑ ⏑ quater „igitur“)

175, 37, 37 Null(a) est igitur excusatio
176, 33, 41 Numquid simile populus
182, 8, 59 Non est igitur amici
187, 24, 76 Tales igitur amicitiae
193, 37, 98 Nulla (e)st igitur haec.

4. ⏑ ⏑ ‒ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓

173, 29, 31 Ut enim benefici
180, 9, 51 Ub(i) enim studia nostra
195, 13, 101 Quoniamqu(e) ita ratio.

Formam igitur M (V b) statuimus 50 locis i. e. 13·2%.

---

[1]) codd. PG: „sin autem aut“, codd. BES: „sin autem haut“; quod per dittographiam esse factum nemo non videt.

[2]) cod. P: „Quamquam minor.“

Ut iam complectar formas, quae a spondeo vel anapaesto incipiunt, invenitur

K 1	– – ◡ –	47 locis
L 1	– – – –	48 „
M 1	– – – ◡ ⏓	32 „
K 2	◡ ◡ – ◡ –	14 „
L 2	◡́ ◡ – – –	14 „
M 2	◡◡ – – ◡ ⏓	10 „

deinde

L 3	– – ◡ ◡ –	9 „
K 4	– – ◡ ◡́ ◡	3 „
M 3	– – ◡́ ◡ ◡ ⏓	5 „
K 3	– ◡́ ◡ ◡ –	2 „
L 4	◡ ◡ – ◡ ◡ –	3 „
M 4	◡ ◡ – ◡ ◡ ◡ ⏓	3 „
K 5	◡ ◡ ◡́ ◡ ◡ –	2 „
L 5	◡́ ◡ ◡́ ◡ ◡́ ◡ –	1 loco.

Relicum iam est, ut duarum periodorum initia adferam, quae singularem exhibent formam metricam:

177, 16, 42 Quis clarior in Graecia (– | – ◡◡̀ | – | – ◡ –)
189, 7, 82 In talibus ea quam (– | – ◡◡̀ | ◡◡ | –).

Unius autem periodi initium (177, 2, 41 Serpit . . . . deinde res) corruptum esse omnes consentiunt.

Hos denique repperi 14 locos, quorum prima syllaba est positione debili quam vocamus:

165, 24, 10 Quam ŏb rem cave
166, 19, 12 Quam ŏb rem vita
167, 24, 15 Quam ŏb rem c(um) illo
168, 10, 16 Quam ŏb r(em) utrique
168, 18, 17 Quam ŏb rem quae
174, 2, 32 Quam ŏb r(em) hos quid
175, 16, 36 Quam ŏb r(em) id primum
178, 34, 48 Quam ŏb rem si cadit
179, 9, 48 Quam ŏb r(em) angor
179, 28, 50 Quam ŏb r(em) hoc quidem
186, 16, 72 Quam ŏb r(em) ut ii
188, 4, 78 Quam ŏb rem primum
194, 8, 99 Quam ŏb rem quamquam
194, 28, 100 Quam ŏb r(em) ad illa.

Quarum formarum si syllaba anceps habeatur pro brevi, attinent ad genus

A 186, 16, 72 (1)
H 165, 24, 10; 179, 9, 48; 179, 28, 50 (3)
I 167, 24, 15; 168, 18, 17; 175, 16, 36; 188, 4, 78; 194, 8, 99; 174, 2, 32; 178, 34, 48; 166, 19, 12 (8)
K 168, 10, 16; 194, 28, 100 (2).

Sin habeatur syllaba anceps pro longa, attinent ad genus

E 186, 16, 72 (1)
K 165, 24, 10; 179, 9, 48; 179, 28, 50 (3)
L 167, 24, 15; 168, 18, 17; 175, 16, 36; 188, 4, 78; 194, 8, 99; 174, 2, 32 (6)
M 178, 34, 48; 166, 19, 12 (2)
B 168, 10, 16; 194, 28, 100 (2).

(Conf. ea, quae de positione debili dixi in p. 4)

Ut iam finem huius capitis faciamus, Cicero maxima est usus varietate in componendis huius de amicitia libelli 379 periodorum initiis. ad quam rem inlustrandam formarum, in quibus nulla syllaba dissoluta est, conspectum adiungam.

Exordiuntur

I. a trochaeis formae

A (– ⏑ – ⏓)	16 locis
B (– ⏑ – ⏑ ⏓)	18 „
C (– ⏑ – – ⏓)	11 „
D (– ⏑ – – ⏑ ⏓)	8 „
	53 locis.

II. a dactylis formae

E (– ⏑⏑ – ⏓)	20 locis
F (– ⏑⏑ – ⏑ ⏓)	6 „
G (– ⏑⏑ – ⏑ ⏓)	10 „
	36 locis.

III. ab iambis incipiunt formae

H (⏑ – ⏑)	10 locis
I (⏑ – – –)	14 „
Ia (⏑ – – ⏑ –)	7 „
	31 locis.

IV. a spondeis vel anapaestis incipiunt formae

K 1	(– – ◡ –)	47	locis
L 1	(– – – –)	48	„
M 1	(– – – ◡ ⏓)	32	„
K 2	(◡◡ – ◡ –)	14	„
L 2	(◡́ ◡ – – –)	14	„
L 3	(– – ◡ ◡ –)	9	„
M 2	(◡◡ – – ◡ ⏓)	10	„
		174	locis.

Longe maxime igitur in hoc quidem de amicitia libello Cicero frequentavit initio periodorum eas formas, quae a spondeis incipiunt (conf. in primis p. 73[1]), minime eas, quae ab iambis; rarissima autem sunt initia quae brevibus abundant syllabis. tamen ad initia periodorum exornanda nequaquam tam certas formas metricas eum adhibuisse quam ad clausulas constat.

Conspectus locorum

Argumentum

Corrigendum:

pag. 38 v. 23 legas „esse“ pro „esoe“

7090795

COMMENTATIONES AENIPONTANAE

QUAS EDUNT

E. DIEHL ET E. KALINKA

IX

J. HUBER

DE LINGUA ANTIQUISSIMORUM GRAECIAE INCOLARUM

VIENNAE MDCCCCXXI
IN AEDIBUS CAROLI FROMME

Carl Fromme, Wien.

In lingua Graeca aetatis antiquissimae quamvis pauca inveniamus vocabula, quae ex alienis linguis praecipue ex Semiticis repetita esse cognoscimus, permulta occurrunt, quorum origo aut nullo modo aut non satis bene indagari potest. quorum vocabulorum multa e lingua vel linguis eorum hominum, qui Graeciam insulasque Graecas, priusquam Graeci ipsi immigrarent, incolebant, sumpta esse veri simillimum est. etenim illae gentes Graecorum, quae iam vicesimo ante Christum saeculo in illas terras invasisse videntur, ibi populum invenerunt, quem tametsi subegerunt, tamen non funditus exstinctum secum confundebant. neque vero hoc fieri potuit, quin lingua illius populi in Graecam vim quandam exerceret; quamquam quae et quanta ista vis fuerit, plane nescimus, quia certa illorum hominum linguae vestigia neque in litteris Graecis neque in Italicis cognoscere possumus. sed licet non fuerit magna in sonis vel in formis, hoc tamen certum videtur Graecos ex thesauro linguae indigenarum permulta vocabula mutuatos esse. quod his demonstratur argumentis:

a) In reliquis quoque linguis Indogermanicis quae dicuntur copia quaedam vocabulorum latet, quae numquam ad principia linguae Indogermanicae referri queunt, sed ex linguis antiquioribus profecta sunt.

b) Graeci iis temporibus, cum in terras insulasque, quae mari Aegaeo adluuntur, invaserunt, ibi humanitatem valde expolitam invenerunt, cum ipsorum vita multo minus expolita esset: quae cum ita sint, quis dubitet, quin Graeci non solum res pristinorum incolarum proprias, sed etiam vocabula, quippe quae arte cum rebus cohaereant, receperint.

c) Accedit, quod Graeci, qui ex septemtrionalibus advenerant regionibus, in nova patria multa dona naturae, in primis animalia et stirpes, quae ad id tempus iis ignota fuerant, cognoscebant; quarum rerum nomina, quae ab incolis audiebant, eos retinuisse eo veri similius est, quod ne locis quidem aut montibus aut fluminibus nova nomina indiderunt. nonne enim multa sunt nomina propria et in Graecia et

in insulis et in Asia Minore, quae optimo iure vetustiora Graecorum adventu habemus?

Nil igitur obstat, quin Graecos multa vocabula a lingua pristinorum incolarum mutuatos esse putemus, sic ut Romani postea a Graecis et Graeci ipsi imperatorum temporibus a Romanis mutuati sunt. at tamen singula cognoscere perdifficile est; qua re subsidiis quibusdam iudicandi opus est.

I. Primum et optimum subsidium offerretur comparatione, quae inter obscura illa vocabula et linguam, qua indigenae utebantur, institueretur. sed id quidem fieri non potest, quod praeter nomina propria, quae supra commemoravi (conf. Fick Vorgriech. Ortsnamen), et paucos titulos, quos etiam si legere, tamen non intellegere possumus, nihil illius linguae memoriae traditum est. verum nonnulla ex ipsis nominibus propriis disci possunt.

a) Saepissime in istis nominibus occurrit exitus *-νθ-*, velut in his: *Κόρινθος, Προβάλινθος, Ἐρύμανθος, Τίρυνθος* (genetivus), *Ἀράκυνθος*, quae sunt continentis Graeciae; *Σύρινθος* Cretae insulae; *Πρεπέσινθος*, quae est insula prope Naxum sita. in Asiae Minoris vero nominibus idem exitus plerumque per litteras *-νδ-* scribitur, ut in *Ἄλινδα, Πύρινδος, Οἰνόανδα, Κάλυνδα.* haec terminatio a Paulo Kretschmer Einleitung 294 ad sonos -nt- linguae indigenarum revocatur, cum dicit Graecos in vocibus alienis saepius tenuem alterius linguae aspirata reddidisse, in Asia Minore autem hunc sonum in *-νδ-* mitigatum esse.

Quae terminatio si in nominibus propriis pristinorum incolarum inerat, eandem in appellativis quae dicuntur apparuisse veri simillimum est. et re vera huius generis vocabula inveniuntur, ut *ἀσάμινθος* labrum, *ὄλυνθος* grossus, *τέρμινθος* terebinthus, *πειρινθ-* sirpea. neque desunt nomina, in quibus modo exitus *-νθ-* modo *θ* solum exsistit, ut *ἕλμινθ-* et *ἕλμιθ-* (vermis intestinus), *κόρυνθος· μάζης ψωμός* (Hes.) et *κόρυθ-* (galea), *αἴγινθος* et *αἴγιθος* (avis quaedam). quae nomina ad linguam referre mediterraneam quae dicitur eo minus dubitamus, quod haec terminatio in lingua Graeca rarissima est neque nisi in obscuris vocabulis occurrit.

b) Deinde in nominibus propriis saepissime exsistit ea terminatio, cuius in Asia Minore plerumque forma *-σσ-* (*-σ-*), in Attica forma *-σ-* vel *-ττ-* apparet; cuius exitus exempla sunt *Θυεσσός, Ἄντισσα, Ἁλικαρνησσός, Ἅρπασος, Ἴασος, Ἔφεσος, Ἔρεσος, Λάρισα, Μύλασα* in Asia Minore, *Κηφισός, Ἰλισός, Ὑμηττός* in Attica. ad hoc genus ea nomina liceat adiungere, in quibus littera *σ* inter vocales posita legitur, quamquam haec littera non ad terminationem, sed ad radicem pertinet, velut *Μάσουρα, Ἀσία, Νίσυρος, Κίσαμος, Ἡσιόνη,* quae

nomina Graeca esse ea de causa nego, quod in vocibus vere Graecis litteram *σ*, si modo iam in lingua Indogermanica aderat, inter vocales excidisse constat. quod tamen permultae voces Graecae sunt, quibus littera *σ* inter vocales posita contineatur, ut *μέσος*, *τόσος*, *στάσις*, in talibus vocibus littera *σ* non pertinebat ad formam genuinam atque antiquissimam, sed postea orta est sive e litteris *τσ*, *σϝ*, *κι̯*, *χι̯*, *γι̯*, *ϑι̯*, *τι̯*, *δι̯*, sive ex similitudine aliarum vocum, velut in aoristo qui dicitur verborum, quorum radix cadit in vocalem (*ἔλυ-σα*, *ἐποίη-σα*, sicut *ἔγραφ-σα*). si igitur in nominibus propriis aliisve vocibus obscuris litteram *σ* inter vocales positam invenimus, quam normas artis grammaticae secuti explicare non possumus, suspicio originis alienae talium vocum oritur. sed hoc argumento uti non licere nisi magna cum cautione manifestum est, quippe cum discernere difficillimum sit, utrum littera *σ* iam inde a principio adfuerit an postea orta sit.

Qualis autem ille sonus in lingua indigenarum fuerit, qui a Graecis aut una littera *σ* aut duabus *σσ* redditus est, non certo quidem definiri potest, sed Cuny[1]) illum sonum Graeca consonante *σ* fuisse acriorem opinatus est.

c) Praeter eas, quas modo illustravi, terminationes aliae complures in nominibus propriis exsistunt, quae alienae a lingua Graeca habendae sunt, ut *-ηνο -ᾱνο*, *-υν*, *-ην -ηνα -ηλα*, *-ωλο -ωνα*, *-υϱο*; quae cum rarius in nominibus appellativis occurrant, hoc loco minus curo et suo quamque loco commemorabo.

d) Denique in vocabulis obscuris perscrutandis nominibus propriis eo adiuvamur, quod radices subministrantur, quae in vocabulis certo Graecis non inveniuntur. tales radices sunt *βελεμ-*, *ϑισβ-*, *καλυδ-*, *κελυδ-*, *μυκαλ-*, *ναξο-*, *σαμ-*, *σαλ-*, aliae multae. his radicibus licet nimia vis ad cognoscenda vocabula aliena tribuenda non sit, quoniam consensio, quae inter illa nomina propria et vocabula obscura intercedit, fortuita esse potest, tamen aliquid valent, si aliae notae accedunt, quibus origo aliena indicari videtur. velut vox obscura *νύσσα* (meta) non ea de causa aliena habenda est, quod ita sonat ut nomen *Νύσσα*, quod est oppidum Cariae et Lyciae, sed quia hoc vocabulum vitae cultum spectat et praeterea exitus *σσ* adest; nomine autem proprio *Νύσσα* haec sententia etsi non demonstratur, certe fulcitur.

II. Quoniam de iis locutus sum, quae de nominibus propriis repetuntur notae ad explicanda vocabula obscura utiles, iam de aliis nonnullis signis agam.

a) Multa vocabula obscura incipiunt a littera *σ*, quam sequitur

---

1) Revue des Études anciennes 1910 XII 156.

vocalis, velut σάλπιγξ, σάνδαλον, σίδηρος, σέλινον. huius modi initium in vocibus vere Graecis, ut σός, σοφός, σάρξ, non deest; sed in his littera σ semper ut ita dicam secundaria est, cum plerumque orta sit ex τι̯ aut κι̯ aut τσ; namque e simplici littera σ, quae in lingua Indogermanica ante vocalem initio vocabulorum adfuerat, in lingua Graeca iam antiquissimis temporibus spiritus asper qui dicitur factus est. quam ob rem voce obscura, quae tale initium exhibet, originis alienae suspicio movetur.

b) Deinde originem alienam indicare videntur voces obscurae, quarum variae formae exsistunt, velut κάλχη χάλκη χάλχη et κελεός κηλιός καλιός κολιός. varietate enim formarum ostenditur aliena sonorum natura, qui certis Graecis litteris reddi non poterant.

c) Alia nota est discrepantia, quae inter verba Graeca et Latina intercedit. etenim multae sunt voces Latinae, quae vocibus Graecis ita respondeant, ut non iidem soni in utraque lingua appareant neque haec discrepantia normis grammaticae satis bene explicari possit, velut ὕρχη urna, ῥόδον rosa. si vocabula huius generis et Graeca et Latina e tertia quadam lingua, quae mediterranea appellari solet, repetita erant, fieri potuit, ut Romani vel potius Itali aliam atque Graeci formam reciperent. „at" dicat quispiam „ab Etruscis Romani talia vocabula mutuati sunt". sed ut res ita se habeat, Etruscos ipsos in numero earum gentium, quae terras maris Aegaei incoluerant, fuisse veri simile est. neque vero omnia vocabula obscura, quae linguarum Graecae et Latinae communia sunt, ad linguam mediterraneam referri volo, sed ea tantum, quae aetatis antiquissimae sunt, eaque maxime, quibus res vel animalia vel stirpes significantur.

d) Quod de vocabulis Latinis dixi, similiter de Semiticis nonnullis vocibus valet, quae etiam si de eadem radice atque Graecae ortae sunt, tamen cum harum formis non omnino concinunt. nam ne Semiticae quidem gentes ab initio terras insulasque maris Aegaei obtinuerunt, sed ex Arabia illuc venerant[1]); qua de causa vocabula linguae mediterraneae etiam in Semiticas dialectos transisse veri simillimum est. sed eadem vocabula indigenarum Graeci facile in suam linguam recipere potuerunt; quod si alio modo atque a Semitis factum est, varias formas eiusdem vocis apud utrosque invenimus. neque tamen omnia vocabula huius generis ad indigenarum linguam referre licet, sed magna utamur cautione oportet, quia Graeci etiam vocabula vere Semitica mutatis formis mutuati sunt, velut κάμηλος, quae vox apud Hebraeos gāmāl sonat. at quaestio in iis tantum vocibus vertitur, quae linguis Semitarum occidentalium continentur, minime vero in iis,

---

[1]) Ed. Meyer Gesch. des Altertums I 2² 348 et 358.

quae omnibus Semitis communes sunt; has enim vix e lingua mediterranea quae dicitur repetitas esse apertum est[1]).

e) Aliud indicium, quo in perscrutandis vocibus obscuris uti possumus, inest in vi, quae iis subest; et iam supra exposui ea potissimum vocabula e lingua pristinorum incolarum repetita esse videri, quae ad res humanitate cultas, velut instrumenta, habitationem, victum, vestitum, navigationem, mercaturam, vel ad animalia et stirpes pertinent. quae genera vocum tam arte cum rebus quasi coalescere solent, ut vix divelli possint, sed plerumque una cum ipsa re a populo ad populum portentur.

f) Unum restat auxilium ad hanc quaestionem solvendam, doctrinam dico illam, qua linguae Indogermanicae inter se comparando illustrantur. etenim si voci Graecae in ceteris linguis nulla respondet, haec vox aliena esse videatur. sed in talibus quaestionibus per se quaeque ratio religiose commentanda est, ne vox vere Indogermanica in alienis numeretur. nam fieri potuit et nonnumquam re vera factum est, ut vox ex omnibus linguis Indogermanicis praeter unam evanesceret, ut vox Germanica hand, quae certo Indogermanica est. quam ob rem valet praeceptum, ne ex silentio argumenteris. neque tamen omne argumentum ex silentio ad absurdum ducitur; si enim tota genera nominum, velut nomina piscium, rerum navalium, cultus florum, cultus deorum, inter linguas Indogermanicas non concinunt, optimo iure de aliena origine talium vocum cogitari potest. cavendum vero est, ne quid temere e diversa notione eorundem nominum colligas; persaepe enim notionem mutatam esse constat.

Haec igitur sunt signa, quae adhibere possumus, ut iudicemus, num vocabulum obscurum e lingua mediterranea repetitum sit. sed iterum atque iterum hoc nego, si una ex his notis sola in vocabulo obscuro adest, ullam auctoritatem in ea inesse. quod cum saepissime accidat, ut uno tantum indicio origo aliena probetur, re vera multae voces obscurae manent neque ulli linguae certo attribui possunt. quod si nihilo minus in iis, quae secuntur, multa vocabula obscura ad linguam mediterraneam referre ausus sum, hoc nil aliud nisi conatum quaeso existimes a me susceptum, ut aliquo saltem modo rem obscuram atque perplexam illustrarem.

Antequam vero ad singula vocabula enumeranda accedam, Ernesto Kalinka, magistro optime de studiis nostris merito, quo auctore duce adiutore semper prompto libellum conscripsi, gratias ago singulares; neque obliviscar, quantum in perpoliendo opusculo profecerint consiliis suis Walde v. cl. et Haffner linguarum ille Semiticarum peritissimus.

[1]) Conf. Cuny Revue des Études anciennes 1910 XII 161.

I. De nominibus animalium.

A. Nomina, quorum origo e terminationibus colligitur.

1. -*νθ*- vel -*νδ*-.

βόλινθος, taurus indomitus,

αἴγινθος, de qua voce conf. p. 10,

μηλολόνθη, *μηλολάνθη*, scarabaeus quidam,

γόνθος, concha,

βρένθος, avis aquatilis, *κύμινδις*, accipiter,

κάλανδρος, alauda cristata. cum hac voce si propria nomina Asiae Minoris, quae sunt *Καλύδναι νῆσοι* (haud procul a Tenedo), *Κάλυνδα* (urbs Cariae), *Καλύκαδνος* (flumen Ciliciae), *Καλυδνός* (priscus rex Thebarum) componas, in promptu est suspicari formam vocis initio aliam fuisse (**κάλυδνος* vel *κάλυνδος*), postea vero mente revocata ad voces *καλέω* et *ἀνδρ*- mutatam esse. at tamen membrum *ανδρος*, quod in nominibus propriis *Ἄνδρος*, *Ἄντανδρος*, *Φολέγανδρος*, quae ab Augusto Fick Vorgriech. Ortsnamen 116 Lelegibus attribuuntur, deinde in *σαλαμάνδρα* (conf. p. 12) occurrit, ipsius linguae indigenarum proprium fuisse potest. de ratione autem, quae inter nomina propria et appellativum *κάλανδρος* intercedit, non est, cur miremur; nam ut his quoque temporibus multa loca ab animalibus nomina ducunt, velut Amselfeld, Finkenberg, Gänserndorf, Hühnerwasser, idem iam antiquissimis temporibus fieri potuit.

σκολόπενδρα, oniscus, centipeda quae dicitur. in hoc nomine idem exitus latere videtur, quem in *κάλανδρος* et *σαλαμάνδρα* paulo ante invenimus.

Haec nomina quod apud antiquissimos scriptores non leguntur, non est mirum, sive libri, in quibus scripta erant, perierunt, sive scriptoribus illis occasio non erat oblata talia commemorandi.

2. -*αρο*-.

ἔσχαρος, piscis quidam, *ἐσχάρα*, animal quoddam marinum. haec nomina ad linguam mediterraneam referre non dubito; neque enim similis iis est ulla vox in ceteris linguis Indogermanicis praeter lit. erszkétras (Stör), quam num conferre liceat Walde dubitat, et -*αρο*- in nominibus locorum praecipue Asiae Minoris saepe occurrit, velut *Μεμβλίαρος*, *Βλίαρος*, *Ὠλίαρος*, *Μέγαρα*, *Πάρπαρος*, *Ἴκαρος*, *Ἰκαρία*. idem exitus apparet in nomine herbae *κινάρα* (carduus), quod cum nomine *Κινάρου* insulae cohaeret. cum voce *ἐσχάρα* autem, cui vis foci subest (conf. p. 28), neutrum vocabulum est conferendum.

κύλλαρος, cancri genus.

κάνθαρος, scarabaeus, et ob formam similem pisci cuidam marino idem nomen vel *κανθαρίς* inditum est; denique poculum utrimque

ansatum κάνθαρος nominatum est. hoc nomen a nonnullis de radice qanth-, cui vis flectendi subest, ducitur. ego vero nomen cum Κανθάριον, quod promunturium Sami insulae est, componere malim, quamvis ne hoc quidem sit certum, utrum illud promunturium e voce κανθάρου nomen traxerit an cum nomine Κάνδαρα urbis Paphlagoniae conferendum sit.

3. Terminatio -αμο-, quae in nominibus Asiae Minoris satis saepe invenitur ut in Κίσαμος, Πρίαμος, Τεύταμος, Τύρταμος, Ἴαμος, Κώγαμος, Πέργαμον, Κύαμον, Λύγδαμον, Ὕλαμοι, continetur vocabulo κύχραμος, quo avis ignota significatur. in qua voce varietate quoque formarum origo aliena confirmari videtur; nam Hesychius praebet formas κυγχράνος, κεχραμαί, κιγχράμας. accedit quod radix κυχρ- in nomine quoque apparet Κυχρεύς, qui antiquissimus rex et heros Salaminis insulae fuit, quae ab eo nomen Κύχρεια adsecuta esse dicitur, et in nomine oppidi Thraeciae Κύχροι.

4. Terminatio -ασο-, quae in nominibus propriis non Graecis sescenties occurrit, velut in Ἅρπασος, Πύρασος, Παμφυρίασον, Μύλασα, Θήβασα, in uno vocabulo appellativo servata est, βόνασος, quo taurus indomitus significatur.

5. Terminatione -υγγ-, quae utrum Indogermanicae an mediterraneae linguae adscribenda sit docti dubitant, insigne est ἴυγξ. cui similiter cadunt σάλπιγξ, σῦριγξ, quae non minus propter consonantem σ ineunte in nomine positam suspecta sunt, φόρμιγξ, ἕλμιγγες (et ἕλμινθες) [1]. haec vocabula omnia quamquam a nonnullis doctis ut Aemilio Boisacq aliena non habentur, ego tamen linguae mediterraneae tribuere malim, praesertim cum quam studiosus musicorum ille populus fuisset e monumentis pictis didicerimus.

6. Exitus -υρο-, qui in permultis nominibus oppidorum Asiae Minoris invenitur velut in Αἴσυρος urbe Bithyniae, Ἴδυρος urbe Pamphyliae, Λίμυρα urbe Lyciae, Κίβυρα, Ἄστυρα, duobus continetur nominibus appellativis μορμύρος et πορφύρα, quae non minus facile duplicandis radicibus mur et bhur orta esse posse concedendum est.

μορμύρος, piscis quidam marinus; quod nomen, si modo vere Graecum est, vim genuinam aliunde ad talem piscem adhibuisse certum est, quia Graeci, antequam in Graeciam invaderent, pisces marinos ignoraverant. at tamen aliena origo veri similior est, licet eandem radicem Latina vox murmillo vel myrmillo prae se ferat, qua gladiator, in cuius galea piscis cuiusdam imago cernitur, significatur; quae cum ita sint, terminatio non Graeca -υρος relinquitur.

---

[1]) Conf. Cuny Revue des Ét. anc. 1910 XII 157.

πορφύρα, de qua voce Otto Schrader Reallexikon 644: „Schon in der homerischen Sprache, ait, begegnet häufig das Adjektivum *πορφύρεος* als Farbenbezeichnung, während das Substantivum *πορφύρα* ,Purpurfarbe' auch ,purpurfarbige Teppiche' erst bei Aeschylos und *πορφύρα* ,Purpurschnecke' erst bei Aristoteles zu belegen sind. — Bedenkt man, daß die Phoenizier die unzweifelhaften Erfinder der Purpurfärberei sind und daß die Purpurschnecke hauptsächlich am phoenizischen Gestade und an der palaestinischen Küste (allerdings auch bei Lakonien und am Euripos) vorkam, so wird man versucht, den Ursprung des griechischen Wortes im Semitischen zu suchen. Doch hat sich eine sichere Spur desselben noch nicht nachweisen lassen." ab hac voce complura nomina locorum orientalium ducta sunt, *Πορφυρίς*, antiquius nomen Nisyri et Cytherae insularum, *Πορφυριώνη*, insula in Propontide, *Πορφυρεών*, urbs Phoeniciae.

7. Exitus -*ωρο*- in nominibus propriis non Graecis frequentatus, velut in *Πίλωρος*, *Ἄζωρος Σάωρος*, *Δύσωρον*, *Ἄσσωρον*, *Κησκώρα*, occurrit in *φάγωρος· ἰχθὺς ποιός* (Hesychius), cuius genuinam formam *φαγρωρός* fuisse altero eius piscis nomine *φάγρος*, quod idem vim cotis habebat, probatur.

Inter animalia, quae his 19 nominibus appellabantur, sunt

aves 5: *αἴγινθος*, *βρένθος*, *κάλανδρος*, *ἴυγξ*, *κύχραμος*;

pisces 6: *ἔσχαρος*, *μορμύρος*, *πορφύρα* (quem muricem piscibus adnumerare liceat), *κανθαρίς*, *φάγωρος*, *γόνθος* (concha);

insecta quae dicuntur 3: *κάνθαρος*, *μηλολόνθη*, *σκολόπενδρα*;

alia animalia 5: *βόλινθος*, *βόνασος*, *σαλαμάνδρα*, *κύλλαρος*, *ἕλμιγγες*.

B. Nomina, quorum origo e radice colligitur.

Primum quinque nomina adferam, in quibus inest membrum *αιγ*-, quod cum voce Graeca *αἴξ* cohaerere credere non queo, cum alia indicia originis alienae accedant. nam invenitur eadem radix in multis nominibus non Graecis, qualia sunt *Αἰγίθαλος*, oppidum Siciliae insulae, *Αἰγίθαρος*, promunturium Siciliae cum exitu non Graeco -*αρος*, *Αἴγυρος*, oppidum Cretae insulae cum exitu non Graeco -*υρος*, *Αἴγιλος*, promunturium Leucadis insulae cum exitu non Graeco -*ιλος* (conferas *Καδμίλος*, *Τρωίλος*, *Τερμίλαι* atque etiam *βασιλεύς* de quo vid. p. 35), *Αἴγυλα* vel *Αἴγιλα*, insula inter Cretam et Cytheram sita; accedunt nomina *Αἰγεύς* regis Attici et *Αἰγαίων* monstri illius centum manibus praediti.

a) *αἴγινθος* vel *αἴγιθος* vel *αἰγίοθος*, avis ignota, quae plerumque fringilla cannabina (Hänfling) vel parus habetur; cuius vocis observanda est terminatio non Graeca -*νθος* (conf. p. 8);

b) *αἰγίθαλος* vel *αἰγίθαλλος*, parus; haec vox nescio an forma plenior vocis *αἴγι(ν)θος* sit, quia eodem modo composita est atque vocabula *κορύδαλος* (vel *κορυδαλλός*) et *ἀκανθυλλίς*, quae de nominibus *κόρυδος* et *ἀκανθίς* ducta sunt;

c) *αἰγοθήλας*, caprimulgus; haec vox constat ex nomine *αἴξ* et verbo *θηλάζω*, cui vis felandi vel mulgendi subest. tamen cave ne vere atque antiquitus Graecam eam putes, sed Graecos eam composuisse patet, ut vocabulum alienum accommodarent suae linguae;

d) *αἰγυπιός*, voltur; quod nomen e lingua Indogermanica non magis illustrari potest quam cetera nomina huius avis (conf. Schrader Reallexikon 653);

e) *αἰγώλιος*, avis nocturna quaedam, strix; idem nomen *Αἰγώλιος* fuit homini Cretico,' qui ab Iove in avem mutatus est.

His quinque nominibus quoniam aves significantur, in radice aignotionem avis fuisse colligere iuvat.

αἰσάλων, species quaedam accipitris, *αἴσακος*, avis quaedam. radix *αισ-* occurrit non solum in *Αἰσαγέης ὄρος*, monte Asiae, et *Αἴσαρος* (ubi terminatio *-αρος* quoque non Graeca est), flumine ad Crotonem, sed etiam in nomine Etrusco aesar et in nomine proprio Aeserniae, oppidi Samnitium (conf. Skutsch in Pauly-Wissowa Realencyclopaedie VI 775 sq. de *αισ-* aes-; denique *Αἴσωπος*); qua re hanc radicem propriam fuisse linguae antiquissimorum Graeciae incolarum non minus probatur quam littera *σ* inter vocales posita.

πηνέλοψ, species anatum quaedam vel anserum; cui nomini praeter *Πηνελόπη* cognata sunt nomen Homericum *Πηνέλεως*, quod Solmsen Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XLII 232 de voce *πηνέλοψ* duxit, et nomen *Πηνειός* fluminis Thessaliae et nomen *Πηνηΐς* fluminis Elidis.

ἄσπαλος, piscis quilibet; unde nomen repetiverunt urbs Taphiorum, cui nomen *Ἀσπαλάθεια* est, et insula propinqua litori Lyciae, cui nomen *Ἀσπαλαθίς*.

ἀχάρνας, *ἄχαρνος*, *ἀχαρνώς*, piscis quidam marinus; haec vox si quidem idem membrum exhibet, quod in nomine *Ἀχέρων* fluminis Epiri et Triphyliae et Bithyniae et inferorum apparet, ad linguam mediterraneam referenda esse videatur.

τῆθος, ostreum, *τήθυα*, conchae; haec vox nescio an cum nomine *Τηθύς* deae conferenda sit, quam iam ab indigenis cultam esse vel ea de causa opinor, quod illi potius deas quam deos easque ob fertilitatem colebant.

δρίλακες· βδέλλαι. Ἠλεῖοι (Hesychius), hirudines; *δρῖλος*, lumbricus. eadem radix obscura in *κροκό-διλος* inest, quod nomen ob commoditatem ex forma **κροκό-δριλος* ortum est, et ni fallor in nomine *Δρίλων* fluminis Illyrici.

κάστωρ, fiber. quamquam fiber Indogermanis notus erat et tota fere Europa exsistit, tamen similis vox intra linguas Indogermanicas deest, qua re Otto Schrader Reallexikon 85 vocem alienam esse suo iure opinatur; accedit, quod eadem radix in nominibus *Κασταλίας* fontis ad Delphos et urbis Ciliciae, *Καστωλοῦ* urbis Lydiae, *Κασταβάλων* urbis Ciliciae inesse videtur.

πάρνοψ, locusta, vespa; eadem radix inest in nominibus non Graecis *Παρνασσοῦ* montis Phocidis et Cappadociae et Bactrianae, *Πάρνηθος* montis Atticae, *Πάρνωνος* montis Argolidis; exitum *-οψ* autem Graeci ex aliis nominibus velut *πηνέλοψ*, *κώνωψ*, *Δρύοψ*, *Δόλοψ* repetivisse possunt. obscurae vero manent formae *πόρνοψ* et *κορνώπιδες· κώνωπες* (Hesychius), quae in dialectis Lesbica et Boeotia inveniuntur; tamen formam *πόρνοψ* memoria ad vocem *πόρνη* revocata, *κορνώπιδες* confusis formis *κώνωψ* et *πάρνοψ* ortam esse suspicari audeo.

σέρφος, σέριφος, σύρφος· θηρίδιον μικρόν, ὁποῖον ἐμπίς (Hesychius), animal quoddam parvum alis praeditum. ex hac voce insulam *Σέριφος* nomen traxisse Fick Vorgriech. Ortsnamen 57 dicit, sed num vocabulum alienum sit dubitat, quod terminatio *-φος* Indogermanica -bhos esse videatur, quae in nominibus animalium sescenties occurrat[1]). at forma vocis genuina postea a Graecis ad similitudinem aliorum nominum animalium accommodata esse potest; namque consonans *σ* ineunte in voce posita e normis linguae Graecae vix explicari potest.

μυωξός, μυοξός, glis; prior pars vocabuli *μυ-* aliquotiens in nominibus propriis non Graecis invenitur velut *Μύων* urbis Locridis, *Μύηνον ὄρος* montis Aetoliae, *Μύης* urbis Ioniae, *Χηρα-μύης* sacerdotis Sami, *Πανα-μύης* hominis Halicarnassei, *Ἐξα-μύης* patris Thaletis philosophi, qui Phoenix natione fuisse dicitur; ac ratio quaedam intercedere potest inter radicem *μυ-* et membrum muva-, quod in nominibus propriis non Graecis saepissime occurrit[2]). itaque vox *μυωξοῦ* originis alienae esse, sed ad sensum volgi mutata esse potest, licet vocem Indogermanicam quae est mus inesse notione vocabuli suadeatur.

σαλαμάνδρα; radicem *σαλ(α)μ-*, quae vel consonante *σ* alienam speciem prae se fert, multa nomina propria exhibent ut *Σαλαμίς* insula Attica et urbs Cypri, *Σαλμώνιον* promunturium Cretae, *Σαλαμώνα* locus et fons Pisatidis, *Σαλμακίς* locus et fons apud Halicarnassum, *Σάλμος* urbs Boeotiae. accedit quod exitu *-ανδρα* (conf. p. 8) aliena origo proditur.

---

1) Conf. Brugmann Grundriß² II 2 605.

2) Conf. Kretschmer Einleitung 332 sq., Fick Ortsnamen 87, 136, Sundwall Lyk. Namen 160 sqq.

Haec sunt nomina, quorum radix cum nominibus propriis concinit, quae ad linguam indigenarum referenda esse veri est simillimum; significantur vero his sedecim vocabulis:

aves 7, pisces aliaque animalia aquatilia 5, insecta quae dicuntur 2, alia animalia 2.

C. Nomina, quae pluribus linguis ita communia sunt, ut formae inter se differant.

ἀράχνη vel *ἀράχνης*, aranea; quas voces et Graecam et Latinam de eadem radice ductas esse patet; vix autem vox Latina araneae e lingua Graeca sumpta est, quod potius formam *aragnea exspectaremus[1]). eadem radix in vocabulis *ἄρκυς*, cui vis retis subest, et *ἀρκάνη*, quo subtemen significatur[2]), inesse videtur; quas voces cum Punica et Hebraea ʾārag, cui vis texendi est, cohaerere puto[3]), hoc tamen modo ut tenui litterae *κ* Graecae media g Hebraea respondeat[4]). ex hac differentia, quae inter formas *ἀράχνη* aranea ʾārag exsistit, colligo haec nomina e lingua indigenarum repetita esse. accedit, quod eadem radix in nomine *Ἀράκυνθος* montis Aetoliae et Boeotiae latet, ubi accedit exitus non Graecus *-νθ-*, et in *Ἄραξ*, quo fluvius Cretae nominatur, atque etiam ni fallor in *Ἄραξα* nomine urbis Lyciae.

θύννος, *θύννα*, *θυννίς*, thunnus; haec vox, quam antiqui falso de verbo *θύω* vel *θύνω*, in quo vis saeviendi et irruendi inest, duxerunt, cum Hebraea tannīn, qua belua significatur, congruit. neque tamen sententiae Henrici Lewy (Sem. Fremdw. 14 sq.), qui statuit Graecos vocabulum *θύννον* a Semitis mutuatos esse, accedere possum, quod forma **τάννος* desideraretur. itaque utramque vocem ad linguam mediterraneam refero.

τευθίς, *τεῦθος*, *τευθός*, sepia, lolligo; hanc vocem, quam H. Lewy Sem. Fremdw. 18 cum Aramaea dejūtā, cui vis atramenti librariorum subest, componit, propter differentiam quae inter consonantes vocabulorum exsistit linguae mediterraneae tribuo, praesertim cum nomen animalis marini sit. quae origo vocis nominibus propriis, quae sunt *Τευθέα* oppidi Achaiae ad *Τευθέαν* flumen siti et *Τευθίς* urbis Arcadiae, confirmatur.

λέων, leo; haec vox, de qua cetera leonis nomina quae in linguis Europaeis occurrunt ducta esse videntur, cum Hebraea lᵉbhī, lābhīʾ,

---

1) Walde Wörterbuch² 54.

2) Hesychius: *ἀρκάνη· τὸ ῥάμμα ᾧ τὸν στήμονα ἐγκαταπλέκουσιν διαζόμεναι.*

3) Bezzenberger vero (Beiträge XXI 295) et Lidén (Indog. Forsch. XVIII 507 sq.) *ἄρκυς* et *ἀρκάνη* ad radices Indogermanicas referunt.

4) Lewy Sem. Fremdw. 121.

Assyria labbu, Aegyptia labu aliquo modo cohaeret, sed variae formae istae inter se consociari non possunt. Graeci igitur nomen λέων non a Semitis, sed ab indigenis mutuati sunt. etenim Graeci cum Macedoniam, Epirum, alias regiones Graeciae septemtrionalis intrarent, iam leones ibi invenerunt atque etiam inferioribus temporibus leones in Macedonia, Epiro, Thessalia fuisse Herodotus VII 125 et Aristoteles A. H. IV 28 narrant; itaque ab incolis illarum regionum Graecos nomen λέοντος accepisse veri simillimum est. vocabulum λῖς vero, cui eadem vis subest, de voce Hebraea lajiš venire potest; conf. Lewy Sem. Fremdw. 6 et Schrader Reallexikon 508.

D. Nomina, quae consonante σ cum vocalibus coniuncta originem alienam prae se ferunt.

αἴσακος, nomen avis cuiusdam; conf. p. 11.

αἰσάλων, de qua voce supra p. 11 egi.

σάλπη, *σάλπης*, *σάρπη*, piscis quidam marinus; eadem radice vox *σάλπιγξ ἡ θαλασσία* insignis est, quae profecta ex alia forma ad similitudinem vocis tubae accommodata est; conf. p. 9 et 37.

σέλαχος, pristium marinarum species.

σίττη, picus, sitta.

E. Nomina animalium reliqua.

Nomina, quae secuntur, aliud signum, ex quo origo aliena colligi possit, non exhibent nisi quod animalia iis significantur, quae Indogermanis ignota erant, neque satis bene e normis linguae Graecae explicari possunt. quorum nominum plurima sunt piscium.

1. *Nomina animalium aquatilium.*

a) piscium marinorum:

ἀμία vel *ἀμίας*, species thunni.

ὄρκυς, *ὄρκυνος*, species thunni.

πηλαμύς, thunnus; sitne prior pars vocis *πηλός*, cui vis limi, luti, argillae subest, maxime dubito.

ἀνθίας, piscis ignotus marinus.

ἀντακαῖος, species sturionis.

(*ἐτελίς*, species piscis marini, cui nomen Graecum *χρυσόφρυς* est; cum hoc vocabulo conferri potest vox Latina attilus, qua piscis Padi fluminis significatur; sed licet vox Latina e lingua Gallica vel Ligurica sumpta esse possit, tamen *ἐτελίς* ex **ἀτελίς* facile ducitur, praesertim si lit. atis respicias.)

σκόμβρος; ex hac voce *Σκομβραρία* insula ad Hispaniam Carthaginiensem prope promunturium *Σκομβρασία* sita nominata esse videatur.

σμαρίς, piscis parvus marinus.

τρίγλη, mullus, trigla.

b) piscium fluviatilium:

ἀφύη (deminutivum *ἀφύδιον*), piscis quidam parvus, qui definiri non potest.

γλάνις, silurus.

ἴκταρ, piscis quidam parvus. Hesychius: *ἰκτάρα· ἐθνικῶς ἰχθύς* et *κτάρα· ἰχθὺς βραχύτερος πάντων*. unde vocalem i praepositam esse voci elucet, id quod in nonnullis aliis vocabulis factum est velut *ἰ-κτίς*, de quo adiectivum Homericum *κτίδεος* ductum est, (conf. p. 17) *ἰχθύς*, *ἰκτῖνος*.

κωβιός, gobius.

σμῦρος, *μῦρος*, anguilla, *(σ)μύραινα* muraena; quae vox utrum de radice smer-, cui vis inlinendi subest, ducta an e lingua superiorum incolarum repetita sit, disceptare non audeo; id tamen certum est Indogermanos hunc piscem ignorasse, conf. Schrader Reallexikon 1.

c) aliorum animalium aquatilium:

κάλχη, in titulis *χάλκη*, *χάλχη* [1]), murex; haec vox aliena habenda est propter notionem (conf. p. 6 sq.), quod argumentum varietate formarum corroboratur. num vero cum vocabulo *χαλκοῦ* componenda sit, id quod Kretschmer Einleitung 168 putat, maxime dubito; quid enim aeri et murici commune est? sed potest vox Poenorum esse, quippe qui artem purpura tingendi invenerint. urbs vero et flumen *Χαλκηδών* vel *Καλχηδών* vel *Χαλχηδών* minime ex hoc animali nomen traxerunt, id quod Boisacq putat, sed ex aere ibi invento. item nomen *χαλκίς*, quo et accipiter et piscis et lacerta significantur, a *χαλκός* ducendum mihi videtur, quippe cuius colore animalia illa sint insignia.

χηράμβη, concharum species.

τέλλις, species concharum, tellina.

πίννη, *πίννα*, conchylium, quod imo in mari filis se adligat; *πιννικόν*, bombyx, qui ex illis filis paratur.

πουλύπους, *πολύπους*, quae vox e forma aliqua ignota depravata esse videtur, ut speciem Graecam adsequeretur; nam forma Dorica

---

[1]) Conf. Meisterhans-Schwyzer Gramm. der att. Inschr. 103.

et Aeolia πώλυπος cum adiectivo πολύς et substantivo πούς consociari vix potest[1]).

σπατάγγης, σπάταγγος, σπάταγος, ericius marinus.

2. *Nomina avium.*

Avium nomina, quae quidem nondum in lingua Indogermanica ex sono quem edunt appellatae sint, Graeci ipsi ex volatu, e forma vel colore corporis, ex similibus notis effinxerunt[2]). qua re factum est, ut Graeci nomina avium a superioribus incolis aut non reciperent aut cum vocibus Graecis, quae similiter sonabant, adaequarent. accedit, quod Graeci omnis avis, quas in Graecia videbant, iam prius nosse potuerunt, quia hae aves in omnibus Europae provinciis inveniuntur. at tamen restant nonnulla avium nomina, quae cum quadam veri similitudine ad linguam indigenarum referri possint.

βασκάς, βοσκάς, φασκάς, species quaedam anatum; quae vox aliena esse potest ob varietatem formarum, qua nomen de voce *φάσκος*, in qua vis fasciculi vel cristae inest, ducere prohibemur.

κεῖρις· ὄρνεον· ἱέραξ· οἱ δὲ ἀλκυόνα, Hesychius; sed traditur alia quoque forma *κίρις* vel *κίρρις*; hanc vocem nonnulli cum nomine *κηρύλος* ipso quoque obscuro componunt, ac praecipue ob varietatem formarum in alienis habere malim. tamen Lewy Sem. Fremdw. 9 mihi errare videtur, qui nomen Hebraeum qōrēʾ, in quo vis clamatoris inest, cum Graeco confert; differentia enim vocalium explicari non potest.

κελεός, κηλιός, καλιός, κολιός, picus viridis; quae vox aliena habenda videatur ob varietatem formarum.

σκολόπαξ, ἀσκαλώπας; quae vox nescio an ex alia forma orta vocabulo *σκόλοψ*, quo palus significatur, adsimulata sit. nam altera forma *ἀσκαλώπας* cum radice *σκολοπ-* consociari non potest.

τρίορχος, τριόρχης, species quaedam accipitrum vel milvorum; haec vox e vetustiore aliqua forma in similitudinem adiectivi *τριόρχης*, in quo vis libidinis et luxuriae inest, redacta esse potest.

ὑβρίς, avis nocturna quaedam; quod nomen num Graecum sit, dubito; id quidem certum est cum substantivo *ὕβρεως* id non esse copulandum.

κέρθιος, avis quaedam parva (picus?).

Quattuor vocabula membrum *ἐλε(ι)-* continere videntur, quod utrum Graecum sit an linguae mediterraneae proprium dubitari potest:

---

[1]) Conf. Schulze Quaest. ep. 446[7].

[2]) Robert Les noms des oiseaux en Grec ancien 42 sqq. 135 talia nomina illustravit.

a) ἐλεᾶς, avis incerta,
b) ἐλειός· εἶδος ἱέρακος (Hesychius), species accipitris,
c) ἐλειός, animal quoddam rodens (glis?),
d) ἐλεός, species noctuae.

3. *Nomina aliorum animalium.*

ἀσπίς, vipera; hanc vocem Lewy Sem. Fremdw. 13 cum Hebraea ṣēpha[3], qua basiliscus serpens venenatus significatur, componit, sed formae adeo inter se differunt, ut hanc sententiam amplecti non queam; immo aliam formam, ex qua vox orta est, fuisse puto. neque vero hoc vocabulum cum substantivo *ἀσπίς* quo clipeus significatur conferendum esse videtur.

δίψας, species viperarum; num haec vox cum vocabulo *διψάω* ita cohaereat, ut animal ea de causa nomen adsecutum sit, quod eius morsu vehemens sitis efficiatur, maxime dubito; immo vero vox aliena ad similitudinem verbi Graeci accommodata est.

γλάνος, hyaena quae dicitur.

ἔρραος, aries, aper.

ἴκτις vel *ἰκτίς*, *κτίς*, mustella; *κτίδεος*, factus e pelle mustellae; haec vox possitne conferri cum vocabulo *ἰκτῖνος*, cui vis milvi subest, Boisacq dubitat; Schrader Reallex. 955 autem adfirmat huic animali multa esse nomina, quorum nonnulla inter se propinqua sint, cum reliqua velut *ἴκτις* non satis bene explicari possint.

λάταξ, quadrupes quae in aquis vivit (fiber?); quod nomen cum vocabulo eiusdem formae, in quo vis laticis inest, consociari vix potest, sed aliena habenda est.

σκύμνος, catulus, praecipue leonis.

ἐμπίς, culex; quae vox non habet sociam in linguis Indogermanicis, nisi forte nomen imbi, impi, quod linguae Germanicae antiquissimae est, propinquum est.

Inter nomina quae protuli sunt piscium 14 (marinorum 9, fluviatilium 5), aliorum animalium aquatilium 6, avium 10, insectorum 1, aliorum animalium 7.

Ex hac disputatione elucet longe plurima vocabula, quae ad linguam superiorum incolarum rettulimus, piscium et avium esse. denique ea componam, quae maiore cum fiducia quam cetera ad indigenarum tempora referri posse mihi videntur: *αἴγινθος, βόλινθος, βόνασος, ἀράχνη, θύννος, κάλχη, λέων, σαλαμάνδρα;* quibus subicienda sunt *αἰγίθαλος, αἰγοθήλας, αἰγυπιός, αἰγώλιος, ἀχάρνας, ἔσχαρος, κάλανδρος, κύχραμος, πάρνοψ, πηνέλοψ, σάλπη, σίττη.*

II. De nominibus stirpium.

Graecos ea nomina linguae mediterraneae, quibus stirpes iis ignotae significabantur, in suam recepisse linguam consentaneum est. sed ut his quoque temporibus accidit, ut nomina stirpium omnibus notarum haud raro mutuemur a lingua alterius populi, qui illas stirpes primus colebat in agris vel hortis vel primus iis utebatur ad morbos depellendos, ita Graeci fecerunt, cum in novam patriam, ubi hominum vita magis expolita erat, invaderent; nam ibi multas invenerunt stirpes excultas, quibus ipsi etiam si eas noverant tamen antea usi non erant. qua de causa mirum non est, quod pleraque nomina stirpium obscura pertinent ad tales stirpes, sive in hortis vel agris coluntur sive medici iis utuntur.

A. Nomina, quae propter exitum ad linguam indigenarum revocari possunt.

1. -*νθ*- vel -*νδ*-.

ἄψινθος, ἀψίνθιον, ἀψινθία; eodem nomine *Ἀψίνθου* urbs Thraeciae insignis erat.

ἐρέβινθος, apud Hesychium *λέβινθος, ὀδόλυνθος, γέρινθος, γέλινθος*, cicer; *Λέβινθος* insula Cycladum.

μίνθη, μίνθος, menta; eiusdem herbae alia nomina *καλαμίνθη* (**καλαμο-μίνθη*) et *σισύμβριον*.

κήρινθος, herba quaedam; idem nomen erat oppido Euboeae.

ὑάκινθος; idem nomen erat colli Atticae et deo, quem Lacones et Tenedii venerabantur.

τέρμινθος, τερέβινθος.

ὄλυνθος, grossus; eodem nomine urbs Chalcidicae insignis erat.

κολοκύνθη, apud Hesychium *ζακυνθίδες*, cucurbita; nomine simili *Ζακύνθου* appellabantur Delus et Parus insulae, alia insula, urbs Hispaniae et Libyae. cucurbita autem, cuius patria regiones meridianae sunt, iam antiquissimis temporibus ab Aegyptiis colebatur, conf. Schrader Reallexikon 484.

λίνδος, herba quaedam ignota, quae suavem odorem edit; *Λίνδος* oppidum Rhodi et flumen Cariae et promunturium Cytherae insulae.

ὄρινδα, ὀρίνδης ἄρτος, oryza (Reis).

βρένθιξ, βρένθις, lactuca.

2. -*αμο*-.

βάλσαμον, cuius patria Africa, Arabia, India sunt; apud Hebraeos haec vox bāsām sonat, quae forma cum vocabulo Graeco minus concinit, quam ut hoc ex illa ortum esse possit.

σήσαμον, σησάμη non solum in India et Africa sed etiam in Asia Minore invenitur.

κάρδαμον, nasturtium, cuius patria Asia Minor est.

ὕλαμος· καρπός; conf. Ὕλαμοι Lyciae oppidum.

κύαμος, faba; hanc vocem, cui nulla in ceteris linguis Indogermanicis respondet, a verbo κυέω separandam esse constat. sed membrum κυ- in nonnullis aliis stirpium nominibus apparet velut κύκνον (= σί-κυ-ς, vid. p. 22), κύμινον (conf. κύμινδις accipiter), κυνάρα, κυδώνιον, κοκκυγέα, quae omnia a lingua Graeca aliena sunt; et permulta nomina propria non Graeca hoc membrum continere videntur velut Κύον, Κύαρδα, Κύαθος, Κύαλος, Κυαμόσωρος, Κύνθος, Κύθηρα, Κύδνα.

3. Exitum -ανο- frequentem in nominibus propriis non Graecis velut Ἰάρδανος, Ἀπιδανός, Ἠριδανός, Ἄνδανος, Κάντανος invenimus in his appellativis:

ὀρίγανον, cuius patria est regio Africae septemtrionalis. alia nomina non minus obscura eiusdem herbae sunt ἀμάρακος et σάμψυχον.

πήγανον, ruta (Raute), qua herba et medici et magi utebantur. eadem radix videtur contineri nominibus propriis Πήγασος, Πήγασα, Πηγαί, nisi forte haec nomina cum voce πηγῆς cohaerent, quae et ipsa obscura est.

λίβανος, arbor turifera quae in Africa nascitur.

κάστανον, καστανέα, cuius patria sunt Graecia, Thraecia, Macedonia, Asia Minor.

γάργανον, herba quaedam ignota; τάργανον, vinum acidulum.

4. -αμνο-.

δίκταμνος, herba quaedam; eadem terminatione Σέδαμνος, nomen fluvii Cretae, insigne est et Λύκαμνος.

Simili terminatione insigne est κράμβη.

5. -αρο-.

κυνάρα, κινάρα (Artischoke), cuius patria terrae Europae meridianae sunt. huius vocis si forma genuina atque antiquior est κινάρα, nomen Κινάρου insulae conferri potest. alia nomina obscura huius herbae sunt σκόλυμος et κάκτος, quae et ipsa propter patriam herbae linguae indigenarum tribui possunt.

σίσαρος, cuius origo aliena prodi videtur consonante σ ante vocales posita. alia eius nomina obscura sunt δαῦκος, δαυκεῖον.

ἄσαρον (Haselwurz), quae herba in Ponto, Phrygia, Illyrico invenitur.

κόμαρος, κάμαρος, κάμορος, arbutus (Erdbeerbaum), quae arbor, cuius patria terrae maris Interni sunt, fructus esculentos praebet, qui κόμαρα vel μιμαί-κυ-λα (ubi illud membrum -κυ- latere videtur, conf. supra) nominantur; conf. Κόμαρον, Epiri portum.

κίσσαρος, *κισσός*, hedera; haec vox, quae vel propter terminationem *σσος* (conf. p. 4) formae *κισσός* in alienis numeranda est, num cum vocabulo Latino hederae, cuius idem exitus *-αρο-* esse videtur, cohaereat, non liquet.

κίσθαρος, *κίσθος*, frutex quidam, e quo gummi colligunt.

κόνναρος, frutex quidam spinosus.

6. Terminatio *-αθο-* vel *-ηθο-*, quae in nominibus non Graecis sescenties legitur velut *Μάραθος*, *Σκίαθος*, *Ὑρνάθιον*, *Πάρνηθος*, *Αἴνηθος*, *Πεπάρηθος*, in his occurrit vocabulis appellativis:

ἄνηθον, *ἄνησον*, *ἄνισον*; hac herba, cuius patria partibus Europae meridianae continetur, et condimento et medicamento utebantur antiqui sicut nos hodie.

λάπαθος.

ἀσπάλαθος, genista, qui frutex oleum praebet odoratum.

7. *-ασο-*.

κάρπασος, herba quaedam venenata, cuius sucus *ὀπο-κάρπασον* dicitur. *κάρπασος*, linum tenue; haec vox in lingua Latina carbassus, in Semitica vel potius Persica karpās, in Indica karpāsas sonat, quae omnia nomina Cuny Revue des Études anciennes 1910 XII 161 ad linguam mediterraneam refert.

κέρασος.

8. *-ισ(σ)ο-*.

κυπάρισσος, cupressus; quae vox non solum propter exitum et patriam arboris, sed etiam ob differentiam, quae inter formas Graecam et Latinam intercedit, linguae indigenarum tribuenda videatur; si enim vox Latina e lingua Graeca sumpta esset, vocalis e in exitu -essus vix intellegeretur. num vero eadem radix insit in nomine *κύπρος*, quo arbor quaedam (Cyperblume) significatur, ex cuius floribus antiqui unguentum populare parabant, dubium est.

νάρκισσος, narcissus; haec vox nescio an ex alia forma profecta ad similitudinem nominis *νάρκη* redacta sit, quia soporem efficere dicitur narcissus. membrum autem *ναρ-*, cui saepe consonans, potissimum dentalis adiungitur, nominibus continetur et propriis et appellativis velut *Ναρθηκίς* insulae, *Ναρθάκιον* montis et oppidi Thessaliae, *Ναρίανδος* urbis Cariae, *Νάρμαλις* urbis Pisidiae, *νάρδος* valerianae, quae dicitur, *νάρτη* condimenti cuiusdam, *νάρθηξ* ferulae. unde colligo radice nar(d)- in lingua mediterranea herbam significatam esse sive certam quandam sive universam.

κύτισος, quam herbam in terris Europae meridianis natam esse Plinius N. H. XIII 24 47 docet.

ἄνισον, conf. n. 6.

9. Exitus *-υμν-*, quem multa nomina propria Asiae exhibent

velut *Ὄρδυμνος, Μάθυμνα, Κάλυμνα, Λεπέτυμνος* (conf. *Τύμνος* et *Τυμνησσός*), occurrit in his appellativis:

ἀτάλυμνος, species pruni.

προύμνη, prunus, *προῦμνον*, prunum, cuius patria potissimum Asia Minor fuisse dicitur[1]).

10. *-υρο-*.

ἄσκυρον (Johanniskraut).

λάθυρος, species quaedam leguminum (lens?).

ἀνάγυρος, ἀνάγυρις, qui frutex foetidus in Graecia aliisque terris Europae meridianae nascitur.

πάπυρος, quod nomen in lingua Aegyptiorum, ubi exspectes, non potuit reperiri.

διόσπυρος, prunus cerasus, cuius patria Asia Minor est. huius vocis pars prior ex alia quadam forma profecta in similitudinem nominis *Διός* redacta esse videtur.

φιλύρα, tilia; quae arbor in Graecia non invenitur nisi in regionibus septemtrionalibus et in Macedonia.

11. *-ωρο-*.

κιβώριον, fructus stirpis cuiusdam Aegypti; deinde poculum quoddam, quod ex ligno illius stirpis solebat fingi vel cui forma huius fructus erat. cum hoc vocabulo nescio an conferendum sit nomen proprium *Κίβυρα* oppidi Asiae Minoris.

κιχώρη, κιχώριον, κίχορα, κιχόρεια; hac herba iam antiqui et cibo et medicamento usi sunt.

12. *-ιλο-*.

μεσπίλη (Mispel); haec stirps, cuius fructus *μέσπιλον* dicitur, primo in terris Europae meridianis culta est[2]).

13. Exitus *-ηλο-*, qui in nominibus propriis non Graecis *Κυδρῆλος, Ὕδρηλα, Ὄλβηλος* apparet, inest in *φάσηλος*, faba; haec vox etiam propter consonantem *σ* inter vocales positam aliena habenda est.

B. Nomina, quae consonante *σ* cum vocalibus coniuncta alienam speciem prae se ferunt.

αἴσακος· ὁ τῆς δάφνης κλάδος, ὃν κατέχοντες ὕμνουν τοὺς θεούς (Hesychius); conf. p. 11 et 14.

κασ(σ)ία, cassia, quae in Arabia et Africa invenitur; huius fruticis foliis antiqui ad condiendum vinum vel cibos utebantur. apud Hebraeos

---

1) Conf. Hehn-Schrader[8] 385 sq.

2) Conf. Hoops Waldbäume 550.

autem vox qᵉṣīᵓā(h) sonat, cui nullum aliud vocabulum intra linguas Semiticas respondet[1]).

ἴσατις; qua herba et tinctores et medici antiqui usi sunt.

σίβδη, σίδη, granatum, quod in Asia Minore, Graecia, Africa nascitur. ex hac arbore *Σίβδα* urbs Cariae, *Σίδη* urbs Pamphyliae et Laconiae, *Σιδήνη* urbs Troadis, *Σιδήλη* urbs Ioniae appellatae sunt.

πίσ(σ)ος, pisum; reliqua quoque huius herbae nomina *ἐρέβινθος* et *ὄροβος* aliena habenda sunt.

πράσον, porrum; et vox Graeca et Latina de radice prs linguae mediterraneae ducta esse potest[2]); et eiusdem radicis forma **παρσον* in nomine *Παρράσιον* montis Arcadiae inesse videtur[3]). accedit, quod porro, allio, cepa Aegyptii et Semitae iam antiquissimis temporibus utebantur[4]).

σίκυς, σέκυς, σίκυος (κύκνον· τὸν σίκυον Hesychius), cucumis; eadem radix inest in nomine urbis *Σικυών (Σεκυών).* de membro *κυ-* conf. p. 19.

σέλινον, apium.

σεῦτλον, τεῦτλον, beta (Mangold); quae herba in omnibus terris mari Interno adiacentibus invenitur.

σέρις, cichorium.

σίλφιον; haec herba Africana antiquis et condimento et medicamento erat. eadem radix in vocibus Latina sirpe et Hebraea sirpad, quae e lingua Persica vel Aegyptia venit, inest, quamquam varietas formarum tanta est, ut altera explicari non possit ex altera.

σῖτος.

ὕσσωπος, quae in Cilicia crescit. eiusdem radicis vox Hebraea ʾēzōb esse videtur, sed formae non omnino congruunt.

His vocabulis addenda sunt *σίσαρος, ἄσαρον, κίσσαρος* (vid. p. 19 sq.), *σισύμβριον* (vid. p. 18), *σήσαμον, σάμψυχον* (vid. p. 19), *φάσηλος* (vid. p. 21).

C. Nomina, quae linguae Graecae et alii linguae ita communia sunt, ut formae inter se consociari non possint.

ἄπιος, pirus, *ἄπιον,* pirum. si vox Latina e lingua Graeca repetita esset, forma *perum orta esset[5]).

---

[1]) Conf. Schrader Reallexikon 988.
[2]) Conf. Cuny Rev. Ét. anc. 1910 XII 157.
[3]) Conf. Walde Wörterbuch² 601.
[4]) Conf. Schrader Reallexikon 1004.
[5]) Conf. Walde Wörterbuch² 586.

οἶνος, vinum; haec vox apud Hebraeos jajin (*wain), apud Arabes wain, apud Armenios gini (*gēni, *voino) sonat, quae omnia nomina Meillet[1]) recte ad linguam indigenarum refert. etenim radicem voin-, vain- Indogermanicam non esse certum est, nisi forte quis negat Indogermanos e regionibus septemtrionalibus, ubi vitis non crescit, venisse. neque si vox Latina e lingua Graeca repetita esset, intellegeretur, cur Itali genus nominis mutassent. sed ne e linguis Semiticis quidem voces vinum, *οἶνος*, gini sumptae esse videntur, quia vocales inter se discrepant. accedit, quod reliqua vocabula, quae ad culturam vitis pertinent, obscura sunt: *χάλις* vinum, *ἄμπελος* vitis, *βότρυς* uva, *ῥάξ (ῥαγός)* racemus. quae cum ita sint, haec vocabula linguae mediterraneae tribuere non dubito[2]).

πύξος, buxus, cuius fruticis patria sunt terrae calidae Europae (conf. *πυρρός* = burrus).

πτελέα, apud Epidaurios *πελέα*, ulmus[3]): utrum vox Graeca cum Latina voce tiliae an populi copulanda sit, non liquet.

δάφνη, apud Thessalos *δαύχνα* vel *δαύρεια*, apud Pergamenos *λάφνη*, laurus; cui utrique voci eandem radicem esse Cuny[4]) adfirmat.

σῦκον, apud Boeotos *τῦκον*, apud Armenios thus, apud Romanos ficus[5]).

συκάμινος, murus; conferenda est vox Hebraea šiqmā[h], qua murus Aegyptia significatur. an vox Graeca ex alia quadam forma profecta nomini *σῦκον* adsimulata est?

*ὄροβος (*ἔροβος)*, *ἐρέβινθος*, *ἄρακος*, ervum[6]).

φακός, lens; in hac voce eadem radix inesse videtur atque in voce Latina fabae.

κύμινον, quae herba iam ab antiquis ut condimentum et medicamentum magni aestimabatur. vox autem apud Hebraeos kammōn, apud Armenios čaman sonat. num nomina propria *Κυμίσαλα* oppidi Rhodi insulae et *Κυμάρια* oppidi Cariae conferenda sunt? conf. p. 19.

μαλάχη, malva; eadem herba designari videtur voce Hebraea mallūaḥ. radix *μαλ-* inest in nominibus propriis *Μαλάκη* urbis Syriae, *Μαλήνη* urbis Mysiae, *Μαλέα* promunturii Laconicae et Lesbi insulae, *Μαλέας* promunturii Cretae, *Μαλεών* oppidi Arcadiae.

---

1) Mémoires de la soc. ling. 1908/9 XV 163.

2) Conf. Schrader Reallexikon 943 sqq. et Sprachvergl. II³ 35, 50, 255, Walde Wörterbuch² 639, 839.

3) Conf. Cuny Rev. Ét. anc. 1910 XII 159.

4) Rev. Ét. anc. 1910 XII 159.

5) Conf. Meillet Mém. de la soc. ling. 1908/9 XV 163, Schrader Reallexikon 236.

6) Conf. Hoops Waldbäume 464.

ἴον (*Fιον*) viola[1]).

κρόκος, qui flos ab antiquis magni aestimabatur, quia ad vestes tingendas idoneus et suavi odore est. voces Hebraeam karkōm, Arabicam kurkum non vere Semiticas esse Schrader Reallexikon 698 putat.

κύπειρος, herba quaedam, quae in pratis invenitur; cum hac voce haud scio an nomen Hebraeum kōpher, cyprus quae dicitur, componendum sit.

λείριον, lilium[2]); alterum nomen item obscurum huius floris est *κρίνον*.

ῥόδον, rosa; apud Arabes et Armenios vox sonat vard. num vero Rhodus insula ex hoc flore nominata sit, dubitat Augustus Fick Vorgriech. Ortsnamen 45[3]).

βάτος, *βατία*, *βατίς*, rubus, sentis.

D. Nomina quae secuntur linguae ipsi indigenarum tribuenda non videntur, nisi quod iis stirpes significantur, quae patriam habent terras meridianas vel ab hominibus illarum terrarum primis cultae sunt.

ἄμωτον, castanea, cuius patria Graecia, Macedonia, Asia Minor.

ἀμυγδάλη (Mandelbaum).

ἐλαία, *κότινος*, *φυλίη*, olea, quae arbor in Graecia etiam inculta crescit. ex hoc nomine complura loca appellata sunt: *Ἐλαία* oppidum Mysiae Phoeniciae Epiri et promunturium Cypri, *Ἔλαιος* oppidum Aetoliae et Messeniae et flumen Bithyniae, *Ἐλαιοῦσ(σ)α* insulae prope Ciliciam, Atticam, Rhodum.

κοκκυγέα (Perrückenbaum).

κοκκύ-μηλον, species quaedam pruni.

κόκκος, coccum; *κόκκων*, granum Punici mali; *κόκκαλος*, nux pinea.

κίκκος, ciccus qui dicitur a Plauto.

κυδώνιον (Quitte); conf. nomen *Κυδωνίας* urbis Cretae et insulae prope Tenedum sitae (et vid. p. 19).

μάδρυα, species quaedam pruni.

μυρίκη; cuius herbae species variae in terris meridianis nascuntur.

μύρτος; eandem radicem inesse puto in nominibus propriis *Μύρτος* insulae prope Euboeam, *Μυρτηνόν* oppidi Chersonesi Thraeciae, *Μύρσινος* oppidi Elidis; deinde in nominibus *Μυρτίλος* et *Μυρσίλος*.

---

1) Conf. Cuny Rev. Ét. anc. 1910 XII 157.

2) Conf. Meillet Mém. de la soc. ling. 1908/9 XV 165.

3) Conf. Meillet Mém. de la soc. ling. 1908/9 XV 162.

ῥοιά, granatum, quae arbor ab Aegyptiis iam antiquissimis temporibus culta est.

ἀτράφαξυς, formae *ἀδράφαξυς*, *ἀνδράφαξος* in similitudinem vocum *ἁδρός* et *ἀνδρ-* accommodatae sunt.

ἀμάμαξυς, vitis.

βλίτον, amarantus.

θρῖδαξ, lactuca.

κονίλη, satureia, cuius patria Graecia et Italia.

μάραθρον, faeniculum, quae herba in Graecia invenitur. ex hoc nomine appellata videntur *Μαραθών* (**Μαραθρών*), *Μαράθη* insula, *Μάραθος* oppidum Acarnaniae et Phocidis et Phoeniciae, *Μαραθήσιον* oppidum Lydiae, *Μαράθουσσα* oppidum Cretae et insula, *Μαραθωνία* urbs Thraeciae.

μήκων, papaver.

σκάνδιξ; haec vox nonne conferenda est cum nominibus propriis non Graecis *Σκανδίλη* insulae, *Σκανδαρία* promunturii Coi insulae, *Σκάνδεια* portus Cytherae?

κάππαρις, qua condimento utebantur.

μανδραγόρας (Alraun), qua herba medici utebantur. hoc nomen ex alia quadam forma profecta in similitudinem vocum *μάνδρα* et *ἀγορά* redacta est.

III. De nominibus metallorum et lapidum.

Quamquam Graeci pleraque nomina metallorum et lapidum ac maxime gemmarum a Semitis, qui mercatores talia e terris solis orientis apportabant, mutuati sunt, tamen nonnulla ad linguam indigenarum referenda esse videantur.

A. Nomina, in quibus exitus non Graecus inest.

1. *βάσανος*, lapis Lydius qui dicitur, quo antiqui ad aurum cognoscendum utebantur; hanc vocem e lingua quadam Asiae Minoris venisse vel ex eo colligere licet, quod antiqui ipsi lapidem *Λυδίαν λίθον* appellabant.

κύανος, lapis lazuli qui dicitur, gemma caerulei coloris, deinde ferrum caeruleo colore obductum.

τίτανος, apud Hesychium *τέτανος*, calx, marmor; haec vox haud scio an cohaereat cum nominibus propriis *Τιτᾶνος* herois, *Τιτάνων* oppidi Sicyoniae, *Τιτάνου* montis Thessaliae et fluminis Aeolidis, *Τιτῆνος* fluminis Colchidis.

κίτταvος (κίσσανος), calx; conf. *Κίττον*, *Κίσσον* montem Macedoniae, *Κίσ(σ)αμον* portum et promunturium Cretae insulae, *Κίσσην* fontem Arcadiae et insulam Hadriae.

2. *κίσ(σ)ηρις*, pumex; radix eadem est atque in voce *κιττάνου*.

σίδηρος, ferrum. quod metallum quia Graeci ipsi ab Ida monte Phrygio venisse dicebant, non est, cur nomen *σιδήρου* e lingua Asiae Minoris repetitum esse negemus.

B. Nomina quae secuntur propter locum, ubi lapides inveniuntur, linguae mediterraneae tribui possunt.

ἀχάτης; quae gemma in Cypro, Lesbo, Rhodo, Creta, Phrygia, Sicilia invenitur. nomen vero gemma ab Achate flumine Siciliae adsecuta esse dicitur[1]).

σάρδιον; quae vox cum nomine *Σάρδεις* componi solet. hoc lapide antiqui ad gemmas scalpendas maxime utebantur. accedit, quod achates, sardae, amethysti Mycenis inventae sunt.

ἀμέθυστος; quae gemma non solum in India, sed etiam in Armenia, Galatia, Arabia, Aegypto colligitur. vox Graeca vero ex alia quadam forma profecta verbo *μεθύω* adsimulata esse videatur.

C. Nomina, quae aliis indiciis linguae indigenarum speciem prae se ferunt.

μόλυβδος, *μόλιβος*, apud Epidaurios *βόλιμος*, plumbum. artificia ex hoc metallo facta Schliemann in parietinis Mycenarum et Troiae invenit. unde colligi potest Graecos iam tum, cum in Graeciam invaserunt, plumbum una cum vocabulo invenisse.

κασσίτερος, *χαλκός*[2]), *ἄνθραξ?*

σάνδυξ, *σάνδιξ*, minium, quo antiqui pigmento utebantur. radix huius vocis congruere videtur cum nominibus propriis *Σάνδων*, *Σάνδης*, *Σάνδας* hominum Lyciorum[3]).

Horum nominum ea, quae consonantem σ cum vocali coniunctam exhibent (*βάσανος*, *σίδηρος*, *σάρδιον*, *σάνδυξ*), eo certius ad linguam indigenarum revocare possumus.

---

[1]) Conf. Schrader Reallexikon 151.

[2]) Conferas Cuny Rev. Ét. anc. 1910 XII 160.

[3]) Sundwall Lyk. Namen 274 sq.

IV. De nominibus geographicis.

A. Nomina, quorum radix cum nominibus propriis non Graecis congruere videntur.

ἄνδηρα, fossae; in hac voce exitum non Graecum *-ηρα* inesse puto. radicem *ἀνδ-* vero habes in nominibus non Graecis *Ἀνδανία* oppidi Messeniae, *Ἄνδανον* urbis Cariae, *Ἄνδειρα* urbis Troadis et Phrygiae.

ἄναυρος, torrens; idem nomen est flumini Thessaliae et Arcadiae.

πηγή, fons; conf. *Πήγασον*, *Πήγασα* urbem Cariae, *Πηγάς* oppida Megaridis, Arcadiae, Boeotiae, Cypri.

ἴδη, saltus; nomen *Ἴδης* montis Phrygiae et Cretae Fick[1]) linguae Lelegum tribuit.

ἄμαθος, *ψάμαθος*, harena; inde *Ἀμαθοῦς* oppidum Cypri et Palaestinae, *Φάμαθος* oppidum Africae et Boeotiae, *Φαμαθοῦς* portus Laconicae.

σάμος, collis, litus harenosum; eandem radicem *σαμ-*, quae vel consonante *σ* ante vocalem posita alienam originem redolet, exhibent multa nomina propria non Graeca: *Σάμος* insula maris Aegaei, alterum nomen Samothracae et Cephalleniae, urbs Triphyliae et Cariae, *Σαμυλία* urbs Cariae, *Σάμινθος* oppidum Argolidis, *Σαμώνιον πεδίον* ad Scamandrum flumen.

B. Alia indicia linguae mediterraneae insunt in his nominibus:

γῆ (γᾶ), *δᾶ*, *αἶα*, terra; quae vocabula e numero eorum mihi esse videntur, qualia infantes prima voce balbutiunt. huius modi nomina in Asiae Minoris linguis praeter exspectationem frequentia fuisse Kretschmer Einleitung 334 sqq. demonstravit.

θάλασσα, *ὠκεανός*, *ζάλη (ζάψ)*, mare.

Appendix: nomina ventorum.

Quod praeter Caurum nulli vento nomen Indogermanicum est[2]), nomina Graeca obscura, quibus venti appellantur, indigenis tribuo, praesertim cum duo exitum non Graecum habeant.

ζέφυρος, ubi manifesta est terminatio non Graeca *-υρος*.

ἐριώλη, turbo; in hac voce inest exitus non Graecus *-ώλη*.

---

[1]) Hattiden u. Danubier in Griechenland 12.

[2]) Conf. Schrader Reallexikon 956.

εὖρος.

καικίας, aquilo; hoc nomen Fick Gött. gel. Anz. 1894 238 cum nomine *Κάικος* fluminis Aeolidis consociavit.

οὖρος, ventus secundus.

V. De vocabulis, quae architecturam spectant.

A. Nomina terminationibus non Graecis insignia.

1. *λαβύρινθος;* eadem radix Carica (*λάβρυς = πέλεκυς*) apparet in nomine *Λαβραυνδεύς*, quo Cares deum summum appellabant, quem Graeci postea Iovi adsimulaverunt.

πλίνθος, tegula; in qua voce nonnulli radicem Indogermanicam *spli(n)d-, cui vis findendi est, inesse putant.

2. *καμάρα;* eadem radice insignia sunt *κάμινος*, *Καμάρα* portus Cretae, *Καμάρινα* oppidum Siciliae, *Κάμιρος* et *Κάμυνδος* oppida Rhodi insulae. deminutivum autem videtur esse *κμέλεθρον* (*κ[α]μέρεθρον), qua voce laquear vel tectum significatur. utrum vero voces Latinae camerae et camini e lingua Graeca an e mediterranea ipsa sumptae sint, ad hanc quaestionem solvendam minus interest[1]).

μέγαρον; conf. *Μέγαρα* urbem Peloponnesi Thessaliae Ponti Syriae Siciliae et *Μέγασα* urbem Libyae.

ἐσχάρα, focus; haec vox ex linguis Indogermanicis satis bene explicari nequit. accedit, quod vox *ἑστία*, quae idem valet, et nomen *σπινθήρ* (scintilla) e lingua mediterranea repetita esse mihi quidem videntur.

3. *πυραμίς;* quam vero Diels nuper[2]) proposuit vocis originem, vereor ne arcessita videatur.

4. *κλίβανος*, fornax.

5. *θέλυμνα*, fundamenta aedis.

6. *γέφυρα*, apud Boeotos *βέφυρα*, apud Lacedaemonios *δίφουρα*, pons.

7. *καλυδίλα· γέφυρα* (Hesychius), pons; in hac voce eadem radix inest atque in nominibus propriis non Graecis *Καλυδῶνος* montis et urbis Aetoliae, *Καλυδνοῦ* fluminis Ciliciae et regis Thebanorum, *Καλύδνης* insulae prope a Tenedo et Coo, *Κελυδνοῦ* fluminis Epiri.

---

[1]) Walde Wörterbuch² 120 et Boisacq Dictionnaire 402 omnia ista nomina putant esse Indogermanica.

[2]) Zeitschr. f. vergl. Sprachf. XLVII 193 sqq., conf. Glotta X 243.

B. Propter consonantem σ cum vocali coniunctam haec appellativa ad linguam indigenarum refero:

σαλά(μ)βη, foramen, caminus; cum hoc vocabulo conferenda sunt nomina *Σαλαμβώ*, quo Venus appellatur, et *Σαλαμβάς*, quod daemoni inditum est.

γεῖσον, pinna, corona tecti.

νύσ(σ)α, meta; eadem radix inest in nominibus propriis non Graecis *Νῦσ(σ)α* urbis Cariae, Pisidiae, Cappadociae, Thraeciae, urbis et montis Aethiopiae, oppidi Boeotiae, Thessaliae, Euboeae, Naxi, et *Νύσσος* oppidi Macedoniae.

C. Propter differentiam, quae inter formas vocabulorum Graecorum et Latinorum intercedit, haec duo nomina e lingua indigenarum repetita esse videantur:

ἑστία, γιστία· ἐσχάρα (Hesychius), focus; quae vox a nomine Vestae deae separanda non est, quamquam nonnulli vocabula inter se cohaerere negant[1]).

πύργος, turris, arx; Hesychius: *φύρκος· τεῖχος;* cum hac voce conferenda est Latina burgus et Gotica baúrgs. origo autem eius aliena confirmari videtur nomine proprio non Graeco *Περγάμου* urbis Mysiae, cui vis turris, arcis, castelli subest[2]).

D. Alia nomina aliena:

θριγκός, θριγγός, θριγχός, τριγχός, pinna, corona muri.

τύρσις, τύρσος, apud Hesychium *τύρρις*, turris. quia in ceteris linguis Indogermanicis nulla vox similis respondet, et Graecam vocem et Latinam a pristinis incolis ortam esse veri simillimum est et cum nomine populi *Τυρρηνῶν (Τυρσηνῶν)*, quem ex Asia Minore venisse satis certum est, componi possunt.

VI. De nominibus, quae vestitum spectant.

Nominum Graecorum, quae ad vestitum cultumque corporis vel ad victum pertinent, multa ex lingua Semitica aut Aegyptia repetita sunt, alia permulta ut e linguis Indogermanicis non explicantur, ita certae alii linguae tribui non possunt. quot vero et quae nomina talia

---

[1]) Conf. Cuny Rev. Ét. anc. 1910 XII 160.

[2]) Conf. Cuny Rev. Ét. anc. 1910 XII 159.

linguae mediterraneae tribuenda sint, difficile est disceptare, quia omnibus temporibus talia nomina cum rebus ipsis vel e remotissimis terris apportari solent.

A. Propter terminationes haec vocabula linguae mediterraneae videntur tribuenda:

ἄανθα· εἶδος ἐνωτίου παρὰ Ἀλκμᾶνι Hesychius.

(σ)μήρινθος, filum; una cum hac voce verbum *μηρύω*, cui vis involvendi, glomerandi subest, ad linguam mediterraneam referre velim Cuny hominem doctum secutus[1]), quamquam nonnulli radicem Indogermanicam *mĕr- inesse putant.

κάρπασος, conf. p. 20.

κυπασσίς, vestis Asiatica; conf. *Κύπασιν*, oppidum ad Hellespontum situm.

τιάρα.

σισύρα, σίσυρνα, apud Hesychium *σίσυρνος, σίσυς*, amiculum crinitum, lacerna; in qua voce origo aliena consonante *σ* quoque indicatur.

B. Consonante σ cum vocali coniuncta originem alienam haec nomina prae se ferunt:

ἅλυσις, ἄλυσις, torques; *ἀλύται*, magistratus apud Elios; eadem radix inesse videtur in nominibus propriis *Ἅλυς* fluminis Asiae, *Ἄλυσις* montis Cretae, *Ἄλυσσος* fontis Arcadiae, *Ἄλωσσος* oppidi Cariae, *Ἰάλυσος* oppidi Rhodi insulae.

σάνδαλον, in dialecto Aeolica *σάμβαλον*.

σάκκος, saccus; vox Aethiopia et Hebraea šaq quoque, quippe quae in ceteris dialectis Semiticis sociam non habeat, aliena habenda est[2]).

σισύρα, vid. A.

C. Nomina, quae aliis indiciis linguae indigenarum tribuuntur.

ὀθόνη, linum tenue; vox Hebraea ’ēṭūn, cui eadem vis est, neque vocalibus cum vocabulo Graeco omnino congruit neque in reliquis dialectis Semiticis occurrit[3]).

κίκιννος, cincinnus; haec vox Phrygia esse videtur, quippe cui simillimum sit vocabulum *σίκιννις*, quo saltatio Phrygia appellatur; sed Phryges eam ab indigenis accepisse possunt.

---

[1]) Rev. Ét. anc. 1910 XII 156.

[2]) Conf. Cuny Rev. Ét. anc. 1910 XII 161.

[3]) Conf. Cuny Rev. Ét. anc. 1910 XII 161.

ὄστλιγξ, ἄστλιγξ, cirrus, cincinnus.

χιτών, in dialecto Ionica *κιθών,* tunica; et vocem Graecam et Latinam Cuny (vid. p. 30[3]) ad formam Aegaeam *ktōn recte revocare videtur, praesertim cum vox Hebraea k^etōnet eiusque sociae (aram. ketānā, arab. kattān) intra linguas Semiticas alienae esse videantur[1].

VII. De vocabulis, quae victum spectant.

A. Terminationes non Graecas exhibent:

κόρυνθος· μάζης ψωμός (Hesychius), offa panis.

θάργηλος (ἄρτος), panis ex primitiis frugum confectus; conf. *Θαργήλια,* diem festum Apollinis et Dianae, et *Θαργηλιῶνα,* mensem Atheniensium.

παλάθη, libum e ficis compressis factum.

τύβαρις, apium aceto imbutum, quo Lacedaemonii vescebantur; cum hac voce Fick[2]) copulat nomen *Σύβαρις,* quo urbs et tres fontes appellata sunt.

κολλύρα, panis hordeaceus.

βούτυρον, quo Graeci et Romani non cibo, sed unguento utebantur; hanc vocem ex alia forma profectam in similitudinem nominum *βοός* et *τυροῦ* accommodatam esse opinor.

B. Propter differentiam,

quae inter formas Graecam et Latinam exsistit, et propter consonantem *σ* ante vocalem positam linguae Aegaeae tribuendum videtur nomen *σεμίδαλις,* simila (*semila).

VIII. De nominibus, quibus supellex vel instrumenta significantur.

A. Vocabula propter terminationes in alienis numeranda.

ἀσάμινθος, labrum, in qua voce consonante *σ* inter vocales posita origo aliena confirmatur.

ἄττανον, catinum; *ἀττανίτης,* libum quoddam.

σαγάνη, σαγήνη, rete. si quidem Indogermanos pisces non cepisse veri simillimum est, vocabula, quae ad piscatum pertinent, aliena sunt habenda.

---

1) Conf. Lewy Sem. Fremdw. 82.

2) Vorgriech. Ortsnamen 95, 143, Bezzenb. Beitr. XXII 50, 59.

ψίαθος, storea.

κάλαθος, *γύργαθος*, fiscina, corbis.

κύαθος, cyathus.

γαβαθόν· τρύβλιον (Hesychius), vas quoddam.

ἄρβηλος, culter quo sutor utitur; cum hac voce nomen *ἀρβύλη*, *ἀρβυλίς*, calceamentum, cohaeret; conf. *Ἄρβηλα* vicum Assyriae.

B. Nomina, quibus consonans σ cum vocali coniuncta continetur.

σίττυβος, catinum. eodem exitu *-υβος* insigne est atque idem fere valet deminutivum *κισσύβιον*, quae vox a nonnullis perperam cum nomine *κισσοῦ* cui vis hederae est componitur.

σύριχος, *συρίσκος*, panarium.

σίμβλος, alveus apium.

σαρδών, *σαρδόνιον*, margo superior plagae.

σαγήνη vid. A.

ἄσιλλα, pertica ad portanda onera accommodata.

καρχήσιον, potorium quoddam.

κίβισις, *κίβησις*, *κυβησία*, saccus; haec vox, quae varietate formarum insignis est, num cohaereat cum nominibus propriis non Graecis *Κίβυρα*, *Κυβασσός* urbium Asiae Minoris, quis dicat?

C. Nomina, quorum formae complurium linguarum propriae inter se non congruunt.

ἀξίνη, ascia; quam vocem Walde Wörterbuch² 64 pro Indogermanica, Cuny[1]) pro aliena habet.

ὕρχη, urna (*urc-na), urceus; vocem urcei e Graeca *ὕρχη* repetitam esse veri simile non est[2]). sed ne sententiam Henrici Lewy[3]) quidem, qui vocem *ὕρχη* cum Aramaea 'araq, in qua notio terrae inest, componit, amplecti possum.

D. Nomina vasorum et corbium alia.

Quamquam multa vocabula, quibus vasa significantur, iam inter Indogermanos usitata fuisse constat, tamen multo plura sunt, quae ex linguis alienis mutuati sunt singuli eorum populi, ita ut nullum aliud sit rerum genus, in quo tot nomina aliena intra omnis linguas

---

[1]) Rev. Ét. anc. 1910 XII 160.

[2]) Conf. Walde Wörterbuch² 859.

[3]) Sem. Fremdw. 102.

occurrant. talia enim nomina una cum mercibus in remotissimas terras portata sunt. itaque Graeci talia nomina mutuati sunt e linguis Semiticis praecipue Hebraea et Aramaea; at tamen haud pauca restant, quae ad linguam mediterraneam referri posse opinor, praesertim si similia in linguis notis desunt.

1. vasa.

ἀρύβαλ(λ)ος, ἄρυκλον, δέπας, κώθων (Hesychius: *κῶθα· ποτήρια*), *λαβρώνιον, σκύφος, φιάλη, βῖκος* (urceus), *βαύκαλις* (ad potum refrigerandum), *λάγυνος, λήκυθος* (nisi forte latet radix Indogermanica *[ŏ]lĕq-, cui vis flectendi subest), *κάδος* (e voce Hebraea kad, quam Cuny Revue Ét. anc. 1910 XII 161 aliunde repetitam esse putat, quippe cui nulla alia Semitica respondeat), *ληνός* (torcular), *κάλπις* (urna), *ἄμβιξ* (poculum).

2. corbes.

ἄρσιχος, κόφινος, λάρκος.

3. culei.

ἀσκός, πήρα, κώρυκος (conf. *Κώρυκον*, promunturium et urbem Ciliciae, urbem Lyciae et Pamphyliae, promunturium et urbem Cretae insulae, promunturium et portum Ioniae, *Κωρύκιον ἄντρον* specum Parnassi montis).

4. cistae.

κίστη, κιβωτός, λάρναξ et *νάρναξ· κιβωτός* (Hesychius).

IX. De nominibus armorum.

A. Exitum non Graecum habes in nomine

πείρινς πείρινθος, sirpea.

B. Nomina, quae consonantem σ cum vocali coniunctam exhibent.

